2. Zadobi takajše obilno prošćenje vu skradnju svoju vuru, ako prvo spove se, ov. sv. sakramentum k sebi prime.

Ako pako zbog gingavoće tela, nebi pričestiti se mogel, zadobi ništa manje obilno prošćenje, ako vu sebi polag pravoga požaluvanja stalno Ime Jezuša z vustmi, ili ako z vustmi nebi mogel, barem vu sercu pobožno zaziva.

3. Zadobi 60 dnevno prošćenje vsaki, koj presveto Božanstvo, kada ali s procesijom, ali k betežnikom nosi se sprevagja. Koj pako sprevoditi takovo iz kakvoga zroka moguć nebi bil, kada nošenja takova znamenja videl, ali čul bude, neka jeden Otec naš i Zdravu Mariju moli, i gore pisanoga prošćenja delnik postati hoće.

4. Ovo isto 60 dnevov prošćenje zadobivaju i oni, koteri pet otec našov i toliko Zdravih Marij za duše preminuće sester i bratov bratovšćine moli.

5. Oni, koji mrtvo telo bratov ili sester ili drugeh sprevajaju.

6. S podobnem načinom, koji procesiju sprevadjaju.

7. kakti tulikajše, koji putnike na stan primaju.

8. Ovak tulikajše koji med neprijateli i svadećemi se mir napravljal, ili napraviti trsil se je.

9. Koji neznajuće vu potrebneh vere prave kotrigeh navučaju.

10. Tulikajše koji grešnike bludeće po putu krivice na dober put obraćaju.

11. Svi koteri kakovogod dobro delo miloserdnosti i keršćanske ljubavi čine.

Svaki kolikogoder puti ovakovo zverši za vskaki put imaju 60 dnevov prošćenje.

Ov anda knič i duhovne milošće zadobiti vsaki brat i sestra i pobožna vsaka duša z velikom marljivošću naj se tersi.

VIII. Observanda in precibus XL horarum, XIII horarum, et in adoratione perpetua.

1. Instructio Clementina.

I. Supra ianuam ecclesiae, in qua fit expositio et, a capite vicinae viae, ponatur signum SS. Sacramenti sertis festivis ornatum, ut transeuntibus innotescat, inibi fieri SS. Sacramenti expositionem.

II. SS. Sacramentum exponendum erit in altari maiori (exceptis Basilicis patriarchalibus . . .).

III. Cooperiatur imago vel statua, quae ibidem reperitur: item parietes altari vicini, deficientibus ornamentis fixis, pannis cooperiantur; verum caveatur, ne inter apparatus sint historiae resve profanae.

IV. In altari non ponantur Sanctorum reliquiae aut statuae (adhiberi possunt Angelorum statuae, quae candelabrorum vicem gerunt), multo minus ponantur animarum purgatorii figurae, qualescumque sint; quod etiam prohibetur in omnibus expositionibus particularibus, imo in iis etiam, quae in illarum animarum suffragium quandoque instituuntur.

V. Super altare praedictum et in eminenti loco sit tabernaculum, sive thronus cum baldachino conveniente albi coloris; supra cuius pedem ponatur corporale ad reponendum ostensorium, quod in medio radiis quidem circumdatum esse potest, quovis vero ornatu carere debet, qui SS. Sacramenti aspectum impedire possit.

VI. Ad altare continuo ardeant viginti saltem lumina, sex nempe candelae unius librae, quarum tres ab unoquoque latere crucis, et octo candelae in superiori parte, cum aliis quatuor a partibus ostensorii, in cuius parte anteriori nullum omnino ponatur lumen; adsint tandem duo candelabra cum cereis, quorum unusquisque trium saltem sit librarum. Idem quoque, clausa ecclesia per noctem retineatur luminum numerus, quorum decem saltem sint ex cera; tempore autem vespertino tot in ecclesia ponantur lumina, quot ad vitandam confusionem sufficiant, accensaque remaneant usquedum ianuae claudantur. Fenestrae altari expositionis vicinae, etiam per diem claudi aut cooperiri poterunt, ad fovendam fidelium in oratione recollectionem.

VII. Nemo saecularis, etsi cuiusvis societatis, sacco vestitus, ad altare circumire audeat ad lumina curanda, aut ad aliud quid agendum; sed adesse debet sacerdos aut

saltem clericus superpelliceo indutus, quod super propriam vestem regulares etiam cuiuslibet religionis induent; notandum praeterea, ex decreto S. R. C. 19. Aug. 1751. n. 1627 ad 6, a quibuscumque personis cuiusvis conditionis et ordinis, transeuntibus ante SS. Sacramentum expositum, in accessu et recessu faciendam esse, flexis duobus genibus, reverentiam. Quod attinet ad sacerdotem Missam privatam celebrantem, sciendum, dari eiusdem S. Congr. decretum d. d. 24. Julii 1638, quo de transitu ante SS. expositum dicitur, rubricas videri innuere, ut sacerdos post factam adorationem genibus flexis, capite detecto surgens caput operiat.

VIII. Durante expositione, in ecclesiae porta, sive ad intra, sive ad extra, prout commodius erit, appendatur tapetum in veli forma, cum aliquo tamen spatio a lateribus, pro populi commoditate, illudque ita disponatur, ut a via nunquam possit aspici SS. Sacramentum.

IX. Per vices unus aut alter sacerdos vel saltem aliqui in alio sacro ordine constituti, superpelliceo vestiti, si fieri potest (etsi regulares sint), continuo adsint genuflexi non supra genuflexoria, sed ad aliquod scamnum, tapeto pannove rubro, aut alterius coloris et decentis qualitatis coopertum, prope infimum altaris gradum, orantes die ac nocte. Ubi existit aliqua confraternitas, insuper assistant saltem duo confratres ad scamnum panno viridis alteriusve decentis coloris coepertum, sed extra presbyterium atque a dictis sacerdotibus distantes, et cum omni devotione in adstantium aedificationem adorent, sed submissa voce, ne ceteris distractiones afferant.

X. In sacristia sit horologium, ad singulas horas adorationis dignoscendas; quare quavis hora diei ac noctis maiori campana dabitur signum.

XI. Pridie expositionis vespere, dato signo pro »A v e M a r i a«, ad commonendum populum, solemni modo campanae pulsentur, idemque fiat mane sub aurora, et quotidie

durante expositione, ad quodvis signum Salutationis Angelicae; pariterque triplici vice de more pulsentur campanae ante Missas solemnes.

XII. In altari, ubi est expositum SS. Sacramentum, nulla alia celebretur Missa, praeter solemnem in expositione et repositione. Hoc biduo praeter Missam conventualem (in eclesiis, in quibus datur obligatio eam cantandi), celebretur post Nonam Missa votiva solemnis de SS. Sacramento pro re gravi, exceptis tamen omnibus Dominicis 1ae aut 2ae classis, item excepta feria 4a Cinerum, feria 2a, 3a et 4a maioris hebdomadae, omnibus diebus per octavas Paschae, Pentecostes et Epiphaniae, vigiliis festorum Natalis Domini et Pentecostes. Hisce Dominicis, aliisque diebus festis et feriis exceptis cantetur solummodo Missa conventualis de die cum adiuncta Oratione de SS. Sacramento, et quidem sub unica conclusione; quae omnia in omnibus ecclesis, tum saecularium, tum regularium servabuntur.

XIII. Secundo tridui expositionis die praeter Missam conventualem, post Nonam Missa votiva pro pace vel alia ex Sanctitatis Suae praescripto cantari debet, sed semper sub eadem exceptione quoad dies supra relatos, et sub eadem regula quoad Orationem. In ecclesiis vero non collegiatis, et ubi non datur obligatio Missam conventualem cantandi, dicto secundo tridui die, solummodo praedicta Missa votiva solemnis cantanda est, servando exceptionem et regulam pro Missa de SS. Sacramento traditas.

XIV. Haec vero Missa votiva solemnis cantanda est in altari, ab eo, in quo fit expositio, et ab eo, in quo adest tabernaculum cum incluso Sacramento, diverso. In ecclesiis, in quibus ex obligatione Missa conventualis cantanda est, haec quoque cantabitur in alio altari.

XV. Expresse iubetur, ut diebus expositionis, medio, et repositionis Missae solemnes cum ministris paratis celebrentur, etiam in ecclesiis regularium, non obstante quocumque eorum usu, more aut consuetudine in contrarium.

XVI. In Missis privatis, quae durante expositione celebrantur, non pulsetur campanula ad elevationem, sed tantum in egressu celebrantis e sacristia detur tenue signum cum solita campanula.

XVII. Non celebrentur Missae de Requiem tempore quo peragitur Oratio 40 horarum; et Missae de SS. Sacramento, quae a diebus rubrica permissis celebrabuntur, pariter votivae sint, sine Gloria et Credo. In aliis vero Missis privatis (de die) post Orationes a rubrica praescriptas addenda est Oratio de SS. Sacramento.

XVIII. Celebrans SS. Sacramentum in processione delaturus pluviali albo indutus erit, nisi celebraverit cum paramentis alterius coloris; nam in hoc casu color Missae retinendus est. Velum autem humerale, quotiescumque SS. Sacramentum portandum est, albi coloris esse debet. Sacrorum ministrorum paramenta eiusdem coloris ac celebrantis esse debent. Pariter pallium sive antependium altaris, in quo fit expositio, semper erit albi coloris, quamvis diversi coloris sint paramenta Missae solemnis, quae hodie celebratur. Item baldachinum inserviens processioni albi coloris esse debet.

XIX. Finita Missa solemni pro expositione, celebrans et ministri, factis Sacramento debitis reverentiis, ad latus Epistolae (ad credentiam, sive ad locum paratum retro altare) recedunt, ibique manipula deponunt; celebrans planetam exuit et pluviale assumit, incensum ibidem in duobus thuribulis ponit, illud non benedicendo, et deinde cum ministris in medio genuflexus, ter SS. Sacramentum incensat. Processione ordinata (quae ordinari incipiet ostensorio elevato, aut prius, prout plures vel pauciores fideles adsunt); diaconus congruo tempore ascendit, et facta genuflexione Sacramentum assumit, illudque stans genuflexo dabit celebranti, statimque genuflectit. Celebrans, manibus extremitate veli humeralis coopertis, illud assumit et surgit (convertens se ad populum). Incepto dein a cantoribus

Hymno Pange lingua, etc. sub baldachinum procedit, submissa voce Psalmos et Hymnos recitans cum ministris pluvialis fimbrias sustinentibus.

XX. Processio ex toto ecclesiae clero componatur; crucifer in hac functione non subdiaconali habitu, sed superpelliceo erit indutus. Intererunt superpelliceo induti, et cereos ardentes in manibus [extimis] tenentes octo sacerdotes, qui hinc inde a lateribus ante baldachinum ibunt; ipsos subsequentur duo acolythi cum thuribulis, continuo per viam Sanctissimum incensantes; durante processione campanae solemniter pulsabuntur.

XXI. Processio fit intra ecclesiam; quodsi ecclesiae angustia exigat, per plateam exire poterunt, quae est ante ecclesiam; sed curandum est, ut eadem nitide mundetur. Ubi vero occurit officina, vel taberna, tempore processionis erit claudenda.

XXII. Quod si existant saecularium confraternitates, sive sacco sint induti, sive non, tam eorum praefecti et officiales, quam confratres, omnes simul in unum corpus congregati progredientur ante saecularem et regularem clerum ibi praesentem, cui semper digniorem locum cedere debebunt. Prohibetur districte, ne earum praefecti aliique officiales, sub quovis praetextu consuetudinis aliove quocumque, post baldachinum incedere praesumant. Possunt tamen dicti officiales manicos baldachini portare, officium sane magni honoris, ad quod, ut ait Caeremoniale Episcoporum (lib. II. cap. 33) deputentur nobiles viri, barones, etc.

XXIII. Dicto clero, tam saeculari, quam regulari praecipimus, ut in propriis ecclesiis usum contrarium non permittant.

XXIV. Cum processio in ecclesiam regressa fuerit, iamque ad infimum altaris maioris gradum celebrans pervenerit, diaconus genuflexus Sanctissimum recipiet ab eodem celebrante (qui statim ipse genuflectit, velum humerale deponens), illudque in throno reponet, atque factis debitis reverentis ad suum locum ad dexteram celebrantis redibit; statim cantores devote cantabunt Tantum ergo etc., et, dum intonant Genitori Genitoque, celebrans cum ministris surget, ibidemque in medio et absque benedictione incensum ponit in thuribulo, et genuflexus ter Sacramentum adolet. Hymno finito, Versiculo Panem de coelo etc. omisso, canentur Litaniae positae in libro pro 40 horarum Oratione edito. Precibus his dictis, celebrans surgit, et absque nova genuflexione, manibus iunctis (dum ministri genuflexi sustinent librum) cantabit Dominus vobiscum, cum Orationibus subsequentibus; quibus finitis, omnes genuflexi brevem instituent orationem, et deinde recedunt, teguntque caput, dum e conspectu SS. Sacramenti recesserint; sicque incipiunt preces XL. horarum.

XXV. Juxta S. R. C. decretum celebranti non licet uti cathedra supina (Lehnsessel), sed scamno (brachia non habente), cuius pars posterior panno rubri alteriusve decentis coloris ornata sit. In hoc scamno una cum ministris sedeat celebrans. Multo minus cathedris supinis uti possunt in ecclesiis praefecti, deputati et officiales confraternitatum, societatum aut congregationum laicorum, adsedebunt in scamno dorsum quidem, non vero brachia a lateribus habente, nec utantur cussinis, neque genuflexoriis; illud autem scamnum omnino extra presbyterium collocabitur, quando praedicti Missis aut Vesperis solemnibus assistunt, aut quando in presbyterio a clero celebrabitur aliqua sacra caeremonia, aut quando concio erit in ecclesia, iuxta pluries declarata a S. R. C. et in particulari per decretum generale diei 13. Martii 1688 (n. 3156).

XXVI. Attamen, si ob ecclesiae formam conveniens locus non daretur extra presbyterium, tunc concedi poterit, ut scamnum collocari possit in unius lateris facie extra terminum presbyterii.

XXVII. Viris et mulieribus cuiuslibet status aut conditionis (exceptis regiis personis, ubi adsunt) districte pro-

hibetur, ne in presbyterium seu circuitum altaris, in quo expositum est Venerabile, ingrediantur et orent, quum praefatus locus occupari solum debeat ab ecclesiasticis, divino ministerio aut adorationis officio addictis. Idque observandum est, non solum in ecclesiis, in quibus ordinaria recurrit expositio, sed etiam in aliis omnibus, in quibus, ex indulto Apostolico, aut ex alia legitima facultate, expositio, licet per breve tempus, fit. Rem ita fieri providebunt Superiores aut sacellani, etiam adhibita scamnorum congerie, si opus fuerit. Mandamus praeterea, ac praecipimus rectoribus et Superioribus cuiusvis ecclesiae tam saecularibus, quam regularibus, ut durante expositione non praesumant quodlibet sedilium genus cuipiam personae cuiusvis sexus, gradus et conditionis et reverentiae concedere.

XXVIII. Tempore expositionis, licet particularis, non apponantur in ecclesiis lances ad eleemosynas deponendas, neque stabunt ad eas recipiendas religiosi aliive ecclesiastici, neque laici; sicuti neque clerici, confratres, mandatarii aliaeve personae per ecclesiam circuibunt, ut eleemosynas a fidelibus eliciant. Multo minus id agere poterunt pauperes, qui si stipem volunt postulare, viginti passus ab ecclesiae ianuis distare debent. Idcirco cura pariter erit Superioribus et sacellanis aliisque assistentibus custodibus, orantium scilicet fidelium distractionis vitandae gratia, invigilare, ne ecclesiam ingrediantur pauperes, ut mendicent: cum rite possint benefici extra ecclesiam eleemosynas dare, prout ordinavit S. Sanctitas Clemens XI. in speciali edicto, in quo omnibus fidelibus prohibet, ne in ecclesiis eleemosynam distribuant.

XXIX. Notandum, orationi finem in una ecclesia dari non licere, nisi postquam eadem in altera iam inceperit, idque servabitur ab unaquaque ecclesia, licet basilica aut collegiata, aut quolibet modo sit privilegiata.

XXX. Finita Missa repositionis celebrans assumet pluviale (observando ritum supra descriptum pro Missa expositionis), et cum ministris coram SS. Sacramento in medio super infimum altaris gradum genuflectit. Cantores statim intonabunt Litanias, quae continuabuntur usque ad D o m i n e, e x a u d i o r a t i o n e m m e a m, inclusive. Deinde erectus celebrans cum ministris, in medio ponet incensum absque benedictione, et genuflexus in infimo gradu altaris ter SS. Sacramentum adolebit, atque assumet velum humerale. Incensatione peracta, diaconus cum debitis reverentiis Sacramentum e throno levabit, statimque erectus stans tradit genuflexo celebranti. Deinde genuflectit diaconus. Ceterum observanda veniunt respective, quae supra, ubi de expositione agebatur, de caeremoniis ac ritu processionis dicta sunt.

XXXI. Post processionem, celebrante ad infimum altaris gradu egresso, diaconus genuflexus ab ipso stante recipiet Sanctissimum, coram quo celebrans immediate genuflectet, velumque humerale deponet. Deinde celebrans genuflectit in infimo gradu altaris; diaconus autem SS. Sacramentum in medio altaris supra corporale reponet, genuflectit et ad suum locum recedit ad dexteram celebrantis. Celebrans vero, sub G e n i t o r i G e n i t o q u e cum ministris erectus, absque benedictione incensum ponet, ut supra et Sacramentum incensabit. Cantores dicent Versiculum P a n e m d e c o e l o, etc. (cui adiiciendum Alleluia tempore paschali ac per totam octavam Corporis Christi in qualibet expositione), tum celebrans surgit, non vero iterum genuflectit (S. R. C. 2. Aug. 1698 n. 3487.), et sustinentibus librum ministris (omisso D o m i n u s v o b i s c u m, ex decreto S. R. C.), Orationes manibus iunctis cantabit; quibus finitis genuflexus humerale velum assumet, atque solus ad altare ascendens, debitis factis reverentiis, manibus velo humerali tectis, uti dictum iam fuit, ostensorium accipit, et cum eodem benedictionem populo impertitur; Sacramento dein supra corporale reposito, descendit, velum deponit, suoque loco genuflexus manebit. Statim dia-

conus, aut sacerdos stola indutus, debitis factis reverentiis, Sacramentum includit in tabernaculo, quod ad hunc finem in altari expositionis retinendum erit; hostia autem consecrata in Missa consumenda est, sive hac, sive sequenti die. His peractis, revertuntur in sacristiam, sicque finitur oratio XL. horarum.

XXXII. Tempore, quo durabit eadem oratio, districte interdicitur praedicare; verum si quis, ad fovendam fidelium erga SS. Sacramentum devotionem, brevem concionem post Vesperas instituere velit, licentiam a Nobis, aut a S. Excell. Nostro Vice-Gerente etiam pro ecclesiis regularium, et quomodocumque privilegiatis petere debebit, et non modo in expositione XL. horarum, sed etiam in qualibet expositione: quae licentia dari debet in scriptis. Praedicaturus autem in ordine saltem diaconali erit, atque superpelliceo indutus, quamvis regularis sit, sed sine stola, capite discoperto, prope altare, in quo SSmum manet expositum, atque tandem in eo situ, ut auditores non adducat ad actus irreverentiae, convertendo terga sacramento.

XXXIII. Ecclesiae, in quibus instituitur XL horarum oratio, vespere, donec aderit populus ad orandum, apertae manere debebunt; quoniam tamen hac in re aliqua determinatio horae stabiliri nequit, tum ob ecclesiarum situm, tum ob temporum mutationem, ideo circa horam tertiam post Salutationis Angelicae signum aestivo, et circa quintam hiemali tempore claudi poterunt. Advertendum interea quod, etiam ianuis clausis, continuari debet Oratio, prout dictum fuit supra n. IX., quia ex decreto S. R. C. dicta oratio nunquam interumpi potest.

XXXIV. Romae in qualibet ecclesia ad informationem fidelium apparenti loco affixus remanebit elenchus, in quo videri potest, quando oratio XL horarum in singulis ecclesiis celebretur.

XXXV. Pariter in sacristia cuiusvis ecclesiae, in qua expositionem institui statutum est, continuo affixa erit praesens instructio, ne quis regularum ac praescriptorum in ea traditorum ignorantiam praetendere possit.

XXXVI. Extra ordinem in elencho XL. horarum assignatum nullus rector, curatus, aut sacellanus, exponere SS. Sacramentum audeat sub quovis praetextu, aut consuetudine, ob causam gravem, aut pro infirmis, absque speciali Brevi Sanctitatis Suae, aut saltem absque licentia a Nobis vel a S. Excell. Vice-Gerente et a deputato XL. horarum subscripta; qua obtenta, exponetur Venerabile in altari, aut in capella obducto velo et servato supradicto 20 luminum numero. Observandum item amussim tempus, quo expositio durare potest, prout in dicta licentia assignatur.

2. Preces pro adoratione 40 et 13 horarum et pro adoratione perpetua praescriptae.

1. *Sanctissimo Sacramento exposito et processione finita, statim post* Genitori Genitoque *vel ante summum Sacrum cantantur* Litaniae omnium Sanctorum *(pag. 471); quibus, usque ad V.* Dominus vobiscum *(pag. 477) cantatis, sacerdos stans cantat sequentes Orationes.*

V. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti; tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus.

Ex sequentibus Orationibus de B. M. V. sumitur ea quae tempori convenit; deinde sequitur Oratio *Omnipotens etc.* infra in *hac* pagina.

Ab Adventu usque ad Nativitatem Domini: Deus, qui de beatae Mariae Virginis utero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti; praesta supplicibus tuis, ut, qui vere eam genitricem Dei credimus, eius apud te intercessionibus adiuvemur.

A Navitate Domini usque ad Purificationem: Deus,

qui salutis aeternae beatae Mariae virginitate foecunda humano generi praemia praestitisti; tribue, quaesumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus, auctorem vitae suscipere Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

A Purificatione usque ad Adventum Domini: Concede, nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia.

Omnipotens, sempiterne Deus, miserere famulo tuo Pontifici nostro N. et dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis aeternae, ut te donante tibi placita cupiat, et tota virtute perficiat.

Deus, refugium nostrum et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus, auctor ipse pietatis, et praesta ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

Omnipotens, sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates et omnium iura regnorum; respice in auxilium Christianorum, ut gentes Turcarum et haereticorum, quae in sua feritate et fraude confidunt, dextera tuae potentiae conterantur.

Omnipotens, sempiterne Deus, qui vivorum dominaris simul et mortuorum, omniumque misereris, quos tuos fide et opere futuros esse praenoscis; te supplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam, etc.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

R. Et custodiat nos semper. Amen.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. — *R.* Amen.

2. *Post Completorium flexis genibus cantantur* Litaniae Lauretanae *(P. I. pag. 208). Deinde sacerdos superpelliceo et stola albi coloris. necnon pluviali indutus, stans ante infimum gradum altaris cantat:*

V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix (*t. p. additur* Alleluia).

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi (Alleluia).

Oremus. Gratiam tuam, quaesumus, Domine, mentibus nostris infunde, ut, qui Angelo nuntiante Christi Filii tui incarnationem cognovimus, per Passionem eius et crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. — *R.* Amen.

Deinde in honorem SSmi. Sacramenti cantatur.

Antiphona: O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia, et futurae gloriae nobis pignus datur (*temp. pasch additur* Alleluia).

V. Panem de coelo praestitisti eis (*t. p.* Alleluia).

R. Omne delectamentum in se habentem (Alleluia).

V. Domine, exaudi orationem meam, etc.

V. Dominus vobiscum, etc.

Oremus. Deus qui nobis etc. (*pag. 408*).

3. *Ultimo die precum decantatis Litaniis subiungitur Hymnus Ambrosianus (pag. 407) cum Versiculis, Responsoriis et orationibus sequentibus.*

V. Benedictus es, Domine, Deus, patrum nostrorum.

D. Et laudabilis, et gloriosus in saecula.

† V. Benedicamus Patrem et Filium cum sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

† *V.* Benedictus es, Domine, in firmamento coeli.

R. Et laudabilis, et gloriosus et superexaltatus in saecula.

V. Benedic anima mea Domino.

R. Et noli oblivisci omnes retributiones eius.

†. *V.* Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

† *V.* Dominus vobiscum, etc.

Oremus. Deus, cuius misericordiae non est numerus et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimae maiestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes: ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Deus, qui corda fidelium sancti Siritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de eius semper consolatione gaudere.

Deus, qui neminem in te sperantem nimium affligi permittis, sed pium precibus praestas auditum; pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, te piissime deprecantes, ut a cunctis semper muniamur adversis. Per dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia saecula saeculorum. — *R.* Amen.

Immediate ante benedictionem ter cantatur.

Defensor noster aspice etc.

4. *In precibus tredecim horarum, quae in Archidioecesi Coloniensi instituuntur feria quarta ante Dominicam ultimam post Pentecosten. cantatis Litaniis omnium Sanctorum cum Psalmo et Precibus (omissis vero Orationibus supradictis) sacerdos subjungit*:

Oremus. Deus, qui nobis etc. *(pag. 498)*.

Clementiam tuam, omnipotens Deus, suppliciter deprecamur, ut benedicere, visitare, et irrigare digneris fruges et fines servorum tuorum, noxias tempestates amoveas, inundationes coërceas imbrium, spirituales repellas nequitias, aërem salubrem indulgeas, et ab omni nos inimicorum infestatione in pace defendas, quos Corpore et Sanguine Filii tui a morte perpetua redemisti. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti, Deus per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meram, etc.

V. Exaudiat nos omnipotens et misericors Dominus.

R. Et custodiat nos semper. Amen.

V. Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. — *R.* Amen.

Decretum a S. Rituum Congregatione

die 9. Julii 1864 editum

de specie olei pro nutrienda lampade Ss. Sacramenti.

Nonnulli Reverendissimi Galliarum Antistites, serio perpendentes, in multis suarum Dioecesium Ecclesiis difficile admodum et nonnisi magnis sumptibus comparari posse oleum olivarum ad nutriendam diu noctuque saltem unam lampadem ante Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, ab Apostolica Sede declarari petierunt: Utrum in casu, attentis difficultatibus et Ecclesiarum paupertate, oleo olivarum substitui possint alia olea, quae ex vegetabilibus habentur, ipso non excluso petroleo.

Sacra porro Rituum Congregatio, etsi semper solicita, ut etiam in hac parte quod usque ab Ecclesiae primordiis circa usum olei ex olivis inductum est, ob mysticas significationes retineatur; attamen silentio praeterire minime censuit rationes ab iisdem Episcopis prolatas: ac proinde exquisito prius voto alterius ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris, subscriptus Cardinalis Praefectus ejusdem Sacrae Congregationis rem omnem proposuit in ordinariis Comitiis ad Vaticanum hodierna die habitis.

Eminentissimi autem et Reverendissimi Patres, sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus accurate perpensis ac

diligentissime examinatis, rescribendum censuerunt: *Generatim utendum ese oleo olivarum; ubi vero haberi nequeat remittendum prudentiae Episcoporum, ut lampades nutriantur ex aliis oleis quantum fieri possit vegetabilibus.* Die 9. Julii 1864.

Facta postmodum de praemissis Sanctissimo Domino nostro Pio Papae IX. per Secretarium fideli relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae Congregationis ratam habuit, et confirmavit. Die 14. iisdem mense et anno.

Br. 3485.

E repetitis reflexionibus et Archidiaconorum, et r. Exactoratus Officii super ecclesiarum rationibus, intellexit Consistorium hoc Metropolitanum, summas, pro oleo ad alendum coram ss. Eucharistiae Sacramento lumen impensas, exponi tam varias, ut merito dubitari possit, utram illa sub gravi obligans Rubrica de diu noctuque asservando coram tabernaculo lumine ubique observetur.

Quare omnes ecclesiarum Rectores sub gravissimo responsionis onere, praesertim Vice-Archidiaconi, e natura officii manente, hisce reflectuntur ad praeceptum, in Rituali dioecesano pag. 79. expressum: »Lampades coram eo (tabernaculo) plures, vel saltem una, diu noctuque perpetuo colluceat.«

Licet autem oleum olivarum, cujus usus in alenda lampade ista propter mysticam ejusdem significationem rubricis praescribitur, in nostris regionibus non tam caro pretio ematur, ut pro singulis ecclesiis, in quibus de rubrica permissum est ss. Eucharistiae Sacramentum asservare, si modo aequa sit rerum administratio, comparari non possit: tamen fortassis non pauci inveniuntur ecclesiarum Curatores, qui de expensis, hoc titulo necessariis, multa cura agitantur.

Ideo opportunas existimat Consistorium hoc sequentes reflexiones:

1) Expensae pro olivarum oleo per annum efferunt 30—40 f. a. v.

2) Si quae ecclesia non habet aut fundationem hoc fine institutam, aut proventus sufficientes: ecclesiae Rectoris est, excitare fideles ac permovere ad ejusmodi fundationes; porro autem partim a curandis et emendis aliis non de praecepto necessariis, uti, e. c. sunt: arae laterales, imagines Sanctorum, vexilla, majora candelabra pensilia, vulgo »luster«, nimia in festis cereorum et candelarum copia etc., abstinere, partim collectam eleemosynarum hoc titulo instituere, explicando fidelibus et gravitatem hujus Ecclesiae praecepti, et debitam pro tanto Salvatoris in SS. Sacramento diu noctuque inter nos realiter praesentis amore gratitudinem, ipsiusque luminis significationem.

3) Nonnisi ibi, ubi neque hac modalitate succederet necessariam pro comparando oleo olivarum summam conflare, indulgetur usus olei alterius qualitatis et levioris pretii.

4) Ecclesiarum Rectores studeant, mutuis consiliis tum privatim praesertim vero in pastoralibus conferentiis de formando fine parsimoniae aptiore ellychnio (stenj) et de reliquo apparatu invicem informare.

Quae omnia, licet in se videantur minuta, ratione tamen hujus Sacramenti, »quo — Ritualis sunt verba — nihil dignius, nihil sanctius et admirabilius habet Ecclesia Dei,« tanti sunt momenti, ut verus Christi minister persuasum habeat, se nunquam satis de illis sollicitum esse posse, memor profundi sensus verborum S. Thomae Aquinatis (in noto de ss. Eucharistia hymno) »sic nos tu visita, sicut te colimus.«

Datum e Consistorio Æpiscopali Zagrabiae die 11. Decembris 1874. celebrato.

De Sacrificio Missae.

Urbis et orbis.

Quum per generale Decretum super primariis et secundariis Festis jusserit Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII., ad illius normam Rubricas Breviarii et Missalis Romani esse interpretandas, Decretaque in contrarium facientia penitus abroganda; factum est, ut plura Sacrorum Rituum Congregationi proposita fuerint resolvenda dubia, quibus per alia subsequentia Decreta idem Sacrum Tribunal satisfacere officii sui duxit.

His autem quum alia quoque, controversias exortas penitus evellendi causa, accessissent recentiora Decreta pro quarumdam tam Breviarii quam Missalis Rubricarum authentica interpretatione; Emmus ac Rmmus Dnnus Cardinalis Cajetanus Aloisi-Masella, tunc Sacrorum Rituum Congregationi Praefectus, Summi Pontificis proposito inhaerens, ut inter latas Decretorum leges Rubricarumque praescriptiones maxima exstaret conformitas, munus concredidit Commissioni Liturgicae praefatas revisendi examinandique Rubricas, easque ad recentiorum Decretorum normam concinnandi.

Opus vero ab ipsa Commissione absolutum, prouti in superiori exstat exemplari, quum idem Emmus ac Rmmus Dnnus Card. Aloisi-Masella Relator in Ordinariis Sacrorum Rituum Comitiis ad Vaticanum subsignata die habitis proposuisset: Emmi ac Rmmi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, omnibus mature perpensis, Rubricas sic emendatas approbari posse ceusuerunt. Die 7. Decembris 1897.

Quam sententiam deinde per infrascriptum Cardinalem Sacro eidem Cœtui Praefectum Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. relatam, Sanctitas Sua ratam habuit, ac suprema Auctoritate Sua confirmavit: simulque praecepit, ut suprascriptae variationes, hoc Decreto approbatae, in novis editionibus Breviarii et Missalis Romani, servatis de cetero servandis, inseratur. Contrariis non obstantibus quibuscumque, etiam speciali mentione dignis. Die 11., iisdem mense et anno.

Card. Masella Prof.

Diomedes Panici S. K. C. Secretarius.

Notanda

quoad duo decreta sacr. rituum congregationis

quae post bullam Urbani VIII.

praemittuntur in missali romano.

In Decreto Urbis et Orbis, *diei 29. Septembris anni 1714, quod incipit per verba* »Cum occasione Missalis etc.«

. . . .

Praedictum Decretum ab ejusdem fel. rec. Alexandro VII. speciali Brevi, quod incipit *„Creditae nobis“* denuo fuit confirmatum, ac insuper statutum, idem servandum esse, quoad Missas in Altaribus Privilegiatis ex obligatione celebrandas, et Indulgentias per ejusmondi privilegia concessas Animabus in Purgatorio existentibus suffragari, perinde ac si celebratae fuissent Missae Defunctorum.

Verba quae sequuntur »Ac denique declaratum« *usque ad verba* »Die 22. Januarii 1667. Pontificatus XII.« *inclusive expungantur, ac statim sequantur* »Deinde fel. rec. Clemens IX.« *usque ad finem Decreti.*

In Decreto altero Urbis et Orbis, *diei 14. Martii 1861, quod incipit per verba* »Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa ix. ex Sacrorum Rituum Congregationis consilio« *locum habere non potest prima pars* »Quando occurrit Dedicatio Basilicarum« *usque ad verba* »Die 25. Septembris 1706 ad XI.« *inclusive; ergo expungenda.*

Addenda et varianda

in rubricis generalibus missalis.

PARS I.

III. De Feria et Vigilia.

N. 1. Missa de Feria dicitur . . . *usque ad verba* alia de Feria post Nonam.

N. 1. Missa de Feria dicitur . . . *usque ad verba* alia de Feria post Nonam. Missae autem Feriarum majorum occurrentium celebrari dossunt etiam in Festis semipuplicibus.

V. De missis Defunctorum.

N. 2. Præterea Feria secunda . . . *usque ad verba* præterquam in Festis Duplicibus, et Dominicis diebus.

N. 2. Præterea Feria secunda . . . *usque ad verba* præterquam in Festis Duplicibus, et Dominicis diebus. Missæ privatae pro Defunctis ut in die obitus seu depositionis etiam in Duplicibus celebrari possunt praesente, insepulto, vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere; exceptis Duplicibus primae classis, diebus Duplicia primae classis excludentibus; et Festis de praecepto.

N. 3. In die Commemorationis omnium Defunctorum, et in die Depositionis, et in Anniversario Defuncti, dicitur una tantum Oratio: et similiter in die Tertia, Septima, Trigesima, et quandocumque pro Defunctis solemniter celebratur; in aliis Missit plures, ut de Feriis, et Simplicibus dicetur infra in Rubrica de Orationibus.

N. 3. Una tantum Oratio dicenda est in Missis omnibus, quae celebrantur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die Obitus seu Depositionis, atque etiam in Missis cantatis vel lectis, permittente ritu, diebus Tertio, Septimo, Trigesimo et die Anniversario alicujus Defuncti necnon quandocumque pro Defunctis Missa

solemniter celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondet, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicujus obitu, et in Anniversariis late sumptis.

Deinde addatur:

N. 4. In Missis quotidianis quibuscumque sive lectis, sive cum cantu plures sunt dicendæ Orationes, quarum prima est pro Defuncto vel Defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae infra in Missali habentur, secunda ad libitum, ultima pro omnibus Defunctis Si vero pro Defunctis in genere Missa celebretur, Orationes sunt dicendae, quae pro Missis quotidianis in hoc Missali prostant, eodemque ordine, quo sunt inscriptae. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures Orationes Celebranti placuerit recitare, ut de Feriis et Simplicibus dicetur infra in Rubrica de Orationibus, id fieri potest tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus Defunctis postremo loco assignato.

N. 5. Sequentia pro Defunctis dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Depositionis Defuncti, et quandocumque in Missa dicitur

N. 5. Sequentia pro Defunctis dicitur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, et Depositionis Defuncti, in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis,

una tantum Oratio: in aliis autem Missis pro Defunctis dicatur ad arbitrium Sacerdotis.

quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis autem Missis vel recitari vel omitti potest ad libitum Celebrantis.

VI. De Translatione Festorum.

In dicendis Missis servetur Ordo Breviarii de Translatione Festorum Duplicium, quando majori aliquo Festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem ubi Titulus est Ecclesiae, vel concursus populi ad celebrandum Festum quod transferri debet, possunt cantari duae Missae, una de die, alia de Festo: excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimae, Dominica Palmarum cum tota Hebdomada majori, Dominica Resurrectionis et Dominica Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, die Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis, et Festo Corporis Christi.

In dicendis Missis servetur Ordo Breviarii de Translatione Festorum Duplicium, quando majori aliquo Festo, seu Dominica impediuntur. In Ecclesiis autem ubi Titulus est Ecclesiae, vel concursus populi ad celebrandum Festum quod transferri debet, possunt cantari duae Missae, una de die, alia de Festo: excepta Dominica prima Adventus, Feria quarta Cinerum, Dominica prima Quadragesimae, Dominica Passionis, Dominica Palmarum cum tota Hebdomada majori, Dominica Resurrectionis cum sequenti biduo, Dominica in Albis, Dominica Pentecostes cum duabus sequentibus Feriis, Dominica Ssmmae Trinitatis, die Nativitatis Domini, Epiphaniae, Ascensionis, et Festo Corporis Christi.

VII. De Commemorationibus.

N. 5. In faciendis Commemorationibus servetur ordo ut in Breviario. De Festo Duplici quod agitur ad instar Simplicis, fiat Commemoratio ante illam Dominicae: de Dominica ante Festum Semiduplex redactum ad modum Simplicis: de Semiduplici ante diem infra Octavam: de die infra Octavam, ante Ferias praedictas: de Feriis praedictis ante Festum Simplex: de Festo Simplici ante Orationes, quae secundo, vel tertio loco dicendae assignantur: et hae dicantur ante Orationes votivas; in quibus votivis servetur deinde dignitas Orationum, ut de Ssmma Trinitate, de Spiritu sancto, de Ssmmo Sacramento, de S. Cruce ante votivam de B. Maria, et de Angelis, de S. Joanne Baptista et S. Joseph ante Apostolos, et similiter in aliis.

N. 5. In faciendis Commemorationibus servetur Ordo ut in Breviario. Primo loco illae Commemorationes praeponuntur quae ad Officium cujuscumque ritus pertinent; exceptis illis, quae ab Officio de quo agitur, nunquam separantur. Deinde: 1. de Dominica privilegiata, 2. de die Octava, 3. de Duplici majori, 4. de Duplici minori ad instar simplicium redacto, 5. de Dominica communi, 6. de die infra Octavam Corporis Christi, 7. de Semiduplici, 8. de die infra Octavam communem ad simplicem ritum pariter redacto, 9. de Feria majori, vel Vigilia, 10. de Simplici: de Festo Simplici fiat Commemoratio ante Orationes quae secundo, vel tertio loco dicendae assignantur; et hae dicantur ante Orationes votivas; in quibus votivis servetur deinde dignitas Orationum, ut de Ssmma Trinitate, de Spiritu Sancto, de Ssmmo Sacramento, de S. Cruce ante votivam de B. Maria, et de Angelis, de S. Joanne Baptista et S. Joseph ante Apostolos, et similiter in aliis.

PARS II.

I. D Praeparatione Sacerdotis celebraturi.

N. 4. Si Celebrans sit Episcopus, vel Abbas ut supra, non ducit stolam ante pectus etc.

N. 4. Si Celebrans sit Episcopus, non ducit stolam ante pectus etc.

V. De Oratione.

N. 2. Cum nominatur nomen JESUS, caput versus Crucem inclinat: quod etiam facit cum nominatur in Epistola. Et similiter ubicumque

N. 2. Cum nominatur nomen JESUS, caput versus Crucem inclinat: quod etiam facit cum nominatur in Epistola. Et similiter ubicumque

nominatur nomen B. Mariae, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit Commemoratio; item in Oratione pro Papa, quando nominatur, semper caput inclinat, non tamen versus Crucem. Si plures Orationes sint dicendae, idem in eis, in voce, extensione manuum, et capitis inclinatione, quod supra dictum est, observatur.

nominatur nomen B. Mariae, vel Sanctorum, de quibus dicitur Missa, vel fit Commemoratio; item in Oratione pro Papa, quando nominatur, semper caput inclinat, non tamen versus Crucem: nisi in loco principali Altaris habeatur simulacrum vel imago B. M. V. aut Sancti, ad quam caput inclinatur. Si plures Orationes sint dicendae, idem in eis, in voce, extensione manuum, et capitis inclinatione, quod supra dictum est, observatur.

VII. De Offertorio, et aliis usque ad Canonem.

N. 5. Imposita aqua in Calice et finita Oratione praedicta accipit etc. *usque ad verba* In spiritu humilitatis. Postea erectus, elevans oculos manusque expandens, et statim jungens ante pectus etc.

N, 5. Imposita aqua in Calice et finita Oratione praedicta accipit etc. . . . In spiritu humilitatis. Postea erectus, elevans oculos, manusque expandens easque in altum porrectas, et statim jungens ante pectus etc.

VIII. De Canone Missae usque ad Consecrationem.

N. 1. Finita Praefatione, ut supra, Sacerdos stans ante medium Altaris versus ad illud, aliquantulum elevat manus, oculisque elevatis ad Deum, etc.

N. 1. Finita Praefatione, ut supra, Sacerdos stans ante medium Altaris versus ad illud, extendit et aliquantulum elevat manus, oculisque elevatis ad Deum, etc.

XII. De Benedictione in fine Missae et Evangelio Sancti Joannis.

N. 7. In Missa solemni Celebrans eadem voce et modo quo in Missis privatis, semel tantum benedicit populo, nisi sit Episcopus, vel Abbas, ut infra: et dicto Evangelio etc.

N. 7. In Missa solemni Celebrans eadem voce et modo quo in Missis privatis, semel tantum benedicit populo, nisi sit Episcopus, vel Abbas pontificaliter celebrans, ut infra: et dicto Evangelio etc.

Addenda et varianda

in rubricis specialibus missalis romani.

---

1. Dominica II. Adventus, et Feria VI. Quatuor Temporum Adventus.

Offertorium Ps. 84. Deus, tu convértens vivificábis nos, etc,

Offertorium. Ps. 84. Deus tu convérsus vivificábis nos, etc.

2. In festo Ss. Innocentium. In fine Missae.

Si Festum S. Thomae impediatur a Dominica, celebratur Feria secunda sequenti, tamquam in sede propria.

Expungatur integra.

3. In fest S. Thomae Episc. Mart. In fine Missae.

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistae, et Ss. Innocentium venerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Festum S. Thomae Mart. dicitur Missa de Dominica, Si autem Festum S. Thomae impediatur a Dominica, dicitur Missa de ea cum Commemoratione Octavarum, et Festum S. Thomae eo anno celebratur Feria ii. sequenti tamquam in sede propria.

Si Festum Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evangelistae, et Ss. Innocentium occurrerit in Dominica, ipsa die nihil fit de Dominica; sed die proximo post Festum S. Thomae Mart. dicitur Missa de Dominica. Si autem Festum S. Thomae occurrerit in Dominica, Missa dicitur de Festo cum Commemoratione ejusdem Dominicae et quatuor Octavarum, et legitur Evangelium Dominicae in fine.

4. In fine Missae de Octava Navitatis Domini.

Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo, cum Commemoratione Dominicae et Octavarum.

Si Festum S. Silvestri venerit in Dominica, dicitur Missa de eo cum Commemoratione Dominicae et Octavarum, et legitur Evangelium Dominicae in fine.

S. Silvestri Papae et Conf.

S. Silvestri I. Papae, Conf.

*

5. Post Festum Epiphaniae Domini.

De Festis Duplicibus majoribus et alicujus Doctoris Ecclesiae, quae infra Octavam veniunt, nihil tunc agitur (nisi tantum de Patrono vel Titulari Ecclesiae, et de Dedicatione ejusdem, in propria Ecclesia, non tamen in Octava), sed peracta Octava celebrantur: de aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus et de Simplicibus occurrentibus fit tantum Commemoratio.

Si Festa duplicia primae classis occurrant infra Octavam, non tamen in die Octava, de eis dicitur Missa cum Commemoratione Octavae; de aliis vero Festis, exceptis Simplicibus, de quibus fit Commemoratio, nihil fit; sed peracta Octava perpetuo celebrantur. In die vero Octava, Missa semper de eadem dicitur, translato etiam Duplici primae classis, quod post eamdem Octavam perpetuo recolitur; de Simplici autem occurrente fit tantum Commemoratio.

6. Die 7. Decembris. Post Missam S. Ambrosii Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Addatur:

Hodie in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duae Missae, una de Sancto sine Commemoratione Feriae et Vigiliae, altera de Vigilia uti sequitur..

7. Die 11. Decembris in Missa S. Damasi I. Papae, Conf. et Die 13. Decembris in Missa S. Luciae Virg. et Mart. Post Secretam.

Adatur:

Praefatio de B. Maria Virg. Et te in Conceptione Immaculata.

8. Die 23. Februarii. Post Missam S. Petri Damjani Episc., Conf. et Eccl. Doct.

Addatur:

Hodie extra Quadragesimam in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duae Missae, una de Sancto sine Commemoratione Vigiliae, altera de Vigilia cum secunda Oratione *Concéde*, tertia ***Ecclésiae,*** vel pro Papa.

9. Die 19. Martii. In Missa S. Joseph, Sponsi B. M. V.

Si hoc Festum occurrerit in Dominica Passionis, transferendum erit in Feriam secundam immediate sequentem; et quoties inciderit in Majorem Hebdomadam, reponendum erit in Feria quarta post Dominicam in Albis, tamquam in sede propria.

Introitus. Ps. 91. Justus etc.

Post Graduale etc. *In Missis votivis post Tempus Paschale usque ad Septuagesimam.* Graduale. Ps. 20. Domine praevenisti etc.

Integra expungatur.

10. Die 25. Martii. Post Missam Annuntiationis B. Mariae Virginis.

Si hoc Festum venerit in Dominica privilegiata, transferendum erit ad Feriam II. immediate sequentem, translato quocumque Festo Duplici etiam aequalis, non tamen altioris ritus. De Festo autem Duplici minori (excepto Festo alicujus Doctoris Ecclesiae) vel Semiduplici occurrente fit tantum Commem. in utrisque Vesperis et Laudibus. Si vero occurrerit in Hebdomada Majori vel Paschali, transferendum erit (pari cum privilegio)

Si hoc Festum venerit Feria VI. in Parasceve vel Sabbato Sancto, transferendum erit in Feriam II. post Dominicam in Albis tamquam in sedem propriam, integra cum solemnitate ac feriatione et sine Octava, servato tamen ritu Paschali. Si vero occurrerit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam II, immediate sequentem: quodsi incidat in Hebdomadam Majorem vel Paschalem, ad enuntiatam Feriam II. post Dominicam

in Feriam II post Dominicam in Albis, servato ritu Paschali.	in Albis amanrdetu, ac nonnisi Festo primario ejusdem ritus occurrente valeat impediri, quo in casu in sequentem diem similiter non impeditam transferatur.

11. Feria VI. post Dominicam Passionis. Post Missam Septem Dolorum B. Mariae Virginis.

Quando Festum VII Dolor. B. M. V, celebrari nequit hac Feria, transferendum est in Sabbatum immediate sequens quocumque Festo aequalis, non autem altioris ritus in eo occurrente. Quod si nec in sequenti Sabbato celebrari possit, omittatur.	Quando Festum Septem Dolorum B. M. V. hac Feria celebrari nequit ob occursum alicujus Festi altioris ritus, aut aequalis sed primarii, vel potioris dignitatis, transferendum est in Sabbatum immediate sequens, simili modo non impeditum. Quod si neque in dicto Sabbato celebrari potuerit, eo anno omittatur.

12. Dominica I. Julii. Post Missam Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C.

Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V. aut aliud Festum aequalis vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die, etc.	Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V., vel aliud Festum altioris ritus, aut aequalis sed primarium, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die, etc.

13. Die 8. Septembris. In Missa Nativitatis B. Mariae Virginis.

In Rubrica et Orationibus pro S. Hadriano Mart. nomen ipsius S. Mart. *Adriani, Adriano* corrige Hadriani, Hadriano.

14. Die 9. Septembris. In Missa S. Gorgonii Mart. Post Orationem Sanctus tuus.

Tertia Oratio de Spiritu Sancto, *Deus, qui corda fidélium.* Nisi venerit in Dominica, tunc enim tertia Oratio erit de S. Gorgonio Mart.	Tertia Oratio de Spiritu Sancto, *Deus, qui corda fidélium.* Dein expungantur quae sequuntur.

15. Die 11. Septembris. Post Orationem Ss. Proti et Hyacinthi Mm.

Tertia Oratio de Spiritu Sancto *Deus, qui corda fidélium.* Nisi venerit in Dominica, tunc enim tertia Oratio erit de Ss. Proto et Hyacintho.	Tertia Oratio de Spiritu Sancto, *Deus, qui corda fidélium.* Reliqua expungantur ut supra.

16. Dominica III. Septembris. Post Missam Septem Dolorum B. Mariae V.

Impedita Dom. III. Septembr. ob occursum Festi ritus Duplicis I. vel II. classis vel diei Octavae Patroni, Titularis, Dedicationis etc.. Festum Dolorum transfertur in proximiorem Dominicam etiamsi incidat cum Festo ritus Dupl. minoris (de qua tunc facienda erit Commem. ad instar Simplicis juxta Rubricas), dummodo non sit dies Octava Patroni, Titularis, Dedicationis etc. Quod si usque ad Adventum nulla supersit Dominica libera, Festum Septem Dolorum ponatur, juxta Rubricas, in prima die non impedita post Dom. III. Septembris. Si sequ. Festum Ss. Cornelii et Cypriani venerit in Dominica, in ea fit commemoratio Ss. Cornelii et Cypriani ac Ss. Euphemiae etc. Si vero occurrat in Feria IV. Quatuor Temporum, in Missa Ss. Cornelii et Cypriani fit Commem, primum de Feria postea de Ss. Euphemia etc. Et in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duae Mis-	Impedita Dominica III. Septembris ob occursum Festi Duplicis 1. vel 2. classis, vel alicujus diei Octavae, vel Duplicis majoris primarii, aut potioris dignitatis, Festum Septem Dolorum transfertur in proximiorem Dominicam simili modo non impeditam. Quod si usque ad Adventum nulla supersit Dominica libera, Festum Septem Dolorum ponatur, juxta Rubricas, in prima die non impedita post Dominicam III. Septembris. Si Festum Ss. Cornelii et Cypriani occurrat in Feria IV. Quatuor Temporum, in Missa Ss. Cornelii et Cypriani fit Commemoratio de Feria, postea de Ss. Euphemia etc. Et in Ecclesiis Cathedralibus et Collegiatis dicuntur duae Missae una de Ss. Cornelio et Cypriano, in qua fit Commemoratio Ss. Euphemiae etc., altera de dicta Feria sine Commem. Ss. Martyrum.

sae una de Ss. Cornelio et Cypriano, in qua fit commem. Ss. Euphemiae etc., altera de dicta Feria sine commem. Sanctorum.

17. In Missa de Communi Doctorum. Postcommunio.

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem; beátus N. Conféssor tuus et Doctor egrégius, precátor accédat. Per Dóminum.

Pro Doctore Pontifice.

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus N. Póntifex tuus et Doctor egrégius, quaesumus, precátor accédat. Per Dóminum.

Pro Doctore non Pontifice.

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus N. Conféssor tuus et Doctor egrégius, quaesumus, precátor accédat. Per Dóminum.

18. Post Missam de Dedicatione Ecclesiae.

In ipsa die Dedicationis Ecclesiae Missa dicitur ut supra in Anniversario Dedicationis, exceptis Orationibus, quae dicuntur ut sequitur.

In ipsa die Dedicationis Ecclesiae et per Octavam, et quando varianda est Oratio ob occursum Dedicationis alterius Ecclesiae, Missa dicitur ut supra in Anniversario Dedicationis, exceptis Orationibus, quae dicuntur ut sequitur.

Pro aliquibus locis.

19. Die 15. Maji. In Missa S. Isidori Agricolae Conf. Postcommunio.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis cœléste mystérium; et praesta: ut Sancti Isidóri Confessóris tui cujus exséquimur cultum, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

Sit nobis, Dómine, reparátio mentis et córporis coeléste mystérium: et praesta; ut cujus exséquimur cultum, intercedénte Sancto Isidóro Confessóre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum.

De sacrificio Missae et divino Officio tam in Ecclesia Cathedrali, quam in Ecclesiis collegiatis et parochialibus.

Divinorum officiorum, quae ad altissimum Dei omnipotentis nomen colendum, & invocandum pertinent, magnam curam haberi voluit in Synodis Provincialibus sacrosanctum Concilium Tridentinum, Sess. 24. cap. 12. mandans, ut pro cujuscunque Provinciae utilitate, ac moribus certa formula praescribatur, tam quoad congruam canendi, seu modulandi rationem, quam quoad certam in choro conveniendi legem, simulque de omnibus Ecclesiae Magistris. Cum autem Provincialium Synodorum authoritate, ac dispositione, accedente S. Sedis Apostolicae assensu, constitutum jam habeamus, ut officia divina ritu, ac forma Breviarii, ac Missalis Romani non solum in Metropolitana, quam sequi aliae Ecclesiae tenentur, sed in omnibus aliis quoque Ecclesiis peragantur, hunc ritum ubique observari, sub gravi animadversione mandat Sacra Synodus, ac nominatim Illustrissimus ac Reverendissimus Archi-Episcopus Colocensis; & Zagrabiensis, qui hucusque antiquo suo ritu utebantur, eo adjuncto, ut in Cathedralibus, ac Collegiatis Ecclesiis horae canonicae a matutino usque ad completorium integre decantentur quotidie, quod quidem, si in aliquibus Ecclesiis hactenus factum non fuisset, uti in Ecclesia Jaurinensi, statim a reditu ex hac Synodo Provinciali fieri debebit sub pœnis gravissimis. Nam vel ipso horarum Canonicarum nomine Canonici ad id praestandum se se obligatos invenire possunt.

II. Sacrae quoque Missae officium bis quotidie in praedictis Ecclesiis haberi cantando debebit, mane videlicet, & hora nona. Sicubi autem utrumque cantando haberi non posset, matutinum sacrum habeatur legendo, horae autem nonae sacrum cantando.

III. Episcopi, cum ab eorum exemplo reliqui pendeant, in Sacra Missae actione, ac celebratione etiam diebus non festis frequentes se se exhibeant. Hoc alii sacerdotes si

viderint, agnoscent facile, quid ab ipsis praestari debeat. Dum autem sacrificium missae ipsimet celebrare non potuerunt, ut id audiant, status ipsorum ratio id postulat.

IV. Pontificales autem Missas consuetis suarum Ecclesiarum festis diebus nullo pacto omittant. Illi quoque, qui canonicatus, ac dignitates in Ecclesiis obtinent, ut, suorum Praelatorum exemplum secuti, in frequenti Missarum celebratione, praesertim in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia se se exerceant, conveniens, ac expediens est, interiori pietati adjungendo exteriorem quoque devotionem.

V. Qui vero Rectoratus altarium, ac capellarum habent, obligantur in hac parte piorum fundatorum intentioni satisfacere cum omni pietate, & devotione.

VI. Quod attinet ad Parochos, ii diebus festis pro populo, qui ad audiendum sacrum Missae officium praecepto Ecclesiae obligatur, ejusdem Missae sacrae celebrationem intermittere minime possunt absque reatu peccati, quorum damnabili consuetudini, quod occasione nundinarum, vel aliarum levitatum populum diebus festis deserunt, summopere invigilandum est Dominis Ordinariis, & Archidiaconis, gravi in tales animadversione adhibita; in quos in eo quoque serio animadvertendum est, quod ad tanti sacrificii celebrationem rarius per sacram confessionem conscientias suas expurgare, ac praeparare soleant.

VII. Ignoti, peregrini, vagique sacerdotes sine testimonialibus, ac comendatitiis literis ad sacra facienda non admittantur.

VIII. Qui mithrae, ac baculi privilegio, ac usu gaudent, in alienis Ecclesiis, ac Diœcesibus Pontificalia absque licentia Ordinariorum locorum exercere minime debeant, & audeant, ipsique Ordinariis praesentibus, eorum licentia solennem benedictionem dent.

IX. Quibus in Ecclesiis vel Cathedralibus, vel Collegiatis Missarum decantatio per seriem incumbit, hi diligentiam omnem adhibeant, ne quis in hujusmodi decantatione defectus admittatur; alias ob defectum in singulis Missis pœna, & mulcta constituatur. Quod & de iis intelligatur, qui hebdomadariorum loco canonicis horis decantandis interesse ex capitularibus per seriem debent.

X. In pontificalibus missis praeter Canonicos, aliosque, choro inservientes, tot etiam alios majorum, minorumve ordinum clericos ad altare ipsum convenientibus ornamentis indutos, assistere oportet, quod veteri Ecclesiarum ritu institutum est; atque ii, qui ex more Ecclesiarum ad hujusmodi assistentiam pro sui status, ac ordinis ratione deputati inveniuntur, in propria persona assistere non intermittant.

XI. In aliis missis, quas conventuales vocant, tot assistant, quot probata Ecclesiarum consuetudo laudabiliter observare consuevit.

XII. Cum non deceat Pontificem, seu Praesulem in habitu pontificali altissimum Sacerdotem, Christum videlicet Dominum referentem, ac populum suum Deo conciliare nitentem, eique solenniter benedicere volentem, absque frequentia populi, ejusdemque praesentia, mysteria sacra pertractare; curandum est, ut hoc tempore primarii, & nobiliores loci advocentur moneanturque in tempore, quantum deceat hujusmondi sacris, & solennibus actibus interesse; & quod non tantum harum solenniorum actionum tempore, sed etiam sub privata sacrarum missarum celebratione ingentem fructum spiritualem populus, plebsque fidelis consequi possit, debeantque proinde curas suas ita ordinare, ut quotidie missas audire valeant.

XIII. Missae non nisi in templis, ac oratoriis, authoritate Ordinariorum ad hoc deputatis, celebrantur; nisi ex gravi necessitate permissu Ordinarii ad id facultatem habentis, aliter fieri debeat, sub dio celebrare nunquam licet. Pontificales autem, & conventuales, seu solennes missæ, praesertim diebus festis, ad altare majus celebrantur, nisi

ex veteri Ecclesiarum ritu, ac populi devotione secus fieri consueverit, altariaque pro sui solennitate aliud exegerint.

XIV. Tempus celebrandarum missarum ordinarium post auroram est, & non antea, præter casus a jure permissos: In Ecclesiis vero Cathedralibus, ac collegiatis Missæ ita disponantur, ut tunc matutino tempore usque ad undecimam, qui volet quotidie, missam audire possit, servata hora consueta missarum majorum, ac publicarum. In Parochiis porro, ruri existentibus, habeatur Missa, cum populus frequentior interesse potest, nec patiantur Parochi aliqua importuna solicitatione se ab ejusmondi celebrationis hora abduci.

XV. Dum Concio sacra habetur in aliqua Ecclesia, eo tempore abstineatur a celebratione missarum in eadem Ecclesia, etiam in separatis capellis, ne populi distractio fiat.

XVI. Sacramentum quoque Eucharistiae tempore concionum ad infirmos non efferatur e templis, ne tam Concionator ipse, quam populus per hoc impediatur.

XVII. Quando missa pro defunctis est celebranda, ea celebratio ita ordinetur, ne missa diei conveniens intermittatur.

XVIII. In Cathedralibus Ecclesiis, sicut & in collegiatis quibusdam chori moderatio, & directio ad eos pertinet, qui cantoralis dignitatis munus obtinent: illorum erit itaque directioni chori ita diligenter, ac solicite semper intendere, ut nec circa libros, nec circa cantum, nec circa alios quoscunque chori ministros aliqui defectus admittantur.

XIX. Ornamenti autem, totiusque cultus, ac ornatus Ecclesiarum cura concernit eos, qui custodum, seu thesaurariorum dignitate fulgent. Ne igitur vel in sacristiis, vel in Ecclesiis hac in parte ullus defectus, vel enormitas inveniatur, curare ii quam diligentissime debebunt; eritque Dominorum Ordinariorum, ut hos ad suum munus solicite obeundum compellant, sicut & alios, similes in aliis obligationes habentes.

(Const. syn. pag. 73—76).

De corrigendis non recte celebrantibus.

Diffamati Parochi, aut Presbyteri, quod recte non celebrent, probentur coram Archi-Diacono, aut alio idoneo; & non se corrigentes suspendantur a celebratione usque ad informationem Domini Episcopi, vel ejus Vicarii.

(Const. syn. pag. 136).

Sacrum parochiale hora praecise defixa servetur.

Cum orationes, quae in Missa post Communionem a Sacerdote dicuntur, aeque populum communicantem, ac Sacerdotem Sacrificantem respiciant; laudabile, & omni apostolico zelo dignum opus futurum est, si ferialibus etiam diebus fixa hora, eaque tali, qua Parochiani commodissime, etiam in aestate, antequam ad rurales labores suos evocantur, accedere poterunt, Sacrum celebretur; ita enim & devotio aput populum crescet, & labor ejus benedictionem, ac incrementum a Deo, qui petentibus dat affluenter accepturus est. (Const. syn. pag. 231).

De Sacro in capellis habendo.

Dominus Episcopus ex informatione Archi-Diaconorum determinet, quoties frequentandae capellae; ne populo, aut Ecclesiae Matrici praejudicetur. (Const. syn. pag. 137).

De suffragiis Missarum pro defunctis Episcopo, Vicario Generali, Archidiacono, et Dioecesanis Sacerdotibus.

Vigore Constitutionis Diœcesanæ, Anno 1673. sub Episcopo Martino Borkovich celebratae, praeter unum Sacrum, quod pro singulo Sacerdote Dioecesano e Decreto Synodi primae, sub eodem Episcopo Anno 1669. celebratæ, dici debet, duo Sacra pro mortuo Episcopo Ordinario suo quilibet Dioecesanus Sacerdos in toto Sacra tria, prout, jam hactenus laudabilis mos obtinuit, absolvat; immediatus autem successor ejus Anniversarium pro eo celebret. Pro

Vicario Episcopi, & Causarum Spiritualium Generali Auditore, uti & Sede vacante pro Vicario Generali Capitulari, hoc in officio mortuis, praeter unum Sacrum, quod singulo Sacerdoti debetur, adhuc aliud unum a quolibet Dioecesano Sacerdote: pro Archidiacono vero praeter unum, pro singulo Sacerdote dici obligatum, a quolibet Sacerdote illius Archidiaconatus, cui Defunctus ultimo praefuit, aliud unum celebrandum svademus, & ex consideratione laborum, quos pro Diœcesi ferunt commendati, ad istam illis post mortem exhibendam gratitudinem in Domino exhortamur. Denique pro singulo mortuo Sacerdote Diœcesis Nostrae, una Missa de requiem, siquidem per rubricam fieri potest, secus etiam in colore, dummodo quo ocius mortuus suffragia accipiat, e veteri Statuto dicatur. (Const. syn. pag. 244).

Applicatio pro unitate fidei.

Cum autem fides, & Religio plurimum oratione a DEO impetrari debeant, & per Apostolum pro invicem orare jubeamur; ideo pro unitate fidei, & felici statu Catholicae in hac Diœcesi Religionis, ac universi Cleri in utroque homine reformatione Parochi quidem die Cœnae Domini, reliqui vero Sacerdotes, qui in Cœna Domini celebrare non solent, in festo Corporis Christi sacrum Sacrificium Missae, & omnia ejus diei merita applicabunt: nihilominus semper ejusmodi intentionis in sacris suis operibus memores esse non intermittent.

(Const. syn. pag. 149).

Applicatio pro parochia.

Decretum s. rituum congregationis Camberien.

Eminentissimus et reverendissimus D. cardinalis Alexius Billiet, archiepiscopus Camberiensis, a sacra rituum congregatione sequens dubium declarari petiit: In dioecesibus Sabaudiae opportunum visum est, ut illa missa diebus dominicis et festivis applicetur pro populo, cui populus ipse adstare consuevit et idcirco haec applicatio fit a vicario, quando is alternative missam parochialem celebrat. Hinc queritur: 1. An eiusmodi usus servari et retineri possit? 2. Utrum applicatio fieri semper debeat a parocho etiam privatim celebrante? Sacra porro rituum congregatio, ad Vaticanum hodierna die coadunata, in ordinariis comitis ad relationem infrascripti secretarii, omnibus accurate perpensis, rescribendum, censuit:

Ad. I. Negative. Ad II. Affirmative iuxta alia decreta.

Atque ita rescripsit ac servari mandavit die 20. Decembris 1864.

Decretum s. congr. concil. Trident.

1. An parochus die festo a sua parochia absens satisfaciat suae obligationi missam celebrando pro populo in loco, ubi degit, seu potius teneatur substituere alium, qui missam pro populo dicat in propria ecclesia?

Et quatenus negative ad secundam partem

2. An teneatur missam applicare pro populo in loco, ubi degit, seu potius ad parochiam rediens teneatur applicare in propria ecclesia?

3. An parochus morbi causa legitime impeditus, ne missam celebret, teneatur post recuperatam sanitatem tot missas applicare pro populo, quot durante morbo omisit, sivi in casu, quo nec per se, nec per alium celebrare poterat sine gravi incommodo, sive in casu, quo poterat per alium, sed ex aliquo vano timore vel negligentia non curavit vel non obtinuit, ut alius pro se celebraret?

S. C. C. die 14. Decembris 1872. causa cognita censuit respondere ad dubia:

»Parochum die festo a sua parochia legitime absentem satisfacere suae obligationi missam applicando pro populo suo *in loco, ubi degit*, dummodo ad necessariam populi commo-

ditatem alius sacerdos in ecclesia parochiali celebret et verbum Dei explicet.«

»Parochum vero utcunque legitime impeditum, ne missam celebret, teneri eam die festo per alium celebrari et applicari facere pro populo in ecclesia parochiali: quod si ita factum non fuerit, quamprimum poterit, missam pro populo applicare debere.

Applicatio pro parochia in festis abrogatis.

Bme Pater,

Philippus, archiepiscopus Colonien, provolutus ad pedes S. V. ea, quae sequuntur, humillime exponit.

Antecessor suus cardinalis Melchers a s. Sede obtinuit facultatem indulgendi parochis, ut, quotiescumque in diebus festis suppressis, quibus pro parochia applicare teneantur, ipsis incumbat sive pro fundatoribus sive in solemnibus exequiis habendis, sive pro sponso et sponsa solemnem missam cantare, quae in alium diem transferri nequeat, applicationi pro parochia die immediate sequenti satisfacere valeant. Quae facultas de die 24. Octobris 1885 ope rescripti s. congnis. negotiis ecclesiasticis extraordinariis praepositae, archiepiscopo oratori in annum commissa quum brevi sit exspiratura, hinc idem archiepiscopus enixe rogat benignam prorogationem.

Die 6. Septembris 1886. SSmus dnus noster, audita relatione infrascripti secretarii congnis. concilii, petitam prorogationem ad quinquennium tantum, incipiens ab ultima die exspiraturi praecedentis indulti, eiusdemque forma in reliquis servata, archiepiscopo oratori benigne impertitus est.

A. card. Serafini,
praef.

De applicatione facienda per sacerdotem, qui binas missas dicit.

Cum multi sacerdotes, obtenta superiorum venia, diebus dominicis et festis de praecepto binas celebrent missas, cuncti ut sciant, ad quae hac in re teneantur quoad missae applicationem et stipendium, recentissimum, quod s. concilii congregatio die 25. Septembris 1858. edidit, decretum ad singulorum, quorum interest, notitiam hisce perducimus.

Dubia autem dirimenda haec erant:

1. An parochus, qui duas parochias regit et ideo bis in die celebrat, utrique parochiae suam missam applicare teneatur, non obstante redituum exiguitate, in casu,
2. An parochus, qui una eademque in parochia bis eadem die celebrat, utramque missam populo sibi commisso gratis applicare omnino teneatur, in casu,
3. An vicarii aut alii sacerdotes curam animarum non habentes, siquando bis in die celebrent, ut fit quandoque, seu ut numero sufficienti missae in ecclesia parochiali celebrentur, seu ut hospitalia, carceres, sanctimonialium conventus missa non careant, secundam et ipsi missam populo gratis applicare teneantur, in casu,

   Et quatenus affirmative ad 1. 2. et 3.
4. An et quomodo concedendum sit parochis, qui diebus dominicis aliisque bis celebrant, ut unius missæ liberam habeant applicationem et stipendium pro ea recipere valeant, in casu,
5. An et quomodo idem concedendum sit sacerdotibus curam animarum non habentibus quoad utramque missam, in casu,
6. An et quomodo concedenda sit absolutio quoad praeteritum, in casu.

Die 25. Septembris 1858. s. congregatio ad supra dicta dubia rescripsit:

Ad primum: *Affirmative.*

Ad secundum: *Negative firma prohibitione recipiendi eleemosynam (stipendium) pro secunda missa.*

Ad tertium: *Negative, quatenus animarum curam non habeant, firma semper prohibitione recipiendi eleemosynam pro secunda missa.*

Ad quartum: *Negative et episcopus provideat ad formam constitutionis Benedicti XIV: Cum semper oblatas §. 8.*

Ad quintum: *Provisum in tertio.*

Ad sextum: *Celebrata unica missa ab unoquoque affirmative, facto verbo cum sanctissimo (patre).*

Treveren.

Eleemosynae missarum.

Episcopus Treverensis sequentia exponit: Sacra congregatio concilii Tridentini, decreto 25. Septembris 1858 edito, declaravit, non licere sacerdoti, qui binas eadem die dicit missas, eleemosynam seu stipendium accipere pro secunda missa. Qua de re sequentia proponuntur dubia dirimenda:

In multis dioecesis nostrae parochiis existunt fundationes, quae vulgo *primissariae* vocantur (beneficia et simplicia et curata), quibus provisum est, ut dominicis diebus et festis praeter quasdam ferias Sacrum celebretur matutinum. Eiusmodi vero fundationes ob exiguitatem redituum et penuriam sacerdotum plerumqne proprio carent sacerdote. Ut autem menti fundatorum, quantum fieri potest, satisfiat parochi, obtenda binandi facultate, diebus dominicis et festis binam dicunt missam. Sacrum matutinale et Sacrum summum pro populo, et in utroque Sacro traditur homilia sive instructio catechetica, pro quo peculiari labore sive industria parochi hucusque ex eiusmodi fundationibus certam percipiunt remunerationem. Sunt et alii parochi, qui diebus dominicis et festis binas dicunt missas, partim in ecclesiis parochialibus, partim in filialibus, quia necessitas moralis

id exigit. Non pauci parochi ad ecclesias dissitas per vias asperas, tempore aestus, frigoris et nivis tendunt, qui infra Sacrum simul tradunt doctrinam christianam. Quaeritur igitur:

1. Utrum parochi, qui, ut menti fundatorum fiat satis, diebus dominicis et festis binas dicunt missas et pro fundatoribus *primissariarum* applicant, salarium ex fundo primissariarum pro peculiari labore percipere possint?
2. Utrum parochi, qui pro necessitate circumstantiarum diebus dominicis et festis sive in ecclesia parochiali sive filiali dissita bis celebrant, tradita simul doctrina christiana, pro peculiari labore et industria certum salarium annuum, a parochianis oblatum, percipere valeant?

Die 23. Martii 1861, sacra congregatio eminentissimorum S. R. E. cardinalium concilii Tridentini interpretum censuit rescribendum: *Posse permitti*, prudenti arbitrio episcopi, aliquam remunerationem intuitu laboris et incommodi, exclusa qualibet eleemosyna pro applicatione missae.

(L. S.) Card. Caterini, praef.
A. Quaglia, secretarius.

Venerabili clero die 5. Septembris 1859. et 11. Maii 1861. promulgata sunt decreta, quibus s. congregatio concilii prohibuit, ne parochi aliique sacerdotes, qui obtenta licentia diebus dominicis et in foro festivis binas missas celebrant, pro altera missa stipendium accipiant, etiamsi ex specialibus fundationibus applicandum sit Sacrum matutinale pro fundatoribus. Attamen cum multi sacerdotes ante horum decretorum promulgationem stipendium pro altera missa ab ipsis celebrata indebite quidem, sed bona fide sibi attribuerint, e re nobis visum est, ut condonatio et absolutio, a s. sede apostolica pro aliis dioecesibus hac de re concessa, etiam ad nostram archidioecesin extendatur.

Praeterea nonnulli parochi a nobis petierunt facultatem

*

applicandi quidem alteram missam iuxta intentionem fundatorum sive petitionem fidelium, ea tamen conditione, ut stipendium inde obtentum alicui pio operi cedant nullumque prorsus emolumentum, ipsi percipiant. Quibus ex causis s. dominum nostrum Pium papam IX., quem Deus Ecclesiæ suae diu sospitem servare velit, his adivimus supplicibus literis:

Beatissime Pater.

»Ioannes S. R. E. cardinalis de Geissel, archiepiscopus Coloniensis, ad sanctitatis vestrae pedes provolutus humiliter exponit sequentia.

S. congregario concilii die 25. Septembris 1858 decretum edidit, quo declaravit, sacerdotibus, qui bis in die celebrant, omnino prohibitum esse, pro altera missa eleemosynam accipere. Quod quidem decretum mox publicando contrariam agendi rationem, quae ex ignorantia prohibitionis in mea arhidioecesi passim observabatur, prorsus eliminavi Cum vero quoad praeteritum maxime desideranda sit absolutio pro iis sacerdotibus, qui bona fide pro altera missa stipendium perceperunt, eam a Sanctitate vestra concedi enixe efflagito. Dubium quoque eandem materiam concernens Sanctitati vestrae decidendum omni qua par est reverentia hac occasione submitto, scilicet: num sacerdoti bis in die celebranti liceat alteram missam, pro cuius celebratione sive ex piis fundationibus sive ex fidelium oblationibus constituta est certa eleemosyna, ita persolvere, ut dicta eleemosyna sive ad sublevandam inopiam fabricae ecclesiae, sive in commodum sacerdotis alicuius indigentis, sive in sustentationem missionariorum, sive in aliam denique piam causam ab ordinario applicetur, nullumque omnino commodum vel emolumentum celebrans ipse inde percipiat. Quod si talis quoque agendi modus in dicta prohibitione comprehendatur, a Sanctitate vestra humiliter expostulo facultatem, qua talem agendi rationem, ex qua omnis avaritiae suspicio exsulare apparet, cognita causa et respectu

habito personarum et circumstantiarum dispensando permittere valeam. Quam gratiam submisse exposcens ad Sanctitatis vestrae pedes sacros, quos exosculor, provolutus mihi et gregi meo apostolicam efflagito benedictionem. Pro qua gratia etc.«

Sanctitas sua praedictas literas benigne excepit et per Emum cardinalem Caterini, S. C. C- praefectum, hoc responsum dedit:

„Die 11. Martii 1863. — Sanctissimus dominus noster, audita relatione infrascripti prosecretarii sacrae congregationis concilii, eminentissimi domini cardinalis archiepiscopi Coloniensis precibus benigne annuens, facultates necessarias et opportunas eidem Emo impertitus est ad hoc, ut enunciatam absolutionem quoad praeteritum pro suo arbitrio et prudentia gratis impertiatur. In reliquis vero ipsa Sanctitas sua censuit rescribendum: „Non expedire“.

P. Card. Caterini praef.

Petrus archiepiscopus Sardianus, prosecretarius.

Primam igitur petitionem Sanctitas sua benigne concessit nobisque facultates necessarias et opportunas commisit, ut enunciatam absolutionem quoad praeteritum pro nostro arbitrio et prudentia impertiri valeamus. Itaque auctoritate apostolica omnes et singulos archidioecesis nostrae sacerdotes. qui stipendium pro altera missa diebus dominicis et in foro festivis ab ipsis celebrata hujusque perceperunt, a quibuscumque obligationibus, iis ex hac re incumbentibus, hisce absolvimus, imponentes iisdem pro poenitentia, ut semel dicant septem psalmos poenitentiales atque aliquam eleemosynam in solatium pauperum vel in aliud opus pium pro arbitrio suo impendant.

Ad secundam autem petitionem, qua postulavimus, ut sacerdotibus bis praedictis diebus celebrantibus liceat alteram missam, pro cuius celebratione sive ex piis fundationibus, sive ex fidelium oblationibus constitutum est certum stipendium, ita persolvere, ut dictum stipendium ad piam

causam ab ordinario applicetur, Sanctitas sua censuit rescribendum: „*Non expedire*". Hinc prohibitum est a sanctissimo domino nostro, quominus sacerdotes etiam praedicto modo stipendium pro altera missa percipiant. Quae dum vobiscum pro muneris nostri officio communicamus, in Domino confidimus, vos pro spectata vestra religione ac pietate tam hoc quam cetera decreta apostolica hac de re edita omni qua par est reverentia et obedientia suscepturos esse atque observaturos, declarantes simul, si forte sacerdos obtinuerit licentiam celebrandi alteram missam pro stipendio, in opus pium cedendo, eundem dicta licentia, quam iuxta praemissam decisionem apostolicam hisce revocamus, posthac tuta conscientia uti non posse.

Applicatio missae, quae binando celebratur.

Compendium facti. Episcopus Vivariensis haec S. C. C. proposuit: 1. »Existit in dioecesi Vivariensi pia quaedem sodalitas, tercentorum presbyterorum nuncupata, a S. S. approbata et spiritualibus favoribus aucta, secundum cuius statuta omnes, qui ei nomen dedere, tenentur unam missam celebrare pro singulis associatis defunctis; quae obligatio tamquam ex iustitia habetur. Porro sunt quidam associati, qui se liberant ab hac obligatione per alteram missam, dominica die binatione celebratam; quod contrarium videtur aliquibus decisionibus S. C., per quas prohibetur stipendium accipere pro secunda missa: se liberare enim per binationem a missa, quae debetur ex iustitia, est quasi stipendium sumere pro missa binationis.«

2. »Sunt etiam aliqui parochi curam animarum habentes, qui, si propter legitimum impedimentum missam non potuerint celebrare die, in quo applicanda erat pro populo, se liberant ab hac obligatione per alteram missam insequenti dominica celebratam: ex quo fit, ut in hac dominica bis celebrent pro populo, quod etiam videtur contrarium supradictis S. C. definitionibus.«

Dubia.

1. An sacerdos, qui ex statutis sodalitatis, cui nomen dedit, tenetur missam celebrare pro sodali defuncto, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam in die binationis applicare in casu.

2. An parochus, qui non potuit celebrare missam die, in quo legenda erat pro populo, possit ad satisfaciendum huic oneri secundam missam, in subsequenti festo ex binatione celebrandam applicare in casu.

Resolutio.

Sacra conc. congr. re cognita sub die 5. Martii 1877 censuit respondere: Ad I. Affirmative. Ad II. Negative; et consulendum SSmo pro absolutione quoad praeteritum, et communicentur episcopo decreta huius s. congregationis die 14. Decembris 1872.

Decisio s. congregationis concilii de applicatione missae fundatae.

Compendium facti. In pago archidioeceseos Colon. anno 1862. Petrus agricola per testamentum statuit: *Reliqua bona mea lego ecclesiae parochiali ad erigendam fundationem missae matutinalis pro diebus dominicis et festivis cum obligatione in dicta missa dicendi tria Pater noster pro benefactoribus huius ecclesiae.* Fundus iste pretio aequat quinque millibus et quinquaginta quatuor marcis. Uxor dicti testatoris Petri ad dies vitae habuit usumfructum Quae quum mense Januarii anni praeteriti mortua sit, nunc oritur questio, utrum parochus obligandus sit, hanc missam fundatam applicare ad mentem fundatoris, necne.

Disceptatio synoptica.

Videtur missa non esse applicanda. Parochum non teneri missam pro diebus dominicis et festivis a pio testatore fundatam ad ipsius mentem applicare, se-

quentibus rationibus videtur sustineri posse, quia: 1. In dicta parochia, quae quadringentos et septuaginta parochianos habet, praeter parochum non invenitur sacerdos. Si parochus obligatus esset, dictam missam fundatam applicare ad intentionem fundatoris diebus dominicis et festivis, quibus vi officii parochialis pro parochia applicare tenetur, hanc obligationem persolvere non posset, quam per missam matutinalem, quam vi facultatis apostolicae, per Ordinarium obtentae, binando celebrat, fundationi satisfacere non posset: 2. Intentio fundatoris erat, pro commoditate parochiae, cuius incolarum magna pars habitat longe ab ecclesia parochiali, diebus dominicis et festivis, hoc fundatori vivo ita placebat, ut diceret se velle hanc missam fundare quod postea etiam fecit: 3. Parohus hucusque habebat reditus vix sufficientes.

Huc usque adductis adde non levis ponderis circumstantiam, quae vehementem praesumptionem inducit, fundatorem noluisse hoc onus imponere, ut missa pro anima sua applicaretur. Sane testator huiusmodi missae festivae legatum instituens, probe noverat paroeciam nullum alium sacerdotem praeter parochum habere, qui, ut parochianorum necessitatibus occurreret, in diebus festis bis sacrum faciendi facultatem obtinuerat. Hoc posito, nisi dicere velis, testatorem rem impossibilem instituisse, admittas oportet, ipsum noluisse parocho onus imponere, ut missam pro testatoris anima celebraret.

Videtur missa esse applicanda. Verumtamen rationes superius allatae tanti ponderis haud esse videntur, ut in praedicta clausula testamentaria solam fundationem missarum, absque onere eas applicandi ad mentem testatoris contineri dicendum sit. Receptum enim est in iure, in interpretandis ultimis voluntatibus maxime prae oculis habendam esse regulam 45. *de Reg. iuris in 6.* — ibi — „*Inspicimus in obscuris quod est verisimilius.*“ Porro verisimilius est, ait Benedictus XIV., in *op. de Sac. miss. c. 9. num 2*, eum, qui beneficium seu capellaniam fundaverit et onus celebrandi missam imposuerit, de applicatione vero eiusdem pro anima sua ne verbum quidem adiecerit, voluisse eamdem etiam sibi applicari. Et haec verisimilitudo talis est iuxta ea, quae tradit de Angelis *in lib. 3. tit 41. num 4*, ut destrui non possit, nisi in contrarium habeantur gravissimae praesumptiones, quod scilicet fundator praecipiendo missarum celebrationem liberam reliquerit applicationem earundem.

Hanc regulam interpretandi huiusmodi fundationes constantissime secuta est S. congr. concilii, ut videre est apud Benedictum XIV. loco citato, ubi plures affert resolutiones, praesertim notissimam in causa Finen. *Applicationis Sacrificii die 18. Augusti 1668,* in qua haec habentur: »Ex dispositione testamentaria, antiquitus facta, a pio testatore reperitur fundata quaedam capellania cum onere capellano pro tempore, sacrum faciendi singulis dominicis aliisque festivis diebus, nulla adiecta declaratione, ad cuius suffragium applicandum esset sacrificium.« Ideo episcopus Finen. supplicat per S. congregationem declarari an eiusmodi sacrificium applicandum sit pro anima ipsius testatoris, an vero ad libitum capellani, uti hactenus factum esse comperit. Die 18. Augusti 1668. S. congr. concilii respondit: *Applicandum esse sacrificium pro anima testatoris.*

Iamvero in fundatione, de qua est sermo, nulla adest praesumptio gravissima in contrarium, quae suadeat scilicet testatorem liberam reliquisse applicationem missae. Nihil enim ad rem facit onus in ea recitandi tria Pater noster pro benefactoribus ecclesiae parochialis: quia hoc minime excludit applicationem missae pro anima testatoris; immo eam praesupponit, ut docent Pignatell. *tom. 3. consult 61. num. 9. et 15.* Matheucc. *offic. eccl. cap. 10 num. 63.* Aldanus *de val. appl. sacrif. lib. 2. c. 3.* Faust. *l. 2. de euchar.* et alii. Nec magis obstat, testatorem fundatione illa consulere voluisse commoditati parochianorum. Nam

haec circumstantia non exprimitur in praedicta clausula testamentaria, ac proinde non est attendenda, cum per eam intendatur restringere voluntatem testatoris in praeiudicium ipsius. Nec si esset expressa, aliquid valeret, nisi ulterius probaretur *ob solam commoditatem* parochianorum fundationem fuisse erectam. »In beneficiis enim ait card. de Lugo *Disp. 21 sect. 1 num. 23 de sac. Euch.*, vel aliis, in quibus obligatur sacerdos ad celebrandum *solum* ob commoditatem eorum, qui tali hora audituri sunt missam facilius potest existimari, quod non exigatur applicatio sacrificii, sed circa hoc reliquatur sacerdoti libertas, ut possit cui voluerit applicare.« Et S. C. C. nunquam declaravit liberam applicationem missae ob commoditatem audientium institutae, nisi quando tales aderant circumstantiae, ut merito praesumi posset fundatorem commodum illud exclusive respexisse, ut videre est in *Collen. Applicationis sacrif. anno 1689.* et in *Forcastinen. anno 1711.* aput Benedictum XIV. *Quaest. can. q. 7.* Porro cum eae circumstantiae in themate deficiant, concludendum esse videtur, parochum teneri missam pro fundatoris anima celebrare.

Hisce hinc inde animadversis, remissum fuit prudentiae EE. PP. enucleare

Dubium.

An parochus obstringendus sit ad applicandam hanc missam fundatam.

Resolutio. Sacra congr. concilii, re ponderata, sub die 20. Maii 1882. respondere censuit:

Affirmative: deficiente autem alio sacerdote, applicatio missae fundatae transfertur ad primam diem non impeditam infra hebdomadam, facto verbo cum SSmo.

Ordines, quoad in evidentia servanda stipendia sacrorum sive fundatorum sive manualium.

Nr. 840.

Repetitis vicibus observatum est, per nonnulos Curatos Stipendia Sacrorum, quae ii sive a fundatis anniversariis, sive e quotidianis fidelium oblationibus percipiunt, in evidentia haut servari, et ob debitae eorundem consignationis defectum occasione executionis testamentorum justae illi suspicioni locum praeberi: an non fortasis tales Curati ipsam quidem pecuniam expenderint, sacra vero inabsoluta reliquerint?

Ut itaque omnis frustandae piae fidelium intentionis occasio modusque praecludatur, perque seriam in re tam gravi exactitudinem tam debito ordini consulatur, quam et fidelium in ministerium nostrum fiducia sustentetur, praesentibus pro exacta in futurum observantia disponitur: ut singuli Curati sacrorum fundatorum, sive demum ea anniversaria, sive quantum ad celebrationis diem arbitrio Curatorum relicta sint, praescriptam tabellam in Sacristia patulo loco appensam taneant, una vero in destinato ad id libello tum sacra fundata, tum stipendia manualia, prout etiam ipsam eorum absolutionem juxta subnexam .|. formulam sedulo praenotent. Quo autem sua huic dispositioni constet observantia, eosdem libellos occasione visitationis annuae Vice-Archidiaconalis diligenter revideri, numve rite aut secus ducantur, Ordinariatui referre oportebit, eo alioquin isthic diserte declarato: quod si quispiam in ducendo hoc libello se desidem inordinatumque exhiberet, occasione mutationis aut mortis hujusmodi Curati Stipendia omnium illorum Sacrorum, quorum effectiva absolutio debite praenotata non fuerit, — si autem talis libellus penitus desideraretur, Stipendia Sacrorum, tum fundatorum tum etiam manualium, in quantum posteriorum horum numerus e scarteticis praenotationibus vel juxta cujuslibet loci adjuncta prudente Districtualis Vice-Archidiaconi conjectura iniri po-

tuerit, et quidem quacunque anni parte dictam mutationem aut mortem evenire contigerit, pro integro anno ex ejus substantia detrahenda successorique resignanda sint, — tum quod id tutioritatis ratio deposcat, tum quod de deside hujusmodi Curato haud sine fundamento praesumi possit: eum perprius etiam tam parum fuisse religiosum in explendis erga fideles suos justitiae Officiis, quam parum obsequens fuerit in exequendis Ordinariatus dispositionibus.

Caeterum ordines hi extenduntur etiam ad Cooperatores aliosque Archidioecesis hujus Presbyteros, Religiosos item sive in Claustris sive in cura animarum degentes, quinimo etiam ad eos, qui ex his in colligenda s. Eleemosyna versantur, ita quidem: ut cum hi posteriores passim designata sibi habeant per superiores suos certo numero absolvenda sacra, — stipendiaque sacrorum manualia ab ipsis fidelibus crebro obtinere soleant, a l celebrandum per parochos non prius admittantur, quam ubi aut nulla hujusmodi sacra absolvenda sibi adesse declaraverint, aut consignationem eorum hac ipsa formula adornandam, ac per respectivum Parochum vidimandam, exhibuerint.

Quo fine DD. Vice-Archidiaconi Conventuum Religiosorum in Districtu suo existentium superiores nomine hujus Ordinariatus provocabunt: ut deinceps nullum Religiosum absque scripta absolvendorum per eum sub tempus absentiae ex parte Conventus sacrorum consignatione sive pro Parochorum adjutorio, sive pro colligenda eleemosyna dimittant, eandemque, ut praemissum est, per concernentem Parochum vidimandam, ab eo subin ad Claustrum reduce sibi semper exhiberi faciant.

Datum e Consistorio Nostro Æpiscopali Zagrabiae die 22. Martii 1875. celebrato.

Titulus libri: *Pag.*

Libellus

Stipendiorum manualium N. N. Parochi (vel Cooperatoris)

Datum numerati Stipendii	Anno 1875.	Numerus Sacrorum		Datum et numerus absolutorum sacrorum
		Cant.	lect.	
2. Jan.	Anna Petrić ad suam intentionem pro vivis Sacr. Cant. 1. Lecta 2.	1	2	3. Januarii 1875. Cant. 1. 5. Januarii „ lect. 1. 9. Januarii „ lect. 1.
7. Jan.	Paulus Klarić pro def. matre sua Elisabetha Sacr. Cant. de Req. cum Libera.	1	—	11. Januarii 1875. Cant. 1.
8. Jan.	Maria Lovrić pro def. viro suo Georgio Sacra lecta de Req.	—	6	14. Januarii penes scriptam connotationem pro absolutione consignata sunt sex horum lectorum sacrorum stipendia P. Crescentio Franciscano Conventus N.

NB. Si Clerus Dioecesanus desideraverit, providebitur: ut tales libelli rubricis instructi et compacti in typographia Albrechtiana obtineri possint.

De missarum stipendiis.

Nr. 210.

Resolutiones, quas de benigno mandato Suae Sanctitatis S. Congregatio Concilii super eleemosynis Missarum infra subnexo Decreto recentius edidit, venerabili Clero Dioecesano tam saeculari quam regulari pro statu notitiae et exacta observantia hisce cummunicantur.

Datum Gradec die 12. Octobris 1874.

Josephus m. p.
Archi-Episcopus.

Decretum.

Cum circa eleemosynas Missarum graves quaedam quaestiones S. Sedi propositae fuerint, eas SSmus. D. N. D. Pius divina providentia Papa IX. Emis. ac Rmis DD. S. Rom. Ecclesiae Cardinalbus Concilio Tridentino interpretando ac vindicando praepositis expendendas ac resolvendas mandavit. Itaque injuncto sibi muneri, ea qua par est diligentia et consilii maturitate iidem Emi Patres satisfacere cupientes, infrascripta dubia desuper concinnari voluerunt.

I. An turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda, et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab Episcopis eorum Bibliopolarum vel Mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocunque modo Missarum eleemosynas colligunt, et Sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam sed libros aliasve merces rependunt?

II. An haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia nulla facta imminutione, tot missae a memoratis collectoribus celebrandae committantur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel quia per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis Missarum carentibus subvenitur?

III. An hujusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur?

IV. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas Missarum tradunt Bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipiant, sive non recipiant quidquam ab iisdem praemii nomine?

V. An turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sunt ii, qui a dictis Bibliopolis, et mercatoribus recipiunt pro Missis celebrandis libros, aliasve merces, harum pretio sive imminuto, sive integro?

VI. An illicite agant ii, qui pro Missis celebratis recipiunt stipendii loco libros vel alias merces, seclusa gravis negotiationis, vel turpis lucri specie?

VII. An liceat Episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis Missarum, quas fideles celebrioribus Sanctuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis reditibus careant?

VIII. An et quid agendum ab Episcopis, ne in iisdem Sanctuariis plures Missarum eleemosynae congerantur, quam quae ibi intra praescriptum, seu breve tempus absolvi queant?

XI. An et quid agendum ab Episcopis, ut Missae, sive quae singulis Sacerdotibus, sive quae Ecclesiis et locis piis a fidelibus celebrandae committuntur, accurate et fideliter persolvantur?

Quibus dubiis non semel in propriis comitiis sedulo et accurate perpensis, tandem in Congregatione Generali habita in Palatio Apostolico Vaticano die 25. Julii 1874., iidem Emi Patres in hunc modum respondendum censuerunt, videlicet.

Ad I. Affirmative.
Ad II. Negative.
Ad III. Affirmative.
Ad IV. Affirmative.
Ad V. Affirmative.
Ad VI. Negative.
Ad VII. Negative, nisi de consensu oblatorum.
Ad VIII. et IX. Standum Constitutionibus Apostolicis et Decretis alias datis.

Factaque die 31. Augusti 1874. de his omnibus SSmo. D. N. per me infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua resolutiones S. Congregationis Apostolica sua auctoritate adprobavit et confirmavit, atque ad Episcopos transmitti jussit, ut ipsi eas intra propriae jurisdictionis limites exequendas, perpetuoque et inviolabiliter servandas curent. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Romae ex Secretaria S. C. Concilii die 9. Septembris 1874. P. Cardinalis Caterini m. p. Praef. P. Archiepiscopus Sardianus m. p. Secretarius.

Decretum s. congregationis concilii.

Summaria precum. Archiepiscopus Colon. expostulavit a S. C. solutionem dubii, quod sic se habebat: »In archidioecesi Colon. permultae existunt fundationes missarum, pro quibus certa stipendia ordinario maiora constituta sunt. Hae missae beneficio non inhaerent, sed tum ab ordinario tum a fundatoribus vel provisoribus ecclesiarum certis sacerdotibus persolvendae assignantur. Haud raro evenit, ut ii, quibus hae missae modo praedicto assignatae sunt, impediantur, quominus ipsi easdem persolvant tum propter exequias habendas, tum propter stipendia manualia, quae a fidelibus oblata attentis circumstantiis peculiaribus reiici non possunt vel alias ob causas legitime excusantes . . . Quaeritur, utrum sacerdotes supranominati, si legitime impediti fuerint, quominus missas, modo supra exposito sibi assignatas, ipsi celebrent, celebrationem harum missarum alteri sacerdoti sic tradere debeant, ut totum stipendium,

fundatione constitutum, pro celebratione missarum solvendum sit; an potius sufficiat ordinarium, ita, ut, quae supersunt, a sacerdotibus, quibus hae missae assignatae sunt, tuta conscientia retineri possint.

Atque si in priorem partem quaestio sit affirmanda, supplicare audeo, ut mihi gratiose concedatur facultas singulis sacerdotibus licentiam, quae in quaestionis altera parte continetur, impertiendi, si eadem indigere videantur«.

Responsio. S. C. concilii, expensis precibus in comitiis habitis die 18. Iulii 1868. respondit: *Iuxta exposita, solvendum esse integrum stipendium; quoad expetitas facultates: non expedire.*

Decretum s. congregationis de non commutandis libris.

Nr. 2977.

Sequens s. Congregationis Concilii Decretum, quo renovantur et annexis quoque censuris observanda urgentur, quae jam a Pio PP. IX. constituta sunt ad cohibendam pravam quorumdam licentiam ephemerides, libros aliasque merces cum Clero erga absolvenda sacra commutandi, Venerabili Clero hujus Archi-Dioecesis hisce pro notitia et congrua directione communicatur:

»Vigilanti studio convellendis eradicandisque abusibus missarum celebrationem spectantibus iugiter incubuit haec S. C., pluraque edidit decreta, quibus omne hac in re damnabile lucrum removeri voluit, piasque testantium voluntates et obstrictam benefactoribus fidem ad amussim servari religioseque custodiri mandavit.

Quapropter ad cohibendam pravam quorumdam licentiam qui ad ephemerides, libros aliasque merces facilius cum clero commutanda missarum ope utebantur, nonnulla constituit, eaque, Pio PP. IX. fel. rec. approbante, edi et Ordinariis nota fieri curavit ut ab omnibus servarentur. Propositis namque inter alia sequentibus dubiis:

»I. an turpe mercimonium sapiat, ideoque improbanda

et poenis etiam ecclesiasticis, si opus fuerit, coercenda sit ab Episcopis eorum bibliopolarum vel mercatorum agendi ratio, qui adhibitis publicis invitamentis et praemiis, vel alio quocunque modo missarum eleemosynas colligunt, et sacerdotibus, quibus eas celebrandas committunt, non pecuniam, sed libros aliasve merces rependunt:

II. an haec agendi ratio ideo cohonestari valeat, vel quia, nulla facta imminutione, tot Missae a memoratis collectoribus celebrandae committuntur, quot collectis eleemosynis respondeant, vel qua per eam pauperibus sacerdotibus eleemosynis missarum carentibus subvenitur:

III. an huiusmodi eleemosynarum collectiones et erogationes tunc etiam improbandae et coercendae, ut supra, sint ab Episcopis, quando lucrum, quod ex mercium cum eleemosynis permutatione hauritur, non in proprium colligentium commodum, sed in piarum institutionum et bonorum operum usum vel incrementum impenditur:

IV. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi atque etiam coercendi, ut supra, sint ii, qui acceptas a fidelibus vel locis piis eleemosynas missarum tradunt bibliopolis, mercatoribus, aliisque earum collectoribus, sive recipiant quidquam ab iisdem praemii nomine sive non:

V. an turpi mercimonio concurrant, ideoque improbandi et coercendi, ut supra, sint ii, qui a dictis bibliopolis et mercatoribus recipiunt pro missis celebrandis libros aliasve merces, harum pretio sive imminuto sive integro:

VII. an liceat Episcopis sine speciali S. Sedis venia ex eleemosynis missarum, quas fideles celebrioribus Santuariis tradere solent, aliquid detrahere, ut eorum decori et ornamento consulatur, quando praesertim ea propriis reditibus careant:

in peculiari conventu anni 1874. S. C. resolvit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Negative.

Ad III. IV. et V. Affirmative.

Ad VII. Negative, nisi de consensu oblatorum«.

Sed cum postremis hisce annis constiterit, salutares huiusmodi dispositiones ignorantia aut malitia saepius neglectas fuisse, et abusus hac in re valde lateque invaluisse, Emi Patres S. C. Tridentini interpretes ac vindices, rebus omnibus in duplici generali conventu mature perpensis, officii sui esse duxerunt, quod pridem decretum erat in memoriam plenamque observantiam denuo apud omnes revocare, et opportuna insuper sanctione munire.

Praesenti itaque decreto statuunt, ut in posterum si quis ex sacerdotali ordine contra enunciata decreta deliquerit, suspensioni a divinis S. Sedi reservatae et ipso facto incurrendae obnoxius sit: clericus autem sacerdotio nondum initiatus eidem suspensioni quoad susceptos ordines similiter subiaceat, et inhabilis praeterea fiat ad superiores ordines recipiendos: laici demum excommunicatione latae sententiae Episcopis reservata obstringantur.

Praeterea cum experientia docuerit, mala quae deplorantur ex eo potissimum originem viresque ducere, quod in quorumdam privatorom manus maior missarum numerus congeritur quam iusta necessitas exigit, ideo iidem Emi Patres, inhaerentes dispositionibus a Romanis Pontificibus, ac praesertim ab Urbano VIII. et Innocentio XIII. in const. *Cum saepe contingat,* alias datis, sub gravi obedientiae praecepto decernunt ac mandant, ut in posterum omnes et singuli ubique locorum beneficiati et administratores piarum causarum aut utcumque ad missarum onera implenda obligati, sive ecclesiastici sive laici, in fine cuiuslibet anni missarum onera, quae reliqua sunt, et quibus nondum satisfecerint, propriis Ordinariis tradant iuxta modum ab iis definiendum. Ordinarii autem acceptas missarum intentiones cum adnexo stipendio primum distribuent inter sacerdotes sibi subiectos quos eis indigere noverint: alias deinde aut S. Sedi, aut aliis Ordinariis committent, aut etiam, si velint, sacerdotibus aliarum dioeceseon, dummodo sibi noti sint, omnique exceptione maiores, et legitima documenta edant

*

inter praefixum congruum tempus quibus de exacta earumdem satisfactione constet.

Denique, revocatis quibuscumque indultis et privilegiis usque nunc concessis quae praesentis decreti dispositionibus utcumque adversentur, S. Congregatio curae et officio singulorum Ordinariorum comittit, ut praesens decretum omnibus ecclesiasticis suae iurisdictioni subiectis, aliisque quorum ex praescriptis interest, notum sollicite faciant, ne quis in posterum ignorantiam allegare, aut ab huius decreti observantia se excusare quomodolibet possit: et insuper ut sive in sacra Visitatione sive extra sedulo vigilent, ne abusus hac in re iterum inolescant.

Facta autem de his omnibus relatione SSmo. D. N. Leoni P. P. XIII. per infrascriptum S. Congregationis Praefectum, Sanctitas Sua hoc Emorum Patrum decretum ratum habuit confirmavit atque edi mandavit, contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Datum Romae, die 25. Maii 1893.

Alloysius Card.
Epus Sabinensis Praefectus.

L. Salvati
Secretarius.

Una in executionem superioris mandati, quod Emi Patres *„sub gravi obedientiae praecepto decernunt et mandant“*, omnibus parochiarum curatoribus, beneficiatis, ecclesiarum aut piarum causarum administratoribus aut secus ad missarum onera implenda obligatis hisce injungitur, ut in fine cujuslibet anni missarum onera, quae reliqua fuerint, et quibus nondum satisfecerint, — usque ad 31. Januarii anni insequentis — huic Ordinariatui adnotatis intentionibus et adjectis stipendiis certo et sub gravi responsionis onere submittant.

Zagrabiae die 15. Septembris 1893.

Paulus Gugler m. p.
Vicarius Capitularis

De reductione fundationum.

Non sunt minuendae, aut immutandae obligationes Altarium in toto, vel in parte. Tabula, obligationes repraesentans, in conspicuo loco teneatur. Non assumantur onera insuperabilia. Non implens onus, peccat, & fructus correspondentes amittit; & post admonitionem Altaria per ordinarium privandus. (Const. syn. pag. 138).

Piae fundationes ad certos et determinatos usus factae aliis etiam piis usibus per administratores earum propria auctoritate non applicentur, sed si quae ob earum tenuitatem iuxta voluntatem fundatorum impleri nequeant, ideoque reductione opus sit, vel bona illarum ad alios meliores aut magis necessarios usus converti expediat, ad sanctam sedem apostolicam aut ad Ordinarium iuxta sacros canones recurratur.

Privilegium celebrandi missam votivam B. Mariae V. ratione infirmitatis vel alia rationabili causa concessum.

»Cum rmus. dominus Iosephus Formisano, episcopus Nolanus, exposuisset huic S. R. C.: Sacerdotes, quibus ratione infirmitatis vel alia rationabili causa concessum fuit privilegium celebrandi missam votivam B. Mariae V., ancipites saepius haerere circa modum eiusmodi missas celebrandi, eapropter ab eadem horum dubiorum solutionem exquisivit, nempe:

I. An sacerdos, cui ratione infirmitatis aliave rationabili causa a. s. Sede potestas facta est celebrandi missam votivam de beatissima Virgine, possit huiusmodi missam celebrare etiam in festis solemnioribus vel diebus privilegiatis, ex. gr. in Nativitate Domini, in festo Pentecostes, in Dominica palmarum? et quatenus affirmative?

II. An teneatur adhibere semper colorem album, an respondentem festo?

III. An in festis solemnioribus in huiusmodi missa

votiva teneatur addere Credo et Gloria, sive privatim sive publice celebret?

IV. Quando in die praeter festum sancti currentis diei recurrit alia collecta de sancto simplici vel de feria, tunc Oratio eritne de Spiritu sancto, prout praescribitur in rubricis generalibus, vel de Sancto simplici aut de feria?

V. Addendane erit huiusmodi missae votivae Collecta, si qua ab ordinario loci praescripta est?

VI. In die Nativitatis Domini potest hic sacerdos tres missas celebrare de beata Virgine?

S. Congr. respondit: Ad I. Affirmative. — Ad II. Debet semper uti colore albo iuxta alias decreta. — Ad III. Negative praeter Gloria in Sabbatis. — Ad IV. Debet tantum illas orationes legere, quae missae votivae conveniunt. — Ad V. Negative. — Ad VI. Negative iuxta alias decreta«. (Acta S. Sedis IV. 53.)

Missa votiva Rorate dicta.

Missa votiva Rorate dicta (quae per Adventum usque ad Vigil. Nativ. D. exclusive solet quotidie sub auroram decantari instar Missae votivae solemnis) diebus dominicis et festis dupl. 1. et 2. cl. celebrari prohibetur.

2. Non est recensenda inter Missas votivas pro re gravi, vel pro publica causa, sed ut mera populi devotio habenda, proin ubi diebus dominic. et praedictis festis sub auroram fit concursus populi ad audiendam Missam, cantanda est Missa conformis Officio.

3. Ob attactam rationem Missa »Rorate« privatae intentioni applicari potest.

4. Missa haec singulis diebus Adv. non aliter, quam decantando absolvatur cum Gl. Orat. unica, Cr., Praef. de B. M. V. (Et Te in Vener.) etiam infra Oct. Immac. Conc., in fine Missae: Ite Missa est et ult. Ev. s. Ioannis.

5. Missae votivae privatae (Rorate) tantum in festis semid. et simpl. dici possunt, et tunc 2. Orat. est de fest. semid. 3. de temp. Advent. vel si Offic. fuerit de feria, eotum 2. Or. est de temp. Adv. 3. de Spiritu s. In Sabb. dic. Gl. sine Cr. Praef. autem et ult. Evang. semper ut in Missa cant.

Dva dekreta o misama de Requiem.

Br. 4838.

Kongregacija sv. obreda izdala je godine 1896. dva obćenita dekreta, koja se tiču misa za pokojnike. Prvim (od 19. svibnja 1896.) dopuštaju se u odredjenih zgodah tihe (privatne) mise »de Requie« u dane, u koje se do sada po općenitih propisih rubrika niesu mogle služiti. Drugim (od 30. lipnja 1896.) odredjuje se koliko se oracija u misah za pokojnike može ili ima uzeti i kojim redom i kada se može ili ima uzeti sekvencija »Dies irae«.

O smislu tih dekreta mnogo su razpravljali rubriciste i sama je kongregacija sv. obreda za tumačenje njihovo još posebne neke odluke (odgovore na upite) izdala.

S toga se ta dva dekreta sada proglašuju častnomu svećenstvu znanja radi i ravnanja, uz nekoliko tumačenja.

U Zagrebu, dne 28. studena 1897.

JURAJ v. r.

Decretum.

Aucto, postremis hisce temporibus, maxime in calendariis particularibus, Officiorum Duplicium numero, quum pauci supersint per annum dies, qui Missas privatas de Requie fieri permittant, et ipsa Officia semiduplicia interdum ab aliis potioris ritus impediantur, nonnulli ecclesiastici viri pietate, doctrina ac dignitate praestantes, Sanctissimum Dominum Nostrum Leonem Papam XIII. humillimis enixisque precibus rogarunt, ut, ad iuvamen fidelium defunctorum et ad spirituale solatium vivorum, in Ecclesiis et Oratoriis

sive publicis sive privatis, praesertim iis, quae in sepulcretis rite erecta sunt vel erigentur, Missae lectae de Requie diebus etiam duplicibus aliquoties per annum de Apostolica Benignitate celebrari valeant. Placuit autem eidem Ssmmo Domino nostro huius negotii examen Sacrae Rituum Congregationi committere; quae, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus mature perpensis, attentisque hac de re etiam peculiaribus locorum circumstantiis, in Ordinario Coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, ad propositam per infrascriptum Cardinalem Sacrae eidem Congregationi Praefectum quaestionem, respondendum censuit:

Si Sanctissimo placuerit: I. In quolibet Sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missas, quae inibi celebrari permittuntur, posse esse de Requie diebus non impeditis a Festo duplici 1ae vel 2ae clasis, a Dominicis aliisque festis de praecepto servandis, necnon a Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis; item II. in quibuslibet Ecclesiis et Oratoriis quum publicis tum privatis, et in Sacellis ad Seminaria, Collegia et Religiosas vel pias utriusque sexus Communitates spectantibus, Missas privatas de Requie, praesente, insepulto vel etiam sepulto intra biduum, cadavere, fieri posse die vel pro die obitus aut depositionis: verum sub clausulis et conditionibus, quibus iuxta Rubricas et Decreta, Missa solemnis de Requie iisdem in casibus decantatur exceptis duplicibus primae classis et Festis de praecepto. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 19. Mai 1896.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII. per meipsum infrascriptum Cardinalem, relatione, Sanctitas Sua sententiam Sacrae ipsius Congregationis in omnibus ratam habere et confirmare dignata est, die 8. Junii, eodem anno.

Cai. Card. Aloisi-Masella S. R. C. Praef.

L. † S.

A. Tripepi,
Secretarius.

Ovim je dekretom prošireno dopuštenje služiti tihe (privatne) mise »de Requie«; naime:

I. u kapelicah, koje se nalaze u grobnicah, mogu se (kada biskup dopusti, da se u njih služi sv. misa) služiti tihe (privatne) mise »de Requie« u sve dane, samo se izuzimlju: 1.) festa duplicia primae et secundae classis; 2.) nedjelje; 3.) zapovjedani blagdani; 4.) feriae vigiliae et octavae privilegiatae;

II. u svih crkvah (župnih, samostanskih, filijalnih itd.) i kapelah i u bogomoljnicah javnih i privatnih mogu se služiti tihe (privatne) mise »de Requie« za pokojnika, koji još nije ukopan ili prvi ili drugi dan poslie ukopa u sve dane, kad rubrike dopuštaju, da se može služiti svečana misa »de Requie« praesente cadavere. Izuzimlju se ipak festa duplicia primae classis pa dosljedno i dani, u koje se festa duplicia primae classis ne mogu svetkovati, i zapovjedani blagdani. Za takovu tihu misu uzima se obrazac mise »in die obitus vel depositionis«, jedna oracija i sekvencija (»Dies irae«).

Za pokojnika dakle, dok još nije ukopan, ili prvi ili drugi dan po ukopu mogu se služiti tihe mise (privatne) de Requie u dan ili za dan umrća ili ukopa u sve dane, izuzevši ove:

1. dane, u koje pada duplex primae classis;
2. zapovjedane blagdane;
3. dane, u koje se ne može svetkovati duplex primae classis, a ti su dani: Vigiliae Nativitatis Dni et Pentecostes, dies Octava Epiphaniae, feria IV. Cinerum, fer. II., III. et IV. majoris hebdomadae, dies infra Octavas Paschatis et Pentecostes *(S. R. C. 12. Jan. 1897.)*;
4. vrieme, kad je u crkvi svečano izloženo presveto otajstvo;
5. u župnih crkvah, u kojih se samo jedna misa služi, izuzimlju se jošte dani, u koje župnik treba da služi za puk (pro populo), zatim blagdan sv. Marka i prosni dani, ako se obavlja obhod.

No u crkvah i javnih bogomoljnicah treba da se za pokojnika služi i svečana (pjevana) misa de Requie (missa exequialis). Na upit bo: »Missae privatae de Requie, quae sub expressis conditionibus celebrari possunt praesente cadavere, licitaene erunt in quibuslibet Ecclesiis, vel Oratoriis sive publicis sive privatis?« odgovorila je kongregacija sv. obreda: »Affirmative, dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali«. *(S. R. C. 12. Jan. 1897.)*.

Na upit: »Hujusmodi missae privatae de Requie celebrarine poterunt sine applicatione pro defuncto, cuius cadaver est vel censetur praesens? odgovorila je kongregacija sv. obreda: »Negative« *(S. R. C. 12. Jan. 1897.)*. Tihe dakle mise de Requie, koje se služe, dok pokojnik nije ukopan ili prvi ili drugi dan po ukopu, imaju se za toga pokojnika (a ne za druge) služiti.

Napomena. Za crkve u groblju ili uz groblje, u kojih se vazda može služiti sv. misa, ne vriedi ono, što je gore rečeno pod I. za kapelice u grobnicah ili nad grobnicama (rakama), već ono što je kazano pod II. za crkve u obće.

Decretum Generale

Orationum et Sequentiae in Missis Defunctorum.

Ut omne tollatur dubium super Orationibus et Sequentia dicendis in Missis Defunctorum, Sacra Rituum Congregatio declarat:

I. Unam tantum esse dicendam Orationem in Missis omnibus, quae celebrantur in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu diebus III., VII., XXX., et die anniversaria, nec non quandocunque pro defunctis Missa solemniter celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in Officio quod

recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in Anniversariis late sumptis.

II. In Missis quotidianis quibuscunque, sive lectis sive cum cantu, plures esse dicendas Orationes, quarum prima sit pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae inscribuntur in Missali, secunda ad libitum, ultima pro omnibus defunctis.

III. Si vero pro defunctis in genere Missa celebretur, Orationes esse dicendas, quae pro Missis quotidianis in Missali prostant; eodemque ordine quo sunt inscriptae.

IV. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures addere Orationes Celebranti placuerit, uti Rubricae potestatem faciunt, id fieri posse tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus defunctis postremo loco assignato.

V. Quod denique ad Sequentiam attinet, semper illam esse dicendam in quibusvis cantatis Missis, uti etiam in lectis quae diebus ut supra privilegiatis fiunt: in reliquis, vel recitari posse vel omitti ad libitum Celebrantis iuxta Rubricas. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30. Junii 1896.

Cai. Card. Aloisi-Masella S. R. C.

L. † S. Aloisius Tripepi,
S. R. C. Secretarius

Napomene:

Po toj odredbi valja od sada držati se ovih pravila:

I. U misah »de Requie«, koje se služe: a na dušni dan, b) na dan ili za dan umrća ili ukopa, c) na dan treći, sedmi, trideseti od ukopa i d) na obljetnicu umrća (in die anniversaria), uzima se jedna oracija (ona u formularu mise, koji se upotrebljava) i sekvencija (»Dies irae«). To valja i za svečane t. j. pjevane misse »de Requie« (služile se s asistencijom ili bez nje) i za tihe (privatne)

mise, kad naime rubrike dopuštaju, da se takove služiti mogu.

II. Kad se za pokojnika (pokojnike) služe svečane (pjevane) zadušnice te bi se za njega obavljao ili obaviti mogao officium defunctorum sub ritu duplici, kao kad stigne viest, da je umro, ili na spomen obljetnice umrća (a nije upravo obljetnica onoga dana, u koji je pokojnik preminuo) uzima se jedna oracija i sekvencija. U prvom slučaju uzima se obrazac mise »in die obitus« i izpušta se u oraciji rieč »hodie«, u drugom slučaju obrazac »in anniversario defunctorum«.

III. Kad se služi misa »de Requie« za označene pokojnike po obrazcu »in missis quotidianis defunctorum« uzimaju se tri oracije i to ovim redom:

a) prva je oracija za pokojnika (pokojnike), za kojega (koje) se misa služi (pro defuncto vel defunctis certo designatis, pro quibus sacrificium offertur). Uzima se oracija od onih, što se nalaze pod naslovom »orationes diversae pro defunctis«, ona koja je zgodnija, na pr. za pokojnoga biskupa N. ona pod br. 2. ili pod br. 3. za pokojnoga svećenika ona pod br. 4. (za više označenih biskupa ili svećenika iste oracije n množini), za pokojnoga N. ona pod br. 5. za pokojnike N. N. ona pod br. 11. ili ona pod br. 12;

b) druga je oracija po volji svećenika, koji služi (ad libitum celebrantis), dakle jedna ex orationibus diversis pro defunctis, koju po volji izbira svećenik;

c) treća je oracija za sve vjerne mrtve (pro omnibus fidelibus defunctis) naime »Fidelium Deus omnium«, koja u obrazcu mise dolazi na trećem mjestu.

Prva oracija ima svoju konkluziju, a druga i treća uzimaju se sub una conclusione.

To valja i za pjevane i za tihe mise »de Requie«. U pjevanih misah ima se uzeti i sekvencija, a u tihih može se uzeti ili ne uzeti, kako je volja svećenika, koji služi (ad libitum celebrantis).

IV. Kad se služi misa »de Requie« za pokojnike u obće (pro defunctis in genere), koji se točno i poimence ne označuju na pr. za braću, rodbinu, dobročinitelje i t. d. uzima se obrazac »in missis quotidianis defunctorum« i oracije (tri) u tom obrazcu onim redom, kako se ondje nalaze. To valja i za pjevane i za tihe mise »de Requie«.

U pjevanih ima se uzeti sekvencija, a u tihih može se uzeti ili ne uzeti (ad libitum celebrantis).

V. Kad se služi tiha misa »de Requie« po obrazcu »in missis qnotidianis defunctorum« bilo za označene pokojnike bilo za pokojnike u obće može svećenik i više od tri oracije uzeti, no onda treba da sve odabrane oracije ukupno čine lih broj (dakle pet ili 7) i da se posljednje mjesto dade oraciji pro omnibus fidelibus defunctis. Prva oracija (pro defuncto vel defunctis certo designatis ili pro defunctis episcopis seu sacerdotibus) ima svoju konkluziju, a sve ostale (4 ili 6) uzimaju se sub una conclusione posljednje oracije (Fidelium): Qui vivis et regnas etc.

Poslanica častnoga sbora za sv. obrede o porabi staroslovenskoga jezika.

Br. 3577.

Častni sbor za svete obrede u Rimu izdao je o porabi staroslovenskoga jezika u svetoj liturgiji poslanicu, odobrenu od svetoga Otca Pape Leona XIII., koja se evo diljem proglašuje:

Sacrae Rituum congregationis
ad Archiepiscopos, Episcopos et Ordinarios
provinciarum Goritien., Jadren. et Zagabrien.

LITERAE
de usu linguae slavicae in sacra
liturgia.

Quae praecipue observanda sunt, vel cavenda, circa usum palaeoslavici idiomatis in sacra liturgia, Sacra haec

Congregatio iam edixit die 13. Februarii 1892.; atque iis oportune signicavit Slavorum Meridionalium Episcopis, qui ecclesiis praesunt ubi eiusmodi praxis invaluit. Quum vero, hac super re, Apostolicae Sedi nova proposita sint dubia, Ssmus D. N. Leo Div. Prov. Papa XIII., pro sua erga Slavos paterna sollicitudine, ad praedictas normas enucleandas, et firmandas, omnemque removendam perplexitatem, grave hoc negotium peculiaris coetus S. R. E. Cardinalium examini submitti iussit.

Re igitur in omnibus mature perpensa, attentisque Summorum Pontificum Constitutionibus et Decretis, praesertim Innocentii IV., qui Episcopis Senien., a. 1248., et Veglen., a. 1252. slavica utendi lingua concessit licentiam, in illis dumtaxat partibus ubi de consuetudine observantur praemissa, dummodo ex ipsius varietate literae sententia non laedatur; item Urbani VIII. cuius iussu a. 1631 libri liturgici glagolitice editi sunt, ad usum ecclesiarum ubi hactenus praefato idiomate celebratum fuit, nisi maluerint latino; nec non Benedicti XIV. qui novam ipsorum librorum editionem, a. 1754. authenticam declaravit, pro iis qui ritum slavo-latinum profitentur; ac demum Pii VI., qui a. 1791. Breviarium eius auspiciis denuo impressum recognovit, iidem Emmi Patres eas quae sequuntur regulas statuerunt, illasque Sanctitas Sua ratas habuit, adprobavit et in posterum ab omnibus inviolate servari mandavit:

I. Usus palaeoslavicae linguae in sacra liturgia considerari et haberi debet velut reale privilegium certis inhaerens ecclesiis, minime vero ad instar privilegii personalis, quod nonnullis sacerdotibus competat.

Episcoporum igitur officii munus erit, in unaquaque dioecesi quam primum conficere indicem seu catalogum ecclesiarum omnium et singularum, quas certo constet, in praesens ea concessione rite potiri.

Ad dubia porro amovenda, asserti privilegii probatio desumatur ex documentis ac testimoniis quae in tuto ponant et probe demonstrent illud invaluisse et reapse vigere triginta saltem abhinc annis; quod temporis spatium in re praesenti tamquam sufficiens habetur ex indulgentia speciali Sanctae Sedis.

Si quae deinceps controversiae aut difficultates in eiusmodi probationum negotio oriantur, illas Episcopi Sacrae Rituum Congregationi subiiciant, rerum adiuncta explicate et distincte exponendo pro singulorum casuum solutione.

II. Praedicto ecclesiarum privilegiatarum indice semel confecto et publicato, nulli prorsus licebit, in aliis ecclesiis, quacumque ratione vel quovis praetextu, linguam palaeoslavicam in sacram liturgiam inducere: si quid vero secus aut contra contigerit attentari, istiusmodi ausus severa coercitione reprimantur.

III. In ecclesiis quae supra memorato gaudent privilegio, Sacrum facere et Officium persolvere publica et solemni ratione, permissum exclusive erit palaeoslavico idiomate, quacumque seclusa alterius linguae immixtione. Libri ad Sacra et ad Officium adhibendi characteribus glagoliticis sint excusi atque ab Apostolica Sede recogniti et adprobati: alii quicunque libri liturgici, vel alio impressi charactere, vel absque approbatione Sanctae Sedis, vetiti omnino sint et interdicti.

IV. Ubicumque populus sacerdoti celebranti respondere solet, aut nonnullas Missae partes canere, id etiam nonnisi lingua palaeoslavica, in ecclesiis privilegiatis fieri licebit. Idque ut facilius evadat, poterit Ordinarius fidelibus exclusive permittere usum manualis libri latinis characteribus, loco glagoliticorum exarati.

V. In praefatis ecclesiis quae concessione linguae palaeoslavicae indubitanter fruuntur, Rituale slavico idiomate impressum adhiberi poterit in sacramentorum et sacramentalium administratione, dummodo illud fuerit ab Apostolica Sede recognitum et probatum.

VI. Sedulo curent Episcopi in suis Seminariis studium provehere cum latinae linguae, tum palaeoslavicae, ita ut cuique dioecesi necessarii sacerdotes praesto sint ad ministerium in utroque idiomate.

VII. Episcoporum officium erit, ante Ordinationem sacram, designare clericos qui latinis vel qui palaeoslavicis ecclesiis destinentur, explorata in antecessum promovendorum voluntate et dispositione, nisi aliud exigat ecclesiae necessitas.

VIII. Si qui sacerdos, addictus ecclesiae ubi latina adhibetur lingua, alteri debeat ecclesiae inservire quae palaeoslavici fruitur idiomatis privilegio, Missam solemnem ibi celebrare, Horasque canere tenebitur lingua palaeoslavica; attamen illi fas erit privatim Sacra peragere et Horas canonicas persolvere latina lingua.

Idem vicissim dicatur de sacerdote, palaeoslavici idiomatis ecclesiae adscripto, cui forte latinae ecclesiae deservire contigerit.

IX. Licebit pariter sacerdotibus latini eloquii ecclesiae inscriptis, in aliena ecclesia quae privilegio linguae palaeoslavicae potitur, Missam privatam celebrare latino idiomate.

Vicissim sacerdotes, linguae palaeoslavicae ecclesiis addicti, eodem idiomate Sacrum privatim facere poterunt in ecclesiis ubi latina lingua adhibetur.

X. Ubi usus invaluit, in Missa solemni Epistolam et Evangelium slavice canendi, post eorumdem cantum latino ecclesiae ipsius idiomate absolutum, huiusmodi praxis servari poterit, dummodo adhibeatur lingua palaeoslavica. In Missis autem parochialibus fas erit, post Evangelii recitationem, illud perlegere vulgari idiomate, ad pastoralem fidelium instructionem.

XI. Si forte, in paroeciis quae linguam habent palaeoslavicam, aliquis e fidelibus prolem renuat sacro sistere fonti nisi Rituali latino baptismus conferatur; vel si qui matrimonium recusent celebrare nisi latina lingua sacer absolvatur ritus, Parochus opportune illos instruat, moneatque; et si adhuc in propria sententia persistant, baptismum, aut benedictionem nuptialem privatim latina lingua ministret.

Vicissim agatur, in paroecia latinae linguae, si quis slavico idiomate ritus praedictos omnino similiter exigat.

XII. In praedicatione verbi Dei, aliisve cultus actionibus quae stricte liturgicae non sunt, lingua slavica vulgaris adhiberi permittitur ad fidelium commodum et utilitatem, servatis tamen generalibus Decretis huius S. Rituum Congregationis.

XIII. Episcopi illarum regionum ubi eadem in usu est lingua vernacula, studeant uniformi curandae versioni precum et hymnorum quibus populus indulget in propria ecclesia, ad hoc ut qui ex una ad aliam transeunt dioecesim vel paroeciam in nullam offendant precationum aut canticorum diversitatem.

XIV. Pii libri in quibus continetur versio vulgata liturgicarum precum ad usum tantummodo privatum christifidelium, ab Episcopis rite recogniti sint et approbati.

Datum Romae, ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die V. Augusti, anno MDCCCXCVIII.

C. Card. Mazella S. R. C.

D. Panici S. R. C. Secretarius.

Glede uporabe ove častne poslanice u Našoj nadbiskupiji izjavlja se:

1. U ovoj nadbiskupiji ne uživa ni jedna crkva povlasti, da se u njoj sveta liturgija obavlja u slavenskom jeziku, već se u svih crkvah sveta liturgija izvršuje i ima izvršivati u jeziku latinskom.

2. Strani svećenici službujući u diecezah, u kojih se služba Božja obavlja u staroslovenskom jeziku, mogu i u crkvah ove nadbiskupije služiti privatnu (tihu) sv. misu u staroslovenskom jeziku. Razumije se samo sobom, da ako dotična crkva ne ima glagoljska misala, da si ga mora donesti sam svećenik; pa onda da ima stran svećenik upravitelju crkve, ako mu nije osobno poznat, prije nego će služiti sv. misu, pokazati autentičnu izpravu (t. z. Celebret), da je zaista svećenik i da mu nije zabranjeno služiti sv. misu. Ako bi takav svećenik i u kojoj crkvi ove nadbiskupije želio služiti sve-

čanu (ili pjevanu) sv. misu u staroslavenskom jeziku, imao bi za to prije od ovoga ordinarijata zaiskati posebnu dozvolu, preko upravitelja dotične crkve, koji ima ujedno o molbi izjaviti prama ordinarijatu svoje mnienje.

3. Gdje je u ovoj nadbiskupiji običaj, da se kod svečane (ili pjevane) mise epistola i evangjelje pjevaju u slavenskom (hrvatskom) jeziku, imaju se od sada epistola i evangjelje pjevati najprije u latinskom a zatim u staroslovenskom jeziku.

4. Budući da se u svih župah ove nadbiskupije sveta liturgija služi u latinskom jeziku, nema u ovoj nadbiskupiji mjesta odredbam o slavenskom ritualu, koje se u navedenoj poslanici sbora sv. obreda nalaze pod točkami V. i XI., već se u svakoj župi ove nadbiskupije imaju sveti sakramenti dieliti i blagoslovine obavljati onako, kako je propisano u diecezanskom ritualu.

Što se ravnanja radi proglašuje svemu častnomu kleru sekularnomu i regularnomu.

U Zagrebu, 28. listopada 1898.

JURAJ v. r.
nadbiskup

Collectae addititiae in hac Archi-Dioecesi imperatae aut con cessae.

1. Diebus Dominicis in Missis Parochialibus et Conventualibus adjungenda est *Collecta pro Imperatore ac Rege* in Missali inter »orationes diversas« posita sub nro. 6., in qua haec mutari oportet: post dictum nomen N. loco *„Rex noster“* dicatur: **Imperator ac Rex noster Apostolicus;** item ante *„vitiorum monstra devitare“* omittatur *„et“*, ac post verba illa inseratur **„hostes superare“** — *S. R. C. 10. Febr. 1860.* — In duplicibus I. et II. classis haec Collecta est omittenda.

2. Ex facultate ab Excellentissimo ac Reverendissimo Domino Ordinario concessa licet — secundum indigentias et pia voto — sumere in Missa (tam privata quam solemni) unam ex Collectis *„ad petendam pluviam“*, *„ad postulandam serenitatem“*, *„ad repellendas tempestates“* (inter »orationes diversas« positis sub nr. 16., 17., 18.) inde a die 24. Aprilis (festo S. Georgii M.) inclusive usque ad 29. Septembris (festum S. Michaelis Archang.) exclusive. In duplicibus I. classis et in Vigilia Pentecostes Collectae hae omittendae sunt in quavis Missa; in duplicibus II. classis omitti debent in Missa solemni, in Missa vero privata ad libitum Celebrantis sumi possunt vel omitti.

Decretum S. Congregationis Rituum de precibus in fine missae privatae festo Nativitatis Domini recitandis.

Nr. 2936.

Ordinariatus Dioecesis S. Hyppolitanae a. S. Rituum congregatione exquisivit, quando preces, finita missa privata a quovis Sacerdote recitandae, debeant recitari *Festo Nativitatis D. N. J. Ch.*, utrum quavis missa finita, an potius dum disceditur ab altari. Quum resolutio Sanctae Sedis Apostolicae venerabili clero curato scitu sit necessaria, expedit, ut tum quaestio tum responsum isthic adducatur:

Beatissime Pater!

Quod preces jussu Sanctitatis Vestrae in omnibus orbis Ecclesiis post privatae Missae celebrationem flexis genibus recitandas attinet, inter plures orta est quaestio:

Num Festo Nativitatis D. N. J. Christi a Sacerdote tres Missas celebrante preces istae etiam tunc, quando post primam aut secundam Missam non disceditur ab altari, post unamquamque Missam peragendae sint? an vero sufficiat, si dumtaxat peragantur quoties ab altari disceditur, sive discessio post primam Missam, sive post secundam, aut demum post tertiam fiat?

Hinc est quod ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus Episcopus Sancti Hippolyti adprecatur, ut per benignissimum responsum ad explendam Sanctitatis Vestrae intentionem et servandam in sua Dioecesi conformitatem omnis tollatur dubitatio.

Sancti Hippolyti.

*

Sacra Rituum Congregatio, ad relationem infrascripti Secretarii suprascripto dubio ita respondit. *Negative* ad *primam* partem; *Affirmative* ad secundam.

Die 30. Aprilis 1889.

Vinc. Nussi, Secretarius. C. Card. Laurenzi, S. R. C. Praefectus.

Datum e Consistorio Archiepiscopali Zagrabiae die 16. Septembris 1889. celebrato.

Ordo ministrandi sacram Communionem.

a) Extra Missam. (Ex Rit. Rom.)

1. *Sacerdos sanctissimam Eucharistiam ministraturus, hostiis seu particulis pro populi multitudine consecratis, vasculoque uno vel pluribus, decenti et commodo loco expositis, cum vino et aqua ad purificationem eorum, qui Communionem sumpserint, et ante eos linteo mundo extenso, lotis prius manibus, et superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris officio illius diei convenientis, praecedente clerico seu alio ministro, procedit ad altare manibus iunctis et accensis cereis, facta prius et postea genuflexione, extrahit pyxidem, et illam super corporale depositum discooperit. Minister genibus flexis, nomine populi, ad cornu Epistolae facit confessionem generalem dicens:* Confiteor Deo etc.

2. *Tum sacerdos iterum genuflectit, et manibus iunctis ante pectus vertit se ad populum (advertens, ne terga vertat Sacramento) et in cornu Evangelii dicit:*

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam aeternam.

R. Amen. *Et addit:* Indulgentiam, absolutionem †, et remissionem peccatorum vestrorum tribuat vobis omnipotens et misericors Dominus. *R.* Amen.

Dicens: Indulgentiam, etc. *manu dextera in formam crucis signat communicandos.*

3. *Deinde ad altare se convertit, genuflectit, manu sinistra pyxidem prehendit; et duobus digitis pollice et indice Sacramentum accipit, et elevat, conversusque ad populum in medio altaris dicit clara voce* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. *Mox subdit:* Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea, *quod iterum ac tertio repetit; qua formula etiam utendum est, cum feminae Communio administratur.*

4. *Postea ad communicandum accedit, incipiens ab iis, qui sunt ad partem Epistolae; sed primo, si sacerdotibus, vel aliis ex clero danda sit Communio, iis ad gradus altaris genuflexis praebeatur; vel si commode fieri potest, intra sepimentum altaris sint a laicis distincti. Sacerdotes vero cum stola communicent.*

5. *Sacerdos unicuique porrigens Sacramentum, et faciens cum eo signum crucis super pyxidem simul dicit:* Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

6. *Ubi vero omnes communicaverint, sacerdos reversus ad altare dicere poterit:* O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis eius, mens impletur gratia, et futurae gloria nobis pignus datur.

V. Panem de coelo praestitisti eis.

Minister respondet: Omne delectamentum in se habentem. *Tempore paschali additur:* Alleluia.

7. *Mox sacerdos dicit:* *V.* Domine, exaudi orationem meam. — *R.* Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti; tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui vivis et regnas cum Deo patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia saecula saeculorum. *R.* Amen.

Tempore paschali dicitur oratio:

Spiritum nobis, Domine, tuae caritatis infunde; ut quos Sacramentis paschalibus satiasti, tua facias pietate concordes. Per Christum Dominum nostrum. — *R.* Amen.

8. *Antequam reponat Sacramentum, diligenter advertat, ut si aliquod fragmentum digitis adhaeserit, illud in pyxidem deponat, et eosdem digitos, quibus tetigit Sacramentum, abluat, et abstergat purificatorio. Postea genuflectens reponit Sacramentum in tabernaculo, et clave obserat.*

9. *Deinde extenta manu dextera, benedicit iis, qui communicarunt, dicens:* Benedictio Dei omnipotentis, Patris †, et Filii, et Spiritus santi, descendat super vos, et maneat semper.

R. Amen.

b) Intra Missam. (Ex Rit. Rom.)

1. *Statim post Communionem sacerdotis celebrantis fieri debet (nisi quandoque ex rationabili causa post Missam sit facienda), cum Orationes, quae in Missa post Communionem dicuntur, non solum ad sacerdotem, sed etiam ad alios communicantes spectent.*

2. *Itaque sacerdos, sumpto sacratissimo Sanguine, antequam se purificet* [facta genuflexione, *Rit. celebr. Miss. til. 10. n. 6*], *ponat particulas consecratas in pyxide, vel si pauci sint communicandi, super patenam, nisi in principio positae fuerint pyxide: et genuflectit, ministro interim faciente confessionem ut supra. Postea vertens se ad populum, in cornu Evangelii dicit:* Misereatur vestri, *etc. et eo, quo supra dictum est, modo, porrigit communicandis Eucharistiam, incipiens a ministris altaris, si velint communicare. Finita Communione, revertitur ad altare, nihil dicens; non dat eis benedictionem, quia illam dabit in fine Missae. Deinde dicit secreto:* Quod ore sumpsimus *etc. ut in Missali, se purificat, et Missam absolvit.*

c) Immediatae ante vel post Missam.

Sacerdos casula et omnibus aliis vestibus sacris indutus, collocato calice ad cornu Evangelii et bursa in loco salita, et explicato corporali, tabernaculum aperit, genuflectit et facit omnia quae supra (pag. 276 ad a) descripta sunt.

Nullo modo licet, sed omnino prohibetur communicare fideles in *nocte Nativitatis Domini* post cantatam primam Missam (S. R. C. 20. April. 1641 n. 1319 cfr. Correspondance de Rome tom. I pag. 22, 144, 377, 385, 499 et Analecta Juris Pontificii, Ser. II. pag. 1798); et hoc decretum ligat omnes non habentes privilegium in contrarium (S. R. C. 23 Martii 1686 n. 3105 ad 1); nec in die Parasceves; neque in Missa Sabbati sancti, nisi adsit consuetudo (S. R. C. 23. Sept. 1837 n. 4815 ad II, Correspodance de Rome tom. I, pag. 23 et 223); expleta vero Missa possunt fideles cum particulis praeconsecratis communicari in Sabbato Sancto.

d) De Communione infirmorum. (Ex Rit. Rom.)

1. Viaticum sacratissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia aegrotantibus opportuno tempore procurandum est ne forte contingat illos tanto bono, parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur: quales, sunt publici usurarii, concubinarii, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut denuntiati, nisi sese prius sacra Confessione purgaverint, et publicae offensioni, prout de iure, satisfecerint.

1. Hortetur parochus infirmum, ut sacram Communionem sumat, etiam si graviter non aegrotet, aut mortis periculum non immineat, maxime si festi alicuius celebritas id suadeat; neque ipse illam ministrare recusabit.

3. Pro Viatico autem ministrabit, cum probabile est, quod eam amplius sumere non poterit. Quodsi aeger, sumpto Viatico, dies aliquod vixerit, vel periculum mortis evaserit,

et communicare voluerit, eius pio desiderio parochus non deerit.

4. Potest quidem Viaticum brevi morituris dari non ieiunis; id tamen diligenter curandum est, ne iis tribuatur, a quibus ob phrenesim sive ob assiduam tussim, aliumve similem morbum, aliqua indecentia cum iniuria tanti Sacramenti timeri potest. Ceteris autem infirmis, qui ob devotionem in aegritudine communicant, danda est Eucharistia ante omnem cibum et potum, non aliter ac ceteris fidelibus, quibus nec etiam per modum medicinae ante aliquid sumere licet.

5. Sed alicui ad adorandum solum, seu devotionis, seu cuiusvis rei praetextu ad ostendendum non deferatur.

6. Deferri autem debet hoc sanctum Sacramentum ab ecclesia ad aegrotantium domos decenti habitu, superposito mundo velamine, manifeste atque honorifice, ante pectus, cum omni reverentia et timore, semper lumine praecedente.

7. Parochus igitur processurus ad communicandum infirmum, aliquot campanae ictibus iubeat convocari parochianos, seu confraternitatem sanctissimi Sacramenti (ubi fuerit instituta), seu alios pios Christifideles, qui sacram Eucharistiam cum cereis seu intortitiis commitentur, et umbellam seu baldachinum, ubi haberi potest, deferant. Praemoneat, ut aegri cubiculum mundetur, et in eo paretur mensa linteo mundo cooperta, in quo sanctissimum Sacramentum decenter deponatur.

8. Parentur luminaria, ac duo vascula, alterum cum vino, alterum cum aqua. Praeterea linteum mundum ante pectus communicandi ponatur, atque alia ad ornatum loci, pro cujusque facultate.

9. Ubi vero convenerint, qui Eucharistiam comitaturi sunt, sacerdos indutus superpelliceo et stola, et, si haberi potest, pluviali albi coloris, acolythis seu clericis, aut etiam presbyteris (si locus feret) superpelliceo pariter indutis comitatus, decenter et de more acceptas aliquot particulas

consecratas, vel unam tantum (si longius aut difficilius iter sit faciendum) ponat in pyxide, seu parva custodia, quam proprio suo operculo cooperit, et velum sericum superimponit; ipse vero sacerdos imposito sibi prius ab utroque humero oblongo velo decenti, utraque manu accipiat vas cum Sacramento, et deinde umbellam seu baldachinum subeat, nudo capite processurus.

10. Praecedat semper acolythus, vel alius minister deferens laternam (noctu autem hoc Sacramentum deferri non debet, nisi necessitas urgeat); sequantur duo clerici, vel qui illorum vices suppleant, quorum alter aquam benedictam cum aspersorio, et bursam cum corporali, quod supponendum erit vasculo sanctissimi Sacramenti super mensa in cubiculo infirmi, et cum linteolo purificatorio ad digitos sacerdotis abstergendos, alter librum Ritualem deferat, et campanulam iugiter pulset. Succedant deinde deferentes intortitia. Postremo sacerdos Sacramentum gestans elevatum ante pectus sub umbella, dicens Psalmum *Miserere etc.*, et alios Psalmos et Cantica. Quod si longius aut difficilius iter obeundum sit, et fortasse etiam equitandum, necesse erit, vas, in quo Sacramentum defertur, bursa decenter ornata, et ad collum appensa apte includere, et ita ad pectus alligare atque obstringere, ut neque decedere, neque pyxide excuti Sacramentum queat.

11. Ingrediens vero cum locum, ubi iacet infirmus, dicat: *V.* Pax huic domui, *R.* Et omnibus habitantibus in ea.

12. Tum depositum Sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus genua procumbentibus, et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum et cubiculum, dicens Antiphonam: Asperges me, Domine, hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor: et primum versum Psalmi Miserere mei Deus, cum Gloria Patri. Sicut erat, etc. Deinde repetitur Antiph. Asperges me. etc. Postea:

V. Adiutorium nostrum in nomine Domini, etc.

℣. Domine, exaudi orationem meam, etc.

℣. Dominus vobiscum etc.

Oremus. Exaudi nos, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: et mittere digneris sanctum Angelum tuum de coelis qui custodiat, foveat, protegat, visitet atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

℟. Amen.

13. His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum Viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et illum audiat, atque absolvat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

14. Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive eius nomine ab alio, sacerdos dicit: Misereatur etc. Indulgentiam, etc.

15, Deinde facta genuflexione, accipit de Sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, et more solito ter dicat: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

16. Et infirmus simul cum sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce: tum sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat: Accipe, frater (vel soror), Viaticum Corporis Domini nostri Jesu Christi, qui te custodiat ab hoste maligno, et perducat in vitam aeternam. Amen.

17. Si vero Communio non datur per modum Viatici. dicat more ordinario: Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.

18. Quodsi mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto, Misereatur etc. praedictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum praebeatur.

19. Postea sacerdos abluat digitos, nihil dicens; et infirmo datur ablutio. Deinde dicat ℣. Dominus vobiscum, ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus te fideliter deprecamur, ut accipienti fratri nostro (vel sorori nostrae) sacrosanctum Corpus Domini nostri Jesu Christi Filii tui, tam corpori, quam animae prosit ad remedium sempiternum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

20. His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit (superesse autem semper debet, praeterquam in casu iam dicto, genuflectit, surgit, et accipiens vas cum Sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine, quo venerat, revertitur ad ecclesiam dicendo Psalmum: Laudate Dominum de coelis etc. et alios Psalmos et Hymnos, prout tempus feret.

21. Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit Sacramentum super altare, adorat, deinde dicit:

℣. Panem de coelo praestitisti etc. etc.

℣. Dominus vobiscum, etc.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili Passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum Amen.

22. Deinde annuntiat indulgentias a summis Pontificibus concessas sanctissimum Sacramentum comitantibus.

23. Postea cum Sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.

24. Quodsi ob difficultafem aut longitudinem itineris, vel quia ea, quia decet veneratione, Sacramentum ad ecclesiam commode reportari non potest, sumpta fuerit una tantum particula consecrata, ut dictum est, tunc ea infirmo administrata, sacerdos, praedictis precibus recitatis, eum manu

benedicit, et una cum aliis privato habitu, exstinctis luminibus, umbella demissa, latente pyxide, ad ecclesiam, vel domum quisque suam revertatur.

Viaticum publice administrandum.

(Const. syn. pag. 26).

Sacratissimum *Eucharistiae Sacramentum in Ecclesia semper habeatur*, quod in necessitate infirmis deferri possit debita cum reverentia, luminibus, et campanis praelatis, illudque octavo quoque die, veteris particulis absumptis, renovetur.

De ritu proprio in recipienda S. Communione.

(Pro negotiis ritus orientalis).

Nr. 3675.

In variis catholici orbis regionibus, in quibus diversorum rituum fideles permixti inveniuntur, deplorandum sane est saepe saepius nonnullos proprii ritus Ecclesia et sacerdote destitutos manere. Ex quo fit ut quidam ex illis propriae devotioni satisfacere, nec non christianae vitae fervorem per Sacramentorum frequentiam conservare et augere desiderantes, ex difficultate s. Communionem sumendi in propric ritu, a S. Sede privilegium communicandi in ritu alieno etiam extra casus a iure permissos continuo expostulent; alii vero quam plurimi propter eandem rationem inducantur potius ad diuturnam Sacramentorum incuriam cum maximo eorum vitae spiritualis detrimento.

Hisce recursibus ac malis effectibus permota haec S. Congregatio de Propaganda Fide pro negotiis ritus Orientalis per opportunum aliquod ac salutare remedium iis occurrere voluit. Hinc, de consilio Emorum Patrum praedictae S. Congregationis, SS. D. N. Leo PP. XIII, referente R. P. D. Augustino Archiep. Larissensi S. Congregationis de Prop. Fide Secretario in Audientia diei 2. Julii anni 1893 sequens decretum edi et expediri mandavit: nimirum.

Quo utilius frequentia promoveatur SS. Sacramentorum, quae efficacissima sunt media a Christo Domino instituta ad procurandam salutem animarum, et quo opportunius duplex illud praedictum inconveniens de media tollatur, omnibus fidelibus cuiuscumque ritus, sive latini, sive orientalis, degentibus in locis, in quibus non sit ecclesia aut sacerdos proprii ritus, facultas in posterum a S. Sede conceditur SS. Communionem, non modo in articulo mortis et pro paschali praecepto adimplendo, sed etiam quovis tempore devotionis gratia, iuxta ritum Ecelesiae existentis in praedictis locis, dummodo Catholica sit, recipiendi.

Rmis Ordinariis committitur officium ut praesentis decreti notitiam ad suum quisque populum pervenire faciat.

Datum Romae ex aedibus eiusdem S. Congnis die 18. Augusti 1893.

Pro Emo Card. Praefecto
† F. Augustinus Archiep. Larissen.
Aloisius Veccia *Secretarius.*

Usus pileoli in deferendo s. Viatico.

(Ind. C. R. 14. 11. 1872.)

Quum Decreto Sacrorum Rituum Congregationis de die 13. Augusti 1603. cautum sit, ne sacerdotes sanctissimum Eucharistiae Sacramentum infirmis ministraturi tecto capite per vias incedant, experientia autem doceat, in nostris regionibus et praesertim tempore hiemali sine valetudinis periculo hoc fieri non posse, hinc utile Nobis visum est, Sanctissimum Dominum nostrum Pium P. P. IX. humiliter rogare, ut cum sacerdotibus Dioecesis Trevirensis super praedicto decreto gratiose dispensare dignetur. Votis nostris consentiens Sanctitas Sua die 14. Novembris anni praeterlapsi petitum a Nobis indultum concessit, quod cum Reverendo Clero Dioecesano hisce communicamus.

TREVIREN. Revmus Dnus Matthias Eberhard, Episcopus Treviren., a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX.

supplicibus votis postulavit dispensationem a servando in Diocesi sua Decreto Sacrorum Rituum Congregationis diei 13. Augusti 1603, quo injungitur, ut Sacerdos Sanctissimum Sacramentum per modum Viatici infirmis deferens incedere debeat capite nudo, quod in illis religionibus praesertim tempore hiemali vix ac ne vix quidem observari potest absque evidenti valetudinis detrimento. Quae porro gravissima rerum adjuncta considerans Sanctitas Sua, referente suscripto ejusdem Sacrae Congregationis Secretario, indulsit, ut Sacerdotes Sacrum Viaticum in Dioecesi Trevirensi infirmis delaturi incedant hiemali praesertim tempestate capite laneo pileolo tecto qui exigente necessitate esse poterit talis amplitudinis, ut aures etiam cooperiat. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14. Novembris 1872.

De communione paschali.

(Ex Rit. Rom.)

1. Curet autem Parochus, ut in Quadragesima per se, vel per alios concionatores populo opportune denuntietur Constitutio Concilii Lateranensis sub Innocentio III. quae sic habet:

Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua peccata confiteatur fideliter, saltem semel in anno, proprio Sacerdoti, et injunctam sibi poenitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter, ad minus in Pascha, Eucharistiae Sacramentum, nisi forte de consilio proprii Sacerdotis, ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum; alioquin et vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, et moriens christiana careat sepultura.

2. Ut igitur hoc salutare Concilii decretum inviolabiliter servetur descripta Parochus habeat nomina suorum parochianorum; et qui dicto tempore non communicaverint, et post Octavam Paschae eos, qui propriae salutis immemores saepius admoniti non obtemperaverint, Ordinario suo denuntiet.

3. Dabint quoque operam Parochus, quoad ejus fieri potest, ut in ipso die sanctissimo Paschae communicent; quo die ipse per se, nisi legitime impediatur, parochiae suae fidelibus hoc Sacramentum ministrabit. Alienae vero parochiae fideles ad proprium Parochum remittet, praeter peregrinos et advenas, et qui certum domicilium non habent, quibus ipse sacram praebebit communionem, si ad illam acesserint rite parat: vel ubi est ea consuetudo, eos ad cathedralis Ecclesiae Parochum remittet. In ceteris vero servabit ea, quae in libro de statu animarum, ut infra, praescribuntur.

4. Aegrotis quoque parochialibus, etiamsi communionem extra praescriptos paschales dies sumpserint, in paschalibus diebus illam deferet, ac ministrabit.

Modus sacram Eucharistiam deferendi occulte ad infirmos ob metum infidelium.

Ex constitutione Benedicti XIV. Inter Omnigenas. §. 25. edita pro Servia et finitimis regionibus die 2. Febr. 1744.

Ubi Turcarum vis praevalet et iniquitas, Sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus: in sacculo, seu bursa Pyxidem recondat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat; et nunquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu Clerici, associetur.

V.

De Sacramento Poenitentiae.

Sanctum Poenitentiae Sacramentum, ad eos, qui post Baptismum lapsi sunt, in gratiam Dei restituendos a Christo Domino institutum, eo diligentius administrandum est, quo frequentior est ejus usus, et quo plura requiruntur ad illud recte digneque tractandum ac suscipiendum. Cum autem ad illud constituendum tria concurrant, materia, forma, et minister: illius quidem remota materia sunt peccata, proxima vero sunt actus poenitentis, nempe contritio, confessio, et satisfactio. Forma autem, illa absolutionis verba: Ego te absólvo etc. Minister denique est Sacerdos habens potestatem absolvendi vel ordinariam, vel delegatam. Sed si periculum mortis immineat, approbatusque desit Confessarius, quilibet Sacerdos potest a quibuscumque censuris et peccatis absolvere. In ejus ministro requiritur etiam bonitas, scientia, atque prudentia, cum sigillo secretae confessionis sub exacto, perpetuoque silentio. Quibus et aliis ad id opportunis ut optime sint instructi, omni studio curare debent Confessarii.

2. In primis meminerit Confessarius, se judicis pariter et medici personam sustinere, ac divinae justitiae simul et misericordiae ministrum a Deo constitutum esse, ut tamquam arbiter inter Deum et homines, honori divino, et animarum saluti consulat.

3. Ut ergo recte judicare queat, discernens inter lepram et lepram, et tamquam peritus medicus animarum morbos

prudenter curare, et apta cuique remedia applicare sciat, quantam potest maximam ad id scientiam atque prudentiam, tum assiduis ad Deum precibus, tum ex probatis auctoribus, praesertim e Catechismo Romano, et prudenti consilio peritorum studeat sibi comparare.

4. Sciat casus et censuras Sedi apostolicae, et Ordinario suo reservatas, et suae cujusque Ecclesiae constitutiones, easque diligenter observet.

5. Denique hujus Sacramenti doctrinam omnem recte nosse studebit, et alia ad ejus rectam administrationem necessaria. Atque in hoc ministerio ita procedat, ut infra praescribitur.

Ordo ministrandi sacramentum poenitentiae.

(Ex Rituali Romano).

6. Sacerdos ad audiendam confessionem vocatus, promptum facilemque se praebeat: ac priusquam ad audiendum accedat, si tempus suppetat, ad hoc ministerium recte, sancteque obeundum, divinum auxilium piis precibus implorabit.

7. In Ecclesia, non autem in privatis aedibus, confessiones audiat, nisi ex causa rationabili, quae cum inciderit, studeat tamen id decenti ac patenti loco praestare.

8. Habeat in Ecclesia sedem confessionalem, in qua sacras confessiones excipiat: quae sedes patenti, conspicuo, et apto Ecclesiae loco posita, crate perforata inter poenitentem et Sacerdotem sit instructa.

9. Superpelliceo, et stola violacei coloris utatur, prout tempus, vel locorum feret consuetudo.

10. Poenitens, si opus fuerit, admoneatur, ut qua decet humilitate mentis et habitus accedat, et flexis genibus signo crucis se muniat.

11. Mox Confessarius inquirat de illius statu (nisi aliter notus fuerit) et quampridem sit confessus, et an im-

positam poenitentiam adimpleverit? num rite atque integre alias confessus fuerit; num conscientiam suam, ut debet, prius diligenter discusserit.

12. Quod si poenitens aliqua censura, vel casu reservato sit ligatus, a quo ipse non possit absolvere, non absolvat, nisi prius obtenta facultate a Superiore.

13. Si vero Confessarius, pro personarum qualitate, cognoverit poenitentem ignorare christianae fidei rudimenta, si tempus suppetat, eum breviter instruat de articulis fidei, et aliis ad salutem cognitu necessariis, et ignorantiam ejus corripiat, illumque admoneat, ut ea postmodum diligentius addiscat.

14. Tum poenitens confessionem generalem latina, vel vulgari lingua dicat, scilicet Confíteor, etc. vel saltem utatur his verbis: Confíteor Deo omnipoténti, et tibi pater. Peccata sua exinde confiteatur, adjuvante, quotiescumque opus fuerit. Sacerdote: qui confitentem non reprehendet, nisi finita, ut dicetur, confessione; neque interpellabit, nisi opus fuerit aliquid melius itelligere; proinde fiduciam ei praebeat, et humaniter suggerat, ut omnia peccata sua rite et integre confiteatur, remota stulta illa quorundam verecundia, qua praepediti, suadente diabolo, peccata confiteri non audent.

15. Si poenitens numerum, et species, et circumstantias peccatorum explicatu necessarias non expresserit, eum Sacerdos prudenter interroget.

16. Sed caveat, ne curiosis, aut inutilibus interrogationibus quemquam detineat, praesertim juniores utriusque sexus, vel alios, de eo, quod ignorant, imprudenter interrogans, ne scandalum patiantur, indeque peccare discant.

17. Demum, audita confessione, perpendens peccatorum, quae ille admisit, magnitudinem, ac multitudinem, pro eorum gravitate, ac poenitentis conditione, opportunas correptiones ac monitiones, prout opus esse viderit, paterna caritate adhibebit, et ad dolorem et contritionem efficacibus verbis adducere conabitur, atque ad vitam emendandam ac melius instituendam inducet, remediaque peccatorum tradet.

18. Postremo salutarem et convenientem satisfactionem, quantam spiritus et prudentia suggesserint, injungat, habita ratione status, conditionis, sexus, et aetatis et item dispositionis poenitentium. Videatque, ne pro peccatis gravibus levissimas poenitentias imponat, ne si forte peccatis conniveat, alienorum peccatorum particeps efficiatur. Id vero ante oculos habeat, ut satisfactio non sit tantum ad novae vitae remedium, et infirmitatis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum castigationem.

19. Quare curet, quantum fieri potest, ut contrarias peccatis poenitentias injungat, veluti avaris eleemosynas, libidinosis jejunia, vel alias carnis afflictiones, superbis humilitatis officia, desidiosis devotionis studia. Rarius autem vel serius confitentibus, vel in peccata facile recidentibus, utilissimum fuerit consulere, ut saepe, puta semel in mense, vel certis diebus solemnibus, confiteantur, et si expediat, communicent.

20. Poenitentias pecuniarias sibi ipsis Confessarii non applicent, neque a poenitentibus quidquam tamquam ministerii sui praemium petant, vel accipiant.

21. Pro peccatis occultis, quantumvis gravibus, manifestam poenitentiam non imponant.

22. Videat autem diligenter Sacerdos, quando, et quibus conferenda, vel deneganda, vel differenda sit absolutio, ne absolvat eos, qui talis beneficii sunt incapaces: quales sunt qui nulla dant signa doloris; qui odia et inimicitias deponere, aut aliena si possunt, restituere, aut proximam peccandi occasionem deserere, aut alio modo peccata derelinquere, et vitam in melius emendare nolunt: aut qui publicum scandalum dederunt, nisi publice satisfaciant, et scandalum tollant: neque etiam eos absolvat, quorum peccata sunt Superioribus reservata.

23. Si vero quis confiteatur in periculo mortis constitutus, absolvendus est ab omnibus peccatis et censuris, quantumvis reservatis (cessat enim tunc omnis reservatio):

*

sed prius, si potest, cui debet, satisfaciat: ac si periculum evaserit, et aliqua ratione Superiori, a quo alias esset absolvendus, se sistere teneatur; cum primum poterit, coram eo se sistat, quidquid debet praestiturus.

24. Quod si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox et loquela aegro deficiant, nutibus et signis conetur, quoad ejus fieri poterit, peccata poenitentis cognoscere: quibus utcumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sive per se, sive per alios ostenderit, absolvendus est.

25. Meminerit porro Sacerdos, aegris non esse injungendam gravem, aut laboriosam poenitentiam; sed indicendam tantum illam, quam si convaluerint, opportuno tempore peragant. Interim juxta gravitatem morbi, aliqua oratione, aut levi satisfactione imposita, et acceptata, absolvantur, prout opus fuerit.

Absolutionis forma.

1. Cum igitur poenitentem absolvere voluerit, injuncta ei prius, et ab eo acceptata salutari poenitentia, primo dicit:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aeternam. Amen.

2. Deinde dextera versus poenitentem elevata dicit:

Indulgéntiam, absolutiónem, et remissiónem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens, et miséricors Dóminus. Amen.

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus te absólvo ab omni vínculo excommunicatiónis, suspensiónis, et interdícti, in quantum possum, et tu índiges. Deínde ego te absólvo a peccátis tuis, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

3. Si poenitens sit laicus, omittitur verbum suspensiónis.

Pássio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátae Maríae Vírginis, et ómnium Sanctórum, quidquid boni féceris, et mali sustinúeris, sint tibi in remissiónem peccatórum, augméntum grátiae, et praemium vitae aetérne. Amen.

4. In confessionibus autem frequentioribus, et brevioribus ommiti potest, Misereátur, etc. et satis erit dicere: Dóminus noster Jesus Christus, etc. ut supra usque ad illud: Pássio Dómini nostri, etc.

5. Urgente vero aliqua gravi necessitate in periculo mortis, breviter dicere poterit:

Ego te absólvo ab ómnibus censúris, et peccátis, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

De absolutione ab excommunicatione in foro exteriori et interiori.

(Ex Rit. Rom.)

1. Si potestas absolvendi ab excommunicationis sententia Sacerdoti commissa fuerit a Superiore, et in mandato certa forma sit praescripta, illa omnino servanda est: si vero in mandato seu commisione dicitur: *In forma Ecclesiae consueta absolvat;* haec servanda sunt.

2. Primo, ut excommunicatus ei, ob cujus offensam in excommunicationem incurrit, prius, si potest, satisfaciat. Quod si tunc non possit, sufficientem cautionem praebeat, aut saltem, si eam praestare non potest, juret se, cum primum poterit, satisfacturum.

3. Secundo, si crimen, ob quod in excommunicationem incidit, sit grave, juramentum ab eo exigatur de parendo mandatis Ecclesiae, quae illi fient pro tali causa: ac praecipue ne deinceps delinquat contra illum Canonem, vel Decretum, contra quod faciendo censuram incurrit.

4. Denique hunc absolvendi ritum observabit.

Poenitentem coram se utroque genu flexo, in humero (si vir fuerit) usque ad camisiam exclusive denudato, virga aut funiculis sedens leviter percutit, dicendo totum Psalmum Miserére, cum Glória Patri.

5. Deinde surgit, et aperto capite dicit:
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. Salvum fac servum tuum (vel ancíllam tuam) Dómine.
℟. Deus meus, sperántem in te.
℣. Nihil profíciat inimícus in eo (vel in ea).
℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére ei.
℣. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.
℟. A fácie inimíci.
℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobiscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Deus, cui próprium est miseréri semper, et párcere: súscipe deprecatiónem nostram, ut hunc fámulum tuum, quem excommunicatiónis senténtia constríngit, miserátio tuae pietátis cleménter absólvat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

6. Mox sedet, et cooperto capite dicit:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papae (vel reverendíssimi Episcopi N., vel talis Superióris) mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, in quam incurrísti (vel incurrísse declarátus es), propter tale factum (vel causam, etc.); et restítuo te communióni et unitáti fidélium, et sanctis Sacraméntis Ecclésiae, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti.

7. Quod si Sacerdoti nulla sit a Superiore praescripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiae communi, vel consueta absolvat; tunc nihilominus pro rei gravitate

praedictam caeremoniam et preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, absolvere poterit, dicens:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus, et sanctíssimi Dómini nostri Papae (si a Papa fuerit delegatus), (vel reverendíssimi Episcopi N. vel talis Superióris) mihi concéssa, absólvo te, etc. ut supra.

8. In foro autem interiori, Confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem supra praescriptam in absolutione sacramentali.

Ritus absolvendi excommunicatum jam mortuum.

1. Si quis excommunicatus ex hac vita decedens dederit signum contritionis, ne ecclesiastica careat sepultura, sed Ecclesiae suffragiis, quatenus fieri potest, adjuvetur, absolvi potest hoc modo.

2. Si corpus nondum sepultum fuerit, verberetur et absolvatur, ut infra; deinde absolutum, in loco sacro sepeliatur.

3. Si vero fuerit sepultum in loco profano, si commode fieri poterit, exhumabitur, et eodem modo verberabitur, et post absolutionem in loco sacro sepelietur; sed si commode exhumari non potest, locus sepulturae verberetur, postea absolvatur.

4. Quod si in loco sacro sit sepultus, non exhumabitur, sed verberabitur sepulchrum.

Dum autem corpus, sive sepulturam verberat, Sacerdos dicat Antiphonam:

Exsultábunt Dómino ossa humiliáta.

Ps. Miserére.

Quo facto, absolvatur, dicendo:

Auctoritáte mihi concéssa, ego te absólvo a vínculo excommunicatiónis, quam incurristi (vel incurrísse declarátus es) propter tale factum, et restítuo te communióni fidélium, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

7. Deinde dicatur Psalm. De profúndis. pag. 95 et in fine:

℣. Réquiem aetérnam dona ei Dómine.
℟. Et lux perpétua lúceat ei.
Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster.
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.
℣. A porta ínferi.
℟. Erue Dómine ánimam ejus.
℣. Requiéscat in pace. ℟. Amen.
℣. Dómine exaúdi oratiónem meam.
℟. Et clamor meus ad te véniat.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio.

Da, quaesumus Dómine, ánimae fámuli tui, quem excommunicatiónis senténtia constrínxerat, refrigérii sedem, quiétis beatitúdinem, et supérni lúminis claritátem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

De modo absolvendi a suspensione vel ab interdicto extra vel intra sacramentalem confessionem et dispensandi super irregularitate.

1. Si Sacerdoti sit commissa facultas absolvendi aliquem a suspensione, vel interdicto, quamvis nulla verba sint praecipue determinata, uti poterit hac formula:

Poenitens dicat: Confiteor Deo omnipoténti etc.

Sacerdos: Misereátur tui, etc. Indulgéntiam etc.

Auctoritáte mihi ab N. trádita, ego absólvo te a vínculo suspensiónis (vel interdícti), quam (vel quod) propter tale factum (vel causam) incurrísti (seu incurrísse declarátus es), in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

2. Si vero Confessario, sive in foro conscientiae, sive extra, data est potestas dispensandi super irregularitate, tunc postquam absolverit a peccatis, addat consequenter:

Et eádem auctoritáte dispénso tecum super irregularitáte (vel irregularitátibus, si sint plures), in quam (vel in quas) ob talem causam (vel tales causas, eas exprimendo) incurrísti: et hábilem reddo, et restítuo te executióni Ordinum, et officiórum tuórum, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

3. Si nullum habet Ordinem, dicatur:

Hábilem reddo te ad omnes Ordines suscipiéndos. vel etiam ad alia, juxta tenorem mandati.

4. Quod si necesse sit titulum beneficii restituere, et fructus male perceptos condonare, subjungat:

Et restítuo tibi títulum (seu títulos) Beneficii (seu Beneficiórum), et condóno tibi fructus male percéptos, in nómine Patris †, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

5. Advertat autem Sacerdos, ne ullo modo in iis facultatis suae terminos excedat.

Formae commutationis et dispensationis votorum et impedimentorum Matrimonii.

Praenotanda: 1. Commutatio votorum saepe fieri *debet* in confessione: quare quilibet attendat suas facultates.

2. Quoad dispensationes votorum et impedimentorum Matrimonii sufficit quidem utcumque indicare voluntatem praesentem, quia nulla forma praescripta est. Pro maiore tamen confessariorum commodo ex *M. Navar. Manuduct. ad praxim exsecutionis litterarum sacrae Poenitentiarioe* (edit. Leodien. 1733.), ex *Monacelli* Formulario legali practico parte I. pag. 260. sqs. (edit. III. Rom. 1844.) et aliis probatis auctoribus adiicienda visa sunt, quibus confessarius, ***si facultatem circa illa vota, impedimenta etc obtinuerit***, uti possit.

1. Forma dilationis simplicis voti ingrediendae religionis

(pro iis qui votum nondum bene possunt implere).

Post consuetam absolutionem sacramentalem a censuris et peccatis subiungat confessarius:

Insuper tibi dilationem ad implendum votum religionis, quod emisisti, concedo, in nomine Patris †, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

Passio Domini nostri etc.

2. Forma absolutionis a transgressione simplicis voti ingrediendae religionis

(pro eo qui cum tali voto matrimonium alioquin legitime contraxit et consummavit). *Dicatur post absolut. sacr.*

Deinde te, non obstante voto religionis, quod alias emisisti, in Matrimonio remanere et debitum coniugale exigere (et reddere) posse declaro, in nomine Patris †, etc.

Possio Domini nostri etc.

3. Forma absolutionis a transgressione voti castitatis

(pro iis, qui similiter cum *hoc* voto matrimonium inierunt).

Adiungat confessarius:

Item te, non obstante voto castitatis, quod emisisti et transgressus es, in dicto Matrimonio remanere et debitum coniugale reddere posse et debere declaro et ut idem debitum etiam exigere licite possis, tecum dispenso. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

4. Forma commutationis voti simplicis religionis.

Absolutioni consuetae confessarius subiungat:

Et auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata, ego tibi votum religionis, quod emisisti, in opera pietatis, quae tibi praescripsi, *ad effectum licite contrahendi Matrimonium* (vel: *ad effectum remanendi in saeculo in vita*

caelibe, vel: *absolute*, prout pro diversa causa facultas data sit) dispensando commuto. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

5. Forma commutationis voti castitatis.

Et auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata tibi votum castitatis, quod emisisti, *ad effectum, ut matrimonium contrahere et debitum coniugale reddere et exigere tibi liceat* (vel ut supra in n. 4). in opera tibi praescripta dispensando commuto. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

6. Forma commutationis voti simplicis castitatis et religionis.

Item auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata tibi vota religionis et castitatis, quae emisisti (ad effectum, ut matrimonium legitime contrahere et in eo debitum coniugale reddere et exigere tibi liceat), in opera pietatis, quae tibi praescripsi, dispensando commuto. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

7. Forma commutationis votorum peregrinationis Sedi Apostolicae reservatorum.

Item auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata tibi votum peregrinationis, quod emisisti, in (peregrinationem, eleemosynam, seu alia pietatis) opera, quae tibi praescripsi, dispensando commuto. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

8. Forma dispensandi super impedimento occulto affinitatis proveniente ex copula illicita ad contrahendum.

Similiter post absolutionem a censuris et peccatis in forma solita addatur:

Et insuper autoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento *primi* (seu *secundi*,

seu *primi et secundi*, seu *secundi*) *gradus affinitatis* ex copula illicita a te habita cum matre (vel sorore etc.) mulieris, quacum contrahere intendis, proveniente; ut ea non obstante Matrimonium cum dicta muliere publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere, consummare ac in eo remanere possis et valeas. In nomine Patris † etc.

Insuper eadem autoritate prolem, quam ex matrimonio susceperis, legitimam fore nuntio et declaro. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

9. Forma dispensationis super impedimento primi affinitatis gradus ex copula illicita proveniente ad remanendum.

Item: Et insuper auctoritate Apostolica mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento primi affinitatis gradus, ex copula illicita, quam cum matre (vel sorore) tuae putatae coniugis antea habuisti, ut illo non obstante (renovato consensu cum praefata coniuge), Matrimonium cum illa contrahere, consummare et in eo remanere licite valeas et possis. In nomine Patris † etc.

Et pariter eadem auctoritate prolem si quam suscepisti et susceperis, legitimam fore decerno et declaro. In nomine Patris † etc.

Passio Domini nostri etc.

10. Forma dispensationis eorum, qui petentes dispensationem a Dataria super impedimento publico tacuerunt impedimentum occultum ad contrahendum.

Insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento ex incestuosa copula, quam cum tua consanguinea (seu affine) habuisti, proveniente, ut praefato impedimento non obstante, Matrimonium cum illa ad formam litterarum dispensationis, quam a Sede Apostolica obtinuisti, contrahere licite possis et valeas. In nomine Patris † etc.

11. Forma absolutionis et dispensationis eorum, qui vigore dispensationis a Dataria obreptitie vel subreptitie obtentae super publico impedimento, Matrimonium invalide contraxerunt.

Insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento ex incestuosa cognitione in litteris dispensationis, cuius vigore contraxisti, non expressa, proveniente, ut denuo matrimonium cum illa contrahere renovato consensu, et consummare ac in eo remanere licite possis ac valeas. In nomine Patris † utc.

Pariter eadem auctoritate prolem, si quam susceperis et suscepturus sis, legitimam esse et fore decerno et declaro. In nomine Patris † etc.

12. Forma dispensationis pro consanguineis vel affinibus, qui, ignorantes gradum prohibitum, Matrimonium contraxerunt, publicationibus in ecclesia factis

(si res secretum postulat).

Insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento tertii gradus affinitatis, ut illo non obstante cum putata coniuge, praevia renovatione prioris consensus, Matrimonium secrete inter te et ipsam contrahere et consummare ac debitum coniugale exigere et reddere possis. In nomine Patris etc.

Et pariter eadem auctoritate prolem susceptam, si qua sit, et suscipiendam, legitimam esse et fore decerno et declaro. In nomine Patris † etc.

13. Forma dispensandi cum iis, qui praecedente adulterio et fide data, Matrimonium contrahere desiderant.

Insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento criminis ex adulterio et fide data proveniente, ut illo non obstante cum muliere tecum rea Matrimonium publice, servata forma Concilii Tridentini, contrahere et consummare, debitumque coniugale exigere et reddere possis. In nomine Patris † etc.

Pariter eadem auctoritate prolem susceptam (non tamen in adulterio conceptam) et suscipiendam legitimam fore pronuntio et declaro. In nomine Patris † etc.

14. Forma dispensandi cum iis, qui cum occulto impedimento criminis Matrimonium contraxerunt.

Et insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata dispenso tecum super impedimento criminis, ex adulterio et fide data proveniente, ut illo non obstante Matrimonium cum tua putata coniuge contrahere, consummare ac debitum coniugale exigere et reddere valeas. In nomine Patris † etc.

Pariter eadem auctoritate prolem, si quam susceperis (non tamen ex adulterio conceptam) et quam suscepturus es, legitimam esse et fore decerno et declaro in nomine Patris † etc.

15. Forma dispensationis in radice.

Item: Ego potestate Apostolica mihi specialiter et expresse demandata, Matrimonium a te N. N. cum N. N. in consensu adhuc permanente nulliter contractum, in radice eius sano et consolido, prolemque susceptam et suscipiendam legitimam declaro in nomine Patris † etc.

Passio Domini etc.

16. Modus restituendi ius petendi debitum.

a) Si amissum fuit per affinitatem ex copula illicita.

Item: Et insuper auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata, dispenso tecum ut non obstante affinitate, quam contraxisti cum tua uxore ex illicita copula a te habita cum eius sorore (vel matre), debitum coniugale a tua uxore etiam petere licite possis et valeas. In nomine Patris † etc.

b) Si amissum fuit per votum castitatis.

Item auctoritate Apostolica . . . mihi specialiter delegata, ut, voto castitatis, quod emisisti, ad hunc effectum suspenso, debitum coniugale licite exigere possis, tecum dispenso. In nomine Patris † etc.

Constitutio sanctissimi domini nostri Pii papae IX., qua ecclesiasticae censurae latae sententiae limitantur.

PIUS EPISCOPUS,
servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Apostolicae sedis moderationi convenit, quae salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, eadem apostolica sedes congruum supremae suae potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo nostro iampridem revolveremus, ecclesiasticas censuras, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurrendae ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiae tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam sancte per singulas aetates indictae ac promulgatae sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis, ob quas impositae fuerant, vel a pristina utilitate atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates angoresque conscientiae; nos eiusmodi incommodis ocurrere volentes, plenam earundem recensionem fieri nobisque proponi iussimus, ut diligenti adhibita consideratione, statueremus quasnam ex illis servare ac retinere oporteret, quas vero moderari aut abrogare congrueret. Ea igitur recensione peracta, ac venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus in negotiis fidei

generalibus inquisitoribus per universam christianam rempublicam deputatis in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione nostra, deque apostolicae nostrae potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura constitutione decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurrendae hactenus impositae sunt, nonnisi illae quas in hac ipsa constitutione inserimus, eoque modo, quo inserimus, robur exinde habeant, simul declarantes, easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac nostra constitutione conveniunt, verum etiam ex hac ipsa constitutione nostra, non secus ac si primum editae ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.

Excommunicationes latae sententiae speciali modo Romano pontifici reservatae.

Itaque excommunicationi latae sententiae speciali modo Romano pontifici reservatae subiacere declaramus:

1. Omnes a christiana fide apostatas et omnes ac singulos haereticos, quocumque nomine censeantur, et cuiuscumque sectae existant, eisque credentes eorumque receptores, fautores ac generaliter quoslibet illorum defensores.

2. Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate sedis apostolicae libros eorundem apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis auctoris per apostolicas literas nominatim prohibitos eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes.

3. Schismaticos et eos, qui a Romani pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt vel recedunt.

4. Omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus seu conditionis fuerint ab ordinationibus seu mandatis Romanorum pontificum pro tempore existentium ad universale

futurum concilium appellantes nec non eos, quorum auxilio, consilio vel favore appellatum fuerit.

5. Omnes interficientes, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, sedisque apostolicae legatos vel nuntios, aut eos a suis dioecesibus, territoriis, terris, seu dominiis eiicientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

6. Impedientes directe vel indirecte exercitium iurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum saeculare eiusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium, vel favorem praestantes.

7. Cogentes sive directe, sive indirecte iudices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas praeter canonicas dispositiones; item edentes leges vel decreta contra libertatem aut iura Ecclesiae.

8. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quaelibet a sede apostolica, vel ab eiusdem legatis aut delegatis quibuscumque profecta eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes, aut eorum causa sive ipsas partes, sive alios laedentes, vel perterrefacientes.

9. Omnes falsarios litterarum apostolicarum, etiam in forma brevis ac supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium, per Romanum pontificem, vel S. R. E. vicecancellarios seu gerentes vices eorum aut de mandato eiusdem Romani pontificis signatarum: nec non falso publicantes litteras apostolicas; etiam in forma brevis, et etiam falso signantes supplicationes vicecancellarii aut gerentis vices praedictorum.

10. Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si alius sacerdos licet non adprobatus ad confessiones, sine gravi aliqua exoritura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem.

11. Usurpantes aut sequestrantes iurisdictionem, bona, reditus, ad personas ecclesiasticas ratione suarum ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.

12. Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios civitates, terras, loca aut iura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam iurisdictionem in eis; nec non ad singula praedicta auxilium, consilium, favorem praebentes.

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensitis absolutionem Romano pontifici pro tempore speciali modo reservatam esse et reservari; et pro ea generalem concessionem absolvendi a casibus et censuris, sive excommunicationibus Romano pontifici reservatis nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper earundem respectu quibuscumque indultis concessis sub quavis forma et quibusvis personis etiam regularibus cuiuscumque ordinis, congregationis, societatis et instituti, etiam speciali mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem praesumentes sine debita facultate, etiam quovis praetextu, excommunicationis vinculo Romano pontifici reservatae innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiae, si convaluerint.

Excommunicationes latae sententiae Romano pontifici reservatae.

Excommunicationi latae sententiae Romano pontifici reservatae subiacere declaramus:

1. Docentes vel defendentes sive publice, sive privatim propositiones ab apostolica sede damnatas sub excommunicationis poena latae sententiae; item docentes vel defendentes tamquam licitam praxim inquirendi a poenitente nomen complicis, prouti damnata est a Benedicto XIV. in const. *Suprema* 7. Julii 1745. *Ubi primam* 2. Junii 1749. *Ad eradicandam* 28. Septembris 1746.

2. Violentas manus, suadente diabolo, iniicientes in

clericos vel utriusque sexus monachos, exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus iure vel privilegio permitittur, ut episcopus aut alius absolvat.

3. Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualemcumque operam aut favorem praebentes, nec non de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est non prohibentes, cuiuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.

4. Nomen dantes sectae ***massonicae***, aut ***carbonariae***, aut aliis eiusdem generis sectis, quae contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam, seu clandestine machinantur, necnon iisdem sectis favorem qualemcumque praestantes, earumve occultos coriphaeos ac duces non denuntiantes, donec non denuntiaverint.

5. Immunitatem asyli ecclesiastici ausu temerario violare iubentes aut violantes.

6. Violantes clausuram monialium, cuiuscumque generis aut conditionis, sexus vel aetatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes, itemque moniales ab illa exeuntes extra casus ac formam a s. Pio V. in constit. *Decori* praescriptam.

7. Mulieres violantes regularium virorum clausuram, superiores aliosve eas admittentes.

8. Reos simoniae realis in beneficiis quibuscumque eorumque complices.

9. Reos simoniae confidentialis in beneficiis quibuslibet, cuiuscumque sint dignitatis.

10. Reos simoniae realis ob ingressum in religionem.

11. Omnes, qui questum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus excommunicationis censura plectuntur constitutione s. Pii V. *Quam plenum* 2. Januarii 1569.

12. Colligentes eleemosynas maioris pretii pro missis, et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis, ubi missarum stipendia minoris pretii esse solent.

*

13. Omnes, qui excommunicatione mulctantur in constitutionibus s. Pii V. *Admonet nos* quarto calendas Aprilis 1567. Innocenti IX. *Quae ab hac sede* pridie nonas Novembris 1691. Clementis VIII. *Ad Romani pontificis curam* 26. Iunii 1592 et Alexandri VII. *Inter ceteras* nono calendas Novembris 1660 alienationem et infeudationem civitatum et locorum S. R. E. respicientibus.

14. Religiosos praesumentes clericis aut laicis extra casum necessitatis sacramentum extremae unctionis aut eucharistiae per viaticum ministrare absque parochi licentia.

15. Extrahentes absque legitima venia reliquias ex sacris coemeteriis sive catacumbis urbis Romae eiusque territorii, eisque auxilium vel favorem praebentes.

16. Communicantes cum excommunicato nominatim a papa in crimine criminoso, ei scilicet impendendo auxilium vel favorem.

17. Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a Romano pontifice nominatim excommunicatis et ipsos in officiis recipientes.

Excommunicationes latae sententiae episcopis sive ordinariis reservatae.

Excommunicationi latae sententiae episcopis sive ordinariis reservatae subiacere declaramus:

1. Clericos in sacris constitutos vel regulares aut moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere praesumentes; necnon omnes cum aliqua ex praedictis personis matrimonium contrahere praesumentes.

2. Procurantes abortum, effectu secuto.

3. Literis apostolicis falsis scienter utentes, vel crimini ea in re cooperantes.

Excommunicationes latae sententiae nemini reservatae.

Excommunicationi latae sententiae nemini reservatae subiacere declaramus:

1. Mandantes seu cogentes tradi ecclesiasticae sepulturae haereticos notorios aut nominatim excommunicatos vel interdictos.

2. Laedentes aut perterrefacientes inquisitores, denuntiantes, testes, aliosve ministros s. officii; eiusve sacri tribunalis scripturas diripientes aut comburentes; vel praedictis quibuslibet auxilium, consilium, favorem praestantes.

3. Alienantes et recipere praesumentes bona ecclesiastica absque beneplacito apostolico, ad formam extravagantis *Ambitiosae* de reb. eccl. non alienandis.

4. Negligentes sive culpabiliter omittentes denuntiare infra mensem confessarios sive sacerdotes, a quibus sollicitati fuerint ad turpia in quibuslibet casibus expressis a praedecess. nostris Gregorio XV. constit. *Universi* 20. Augusti 1622 et Benedicto XIV. constit. *Sacramentum poenitentiae* 1. Iunii 1741.

Praeter hos hactenus recensitos eos quoque, quos sacrosanctum concilium Tridentinum sive reservata summo pontifici aut ordinariis absolutione, sive absque ulla reservatione excommunicavit, nos pariter ita excommunicatos esse declaramus; excepta anathematis poena in decreto sess. IV. *De editione et usu sacrorum librorum* constituta, cui illos tantum subiacere volumus, qui libros de rebus sacris tractantes sine ordinarii approbatione imprimunt aut imprimi faciunt.

Suspensiones latae sententiae summo pontifici reservatae.

1. Suspensionem ipso facto incurrunt a suorum beneficiorum perceptione ad beneplacitum s. sedis capitula et conventus ecclesiarum et monasteriorum aliique omnes, qui illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt episcopos aliosve praelatos de praedictis ecclesiis seu monasteriis apud eandem s. sedem quovis modo provisos, antequam ipsi exhibuerint litteras apostolicas de sua promotione.

2. Suspensionem per triennium a collatione ordinum

ipso iure incurrunt aliquem ordinantes absque titulo beneficii vel patrimonii cum pacto, ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta.

3. Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso iure incurrunt ordinantes alienum subditum etiam sub praetextu beneficii statim conferendi, aut iam collati, sed minime sufficientis, absque eius episcopi litteris dimissorialibus, vel etiam subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque ordinarii eius loci litteris testimonialibus.

4. Suspensionem per annum a collatione ordinum ipso jure incurrit, qui, excepto casu legitimi privilegii, ordinem sacrum contulerit absque titulo beneficii vel patrimonii clerico in aliqua congregatione viventi, in qua solemnis professio non emittitur, vel etiam religioso nondum professo.

5. Suspensionem perpetuam ab exercitio ordinum ipso iure incurrunt religiosi eiecti, extra religionem degentes.

6. Suspensionem ab ordine sucepto ipso iure incurrunt, qui eundem ordinem recipere praesumpserunt ab excommunicato vel suspenso, vel interdicto nominatim denuntiatis, aut ab haeretico vel schismatico notorio: eum vero, qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensetur, declaramus.

7. Clerici saeculares exteri, ultra quatuor menses in Urbe commorantes, ordinati ab alio, quam ab ipso suo ordinario absque licentia card. Urbis vicarii vel absque praevio examine coram eodem peracto vel etiam a proprio ordinario, posteaquam in praedicto examine reiecti fuerint; nec non clerici pertinentes ad aliquem e sex episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam dioecesim, dimissorialibus sui ordinarii ad alium directis quam ad card. Urbis vicarium: vel non praemissis ante ordinem sacrum suscipiendum exercitiis spiritualibus per decem dies in domo urbana sacerdotum a missione nuncupatorum, suspensionem

ab ordinibus sic susceptis ad beneplacitum s. sedis ipso iure incurunt: Episcopi vero ordinantes ab usu pontificalium per annum.

Interdicta latae sententiae reservata.

1. Interdictum Romano pontifici speciali modo reservatum ipso iure incurrunt universitates, collegia et capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis eiusdem Romani pontificis pro tempore existentis ad universale futurum concilium appellantia.

2. Scienter celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab ordinario vel delegato iudice vel a iure interdictis, aut nominatim excommunicatos ad divina officia seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu ecclesiae ipso iure incurrunt, donec ad arbitrum eius, cuius sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Eppi contra const. Romanus Pontifex 28. Aug. 1873. deliquentes interdictum ab ingressu Ecclae R. Pontifici spec. modo incurrunt.

Denique quoscumque alios sacrosanctum concilium Tridentinum suspensos aut interdictos ipso iure esse decrevit, nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus.

Quae vero censurae sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti nostris aut praedecessorum nostrorum constitutionibus aut sacris canonibus praeter eas, quas recensuimus, latae sunt, atque hactenus in suo vigore perstiterunt sive pro Romani pontificis electione sive pro interno regimine quorumcumque ordinum et institutorum regularium necnon quorumcumque collegiorum, congregationum, coetuum locorumque piorum, cuiuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse et in suo robore permanere volumus et declaramus.

Ceterum decernimus, in novis quibuscumque concessionibus ac privilegiis, quae ab apostolica sede concedi cuivis

contigerit, nullo modo ac ratione intelligi unquam debere aut posse comprehendi facultatem absolvendi a casibus et censuris quibuslibet Romano pontifici reservatis, nisi de iis formalis, explicita ac individua mentio facta fuerit: quae vero privilegia aut facultates, sive a praedecessoribus nostris, sive etiam a nobis cuilibet coetui, ordini, congregationi, societati et instituto, etiam regulari cuiusvis speciei, etsi titulo peculiari praedicto atque etiam speciali mentione digno a quovis unquam tempore huc usque concessae fuerint, ea omnia easque omnes nostra hac constitutione revocatas, suppressas et abolitas esse volumus, prout reapse revocamus supprimimus et abolemus, minime refragantibus aut obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam specialibus, comprehensis vel non in corpore iuris, aut apostolicis constitutionibus, et quavis confirmatione apostolica, vel immemorabili etiam consuetudine, aut alia quacumque firmitate roboratis, quibuslibet etiam formis ac tenoribus, et cum quibusvis derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, quibus omnibus, quatenus opus sit, derogare intendimus et derogamus.

Firmam tamen esse volumus absolvendi facultatem a Tridentina synodo episcopis concessam (*sess. XXIV. cap. VI. de reform.*) in quibuscumque censuris apostolicae sedi hac nostra constitutione reservatis, iis tantum exceptis, quas eidem apostolicae sedi speciali modo reservatas declaravimus.

Decernentes has litteras, atque omnia et singula, quae in eis constituta ac decreta sunt, omnesque et singulas, quae in eisdem factae sunt ex anterioribus constitutionibus praedecessorum nostrorum atque etiam nostris, aut ex aliis sacris canonibus quibuscumque, etiam conciliorum generalium et ipsius Tridentini mutationes, derogationes ratas et firmas, ac respective rata atque firma esse et fore, suosque plenarios et integros effectus obtinere; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores ac S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos ac apostolicae sedis

nuntios ac quosvis alios quacumque praeeminentia ac potestate fungentes et functuros, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari ac definiri debere; et irritum atque inane esse ac fore, quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam praetextu cuiuslibet privilegii aut consuetudinis inductae vel inducendae, quam abusum esse declaramus, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis aliisque quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis, etiam speciali et individua mentione dignis, nec non consuetudinibus quibusvis, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostrae coustitutionis, ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis, voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis dominicae millesimo octingentesimo sexagesimo nono, quarto idus Octobris, pontificatus nostri anno vigesimo quarto.

Marius card. Mattei, pro-datarius. N. card. Paracciani Clarelli.

Loco † Plumbi.

Visa de Curia
Dominicus Bruti,
I. Cugnoni.

Excommunicationes a Concilio Tridentino directe inflictae et per Const. „Apostolicae Sedis" renovatae.

Excommunicationem ipso facto incurrunt: 1. Usurpatores tam clerici quam laici quorumcumque bonorum ecclesiasticorum. S. 22. c. 11 de ref. *Nota, hanc censuram R. Pontifici reservatam esse, non sequentes.*

2. Raptores mulierum ac omnes illis consilium, auxilium et favorem praebentes. S. 24. c. 6 de ref. matr.

3. Domini temporales ac magistratus subditorum liber-

tatem matrimonii contrahendi directe vel indirecte prohibentes. S. 24. c. 9 de ref. matr.

4. Magistratus saeculares ad instantiam Episcopi non praebentes auxilium ad conservandam vel restituendam Monialium clausuram. S. 25. c. 5. de Reg.

5. Cogentes praeter quam in casibus in jure expressis, virginem vel viduam aut aliam quacumque mulierem invitam, ad ingrediendum monasterium vel suscipiendum habitum cujuscumque religionis vel emittendam professionem, omnesque consilium, auxilium, favorem dantes; item sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi vel voti emittendi sine justa causa impedientes. S. 25. c. 18 de Reg.

6. Negantes, matrimonia clandestina vera et rata esse, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; item falso affirmantes, matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse. S. 24. c. 1 de ref. matr.

7. Praesumentes docere, praedicare vel pertinaciter asserere seu etiam publice disputando defendere, illis, quos conscientia peccati mortalis gravat, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia confessoris ante susceptionem Eucharistiae necessario non esse praemittendam confessionem sacramentalem. S. 13. can. 11.

Suspensiones et interdicta a Concilio Tridentino directe inflicta.

a) Suspensionem ipso facto incurrunt:

1. Episcopus Pontificalia in aliena dioecesi sine Ordinarii expressa licentia exercens, aut in personas eidem non subjectas, suspensionem ab exercitio Pontificalium et sic ordinati ab exercitio ordinum. S. 6. c. 5 de ref.

2. Episcopus titularis alterius subditum sine litteris dimissoriis ad ordines sacros aut minores vel primam tonsuram promovens suspensionem ab exercitio Pontificalium per annum, promotus vero ab executione ordinum susceptorum, donec suo Praelato visum fuerit. S. 14 c. 2 de ref.

3. Episcopus non subditum ordinans sine litteris Ordinarii suspensionem a collatione ordinum per annum et ordinatus suspensionem a susceptorum ordinum exsecutione ad arbitrium proprii Ordinarii. S. 23. c. 8 de ref.

4. Clerici non arctati de beneficiis, qui cum litteris dimissoriis a capitulo (vel vicario capitulari) infra annum a sedis vacatione concessis ordinantur, si in minoribus sunt, privilegiis clericalibus non gaudent, si in majoribus, suspensionem ab exsecutione ordinum ad arbitrium futuri praelati incurrunt. S. 7 c. 10 de ref.

5. Abbates et alii axempti aut collegia vel capitula quaecunqne contra jus Ordinarii, item vicarius capitularis sede vacante contra decretum S. 7. c. 10 de ref. litteras dimissorias concedentes suspensionem ab officio et beneficio per annum. S. 23. c. 10 de ref. et S. 7. c. 10 de ref.

6. Promotus per saltum suspensionem ab ordine suscepto (c un. LII.). *Hujus censurae vigor patet* ex Trid. S. 23 c. 14 de ref.: »Cum promotis per saltum, si non ministraverint, Episcopus ex legitima causa possit dispensare.«

7. Episcopus concubinarius, si a synodo provinciali admonitus se non emendaverit, ipso facto suspensionem (totalem) incurrit.

8. Parochus vel alius sacerdos, sive regularis sive saecularis, alterius parochiae sponsos sine illorum parochi licentia matrimonio conjungere aut benedicere ausus, suspensionem ad arbitrium Ordinarii alterius parochi. S. 24 c. 1 de ref. matr.

b) Interdictum ipso facto incurrunt:

1. Metropolitanus, qui Episcum suffraganeum per annum sine justa causa absentem, vel Episcopus antiquior, qui metropolitanum sic absentem infra tres menses R. Pontifici non denuntiaverit, interdictum ab ingressu ecclesiae. S. 6 c. 1 de ref.

2. Capitulum sede vacante infra annum sedis vacationis non arctatis litteras dimissorias concedens interdictum (a divinis) incurrit. S. 7 c. 10 de ref.

Adde:

Excommunicationes latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae.

»Canonici ac Dignitates Cathedralis Ecclesiae vacantis, qui concedere et transferre in nominatum et praesentatum ad eandem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine, quaesito colore ausi fuerint; item nominati ac praesentati ad vacantem Ecclesiam, qui ejus curam, regimen et administrationem suscipere audeant ex concessione et translatione a Dignitatibus et Canonicis aliisque, qui deficientibus Capitulis Vicarios deputant, in eos peractam; item ii omnes, qui praemissis paruerint vel auxilium, consilium aut favorem praestiterint,« huic excommunicationi subjacent.

Excommunicationes Papae simpliciter reservatae.

»Absolvere praesumentes sine debita facultate ab excommunicationibus Papae specialiter reservatis«.

Excommunicationes latae sententiae Episcopis sive Ordinariis reservatae.

»Laici turpe mercimonium circa missarum stipendia exercentes« huic excommunicationi subjacent«.

Excommunicationes latae sententiae nemini reservaee.

»Missionarii sive saeculares sive regulares, in Indiis orientaiibus, China, Japonia, America sive australi sive septentrionali mercaturae operam dantes aut quovis modo se ingerentes, et Superiores immediati ac Provinciales vel Generales Ordinum ac Congregationum, qui subditos etiam unica vice deliquentes, saltem per amotionem a loco commissi delicti non puniverint«, in excommunicationem incidunt.

Suspensiones latae sententiae Summo Pontifici reservatae.

Delinquentes in casibus nr. 13 p. 58, »si Episcopali charactere sint insigniti, in poenam suspensionis ab exercitio Pontificalium et interdicti ab ingressu ecclesiae, S. Sedi speciali modo reservatam, ipso facto incidunt.«

»Sacerdotes turpe mercimonium circa missarum stipendia agentes ipso facto suspensionem a divinis S. Sedi reservatam incurrunt; item clerici nondum sacerdotes suspensionem a susceptis ordinibus incurrunt et insuper irregulares fiunt«.

»Missionarius quilibet latinus e clero saeculari vel regulari, qui Orientalem quempiam ad latinum ritum consilio auxiliove inducat, suspensionem a divinis ipso facto incurrit« (Const. Orientalium dignitas pridie Cal. Decembres 1894).

Nonnuli casus summo pontifici reservati.

1. Haeresis formalis externa licet occulta. Constit. *Apostolicae sedis* d. d. 12. Octob. 1869.

2. Duellum, cuius peccati rei sunt etiam patrini, suasores, spectatores et quocumque modo cooperantes. Constit. cit. *Apost sedis.*

3. Mercimonium missae stipendiorum. Constit. cit. *Apost. sedis.*

4. Falsa accusatio de crimine sollicitationis, facta ex odio, ira aut alia indigna causa Benedict. XIV. constit. *Sacrament. poenit.*

5. Attentata absolutio complicis. Const. cit. *Apost. sedis.*

6. Simonia realis vel confidentialis. Con. cit. *Apost. sedis.*

7. Violatio clausurae monialium. Const. cit. *Apost. sedis.*

8. Violenta manuum iniectio in clericum vel monachum. Constit. cit. *Apost. sedis.*

9. Censura lata in socios sectarum clandestinarum earumque fautores. Constit. cit. *Apost. sedis.*

Absolutio censurarum et casuum papae reservatorum.

(Acta sanctae sedis, Vol. XIX, p. 46).

Quaesitum est ab hac s. congregatione Romanae et universalis Inquisitionis:

I. Utrum tuto adhuc teneri possit sententia docens, ad episcopum aut ad quemlibet sacerdotem approbatum devolvi absolutionem casuum et censurarum, etiam speciali

modo papae reservatorum, quando poenitens versatur in impossibilitate personaliter adeundi sanctam sedem?

II. Quatenus negative, utrum recurrendum sit, saltem per litteras, ad eminentissimum cardinalem maiorem poenitentiarium pro omnibus casibus papae reservatis, nisi episcopus habeat speciale indultum, praeterquam in articulo mortis, ad obtinendum absolvendi facultatem?

Feria IV. die 23. Iunii, 1886.

Emi ac Rmi patres cardinales, in rebus fidei generales inquisitores, suprascriptis dubiis mature perpensis, respondendum esse censuerunt:

Ad I. Attenta praxi s. poenitentiariae, praesertim ab edita constitutione apostolica sac. mem. Pii PP. IX., quae incipit: Apostolicae sedis, Negative.

Ad II. Affirmative; at in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differi nequeat, absque periculo gravis scandali vel infamiae, super quo confessariorum conscientia oneratur, dari posse absolutionem, iniunctis de iure iniungendis, a censuris etiam speciali modo summo pontifici reservatis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad s. sedem. Facto verbo cum Sanctissimo.

Feria IV. die 30. Iunii 1886.

SSmus resolutionem Emorum PP. approbavit et confirmavit.

Iosephus Mancini,
S. R. et U. Inquisit. notarius.

Potest confessarius absolvere a reservatis Rom. Pontifici poenitentem, cui durum sit exspectare tempus necessarium pro facultate exposcenda.

Beatissime Pater!

Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit.

Ex Decreto S. Inquisitionis 23. Junii 1866. cuilibet confessario directe absolvere licet a censuris etiam speciali

modo S. Pontifici reservatis in casibus vere urgentioribus, in quibus absolutio differi nequit absque periculo gravis scandali vel infamiae,, iniunctis de iure iniungendis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad S. Sedem.

Dubium tamen oritur pro casu, quo nec scandalum nec infamia est in absolutionis dilatione, sed poenitens censuris papalibus innodatus in mortali diu permanere debet, nempe per tempus requisitum ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis; praesertim quum theologi cum S. Alphonso de Ligurio ut quid durissimum habeant pro aliquo per unam vel alteram diem in mortali culpa permanere.

Hinc, post Decretum 23. Junii 1866., deficiente hac in quaestione Theologorum solutione, quaeritur:

I. Utrum in casu, quo nec scandalum est in absolutionis dilatione, sed durum valde est pro poenitente in gravi peccato permanere per tempus necessarium ad petitionem et concessionem facultatis absolvendi a reservatis, simplici confessario liceat a censuris S. Pontifici reservatis directe absolvere, iniunctis de iure iniungendis, sub poena tamen reincidentiae in easdem censuras, nisi saltem infra mensem per epistolam et per medium confessarii absolutus recurrat ad Sanctam Sedem?

II. Et quatenus negative, utrum simplex confessarius eundem poenitentem indirecte absolvere debeat, eum monens ut a censuris directe in posterum a Superiore absolvi curet, vel apud ipsum revertatur, postquam obtinuerit facultatem a reservatis absolvendi?

Feria IV., 16. Junii 1797.

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab Emmis ac Rmmis DD. Cardinalibus in rebus fidei Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum S. O. voto, iidem Emmi ac Rmi DD. respondendum censuerunt:

Ad I. Affirmative, facto verbo cum SSmo.

Ad II. Provisum in primo.

In sequenti vero feria VI. die 18. eiusdem mensis et anni in solita audientia R. P. D. Assesori S. O. impertita, facta de omnibus SSmmo D. N. Leoni PP. XIII. relatione, idem SS. Dominus Emmorum Patrum resolutionem approbavit. *J. Mancini,* S. R. et U. J. Not.

De duobus casibus s. sedi specialiter reservatis.

Summus pontifex Benedictus XIV. constitutione die 1. Iunii 1741 edita, quae incipit *Sacramentum poenitentiae,* sibi suisque successoribus duos reservavit casus, videlicet peccatum falsae accusationis de crimine sollicitationis contra innoxium confessarium, et attentatam a confessario absolutionem complicis in peccato turpi atque inhonesto. De his duobus casibus sanctissimus dominus noster Pius divina providentia PP. IX. decreto supremae congregationis s. officii die 27. Iunii 1866 novam edidit declarationem sanxitque, hos duos casus minime comprehendi in facultatibus quae ordinariis ultramontanis et ultramarinis a s. sede apostolica quovis quinquennio conceduntur.

Quam declarationem ab eminentissimo cardinali Barnabo, sacrae congregationis de propaganda fide praefecto, ad illustrissimum et reverendissimum dominum archiepiscopum nostrum (coloniensem) Paulum die 3. mensis praecedentis transmissam, una cum memorata constitutione Benedicti XIV. iussu et auctoritate eiusdem reverendissimi praesulis nostri infra publicantes, R. D. parochis mandamus, ut eandem cum omnibus et singulis suae parochiae confessariis communicent.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Decretum supremae congregationis s. officii, *editum fer. IV. 27. Iunii 1866.*

Sanctissimus dominus noster Pius papa IX. in solita audientia, R. P. D. adsessori sancti officii impertita, auditis suffragiis eminentissimorum patrum cardinalium inquisitorum generalium attentis rerum et temporum circumstantiis, decrevit in facultatibus, quibus episcopi aliique locorum ordinarii ex concessione apostolica pollent, absolvendi ab omnibus casibus sanctae sedi reservatis, excipiendos semper in posterum et exceptos habendos esse casus reservatos in bulla Benedicti XIV., quae incipit *Sacramentum poenitentiae.* Et sacrae congregationi de propaganda fide iniunctum voluit, ut in expediendis facultatibus formularum, post verba *absolvendi ab omnibus casibus apostolicae sedi reservatis etiam in bulla Coenae,* addatur *exceptis casibus reservatis in bulla Benedicti XIV., quae incipit Sacramentum poenitentiae.*

Benedictus Episcopus

servus servorum Dei, *ad perpetuam rei memoriam.*

Sacramentum poenitentiae, quam secundam post naufragium deperditae gratiae tabulam sancti patres apte nuncuparunt, nos licet immerentes ad universi dominicis gregis curam superna dispositione vocati, omne studium et pastoralem sollicitudinem adhibere tenemur, ne, quod post amissam baptismi innocentiam datum est divina benignitate perfugium, per daemonum fraudem et hominum Dei beneficiis perverse utentium malitiam, naufragis ac miseris peccatoribus luctuosum evadat exitium; et quod in salutem et curationem animarum a Deo, qui dives est in misericordia, institutum est, execrabili scelestorum quorundam sacerdotum improbitate in earum perniciem atque interitum vertatur.

§. 1. Dudum quidem a fel. recor. Gregorio papa XV. praedecessore nostro per suas litteras in forma brevium sub Datum Romae apud sanctam Mariam maiorem die XXX. Augusti MDCXXII. pontificatus sui anno secundo, sapienter provisum fuit contra quoscumque sacerdotes audiendis confessionibus deputatos, ad turpia et inhonesta sollicitantes; et deinceps succesivis temporibus, ad earum litterarum inter-

pretationem ac declarationem, plura subinde a congregatione venerabilium fratrum nostrorum sanctae romanae ecclesiae cardinalium adversus haereticam pravitatem generalium inquisitorum sub die XI. mensis Februarii anno domini MDCLXI. prodierunt decreta et a rec. mem. Alexandro PP. VII. pariter praedecessore nostro in congregatione generali sanctae Romanae universalis inquisitionis die XXIV. Septembris MDCLXV. coram eo habita, inter alias ab evangelica veritate et sanctorum patrum doctrina alienas et dissonas propositiones, sexta videlicet et septima, huc revocandae, damnatae et prohibitae fuerunt. Nos itaque mature perpendentes, quanti momenti sit ad aeternam animarum salutem ea ubique exacte observari, et quanti ad infirmas oves curandas et et decorem santae Ecclesiae Dei retinendum intersit, ne aliqui sacerdotes, poenitentiae sacramento nefarie abutentes, poenitentibus pro curatione vulnus, pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigant, sed animo secum recolentes, se a Christo Domino praesides et iudices animarum constitutos, ea sanctitate, quae sublimitati, ac dignitati muneris convenit, tam venerandum sacramentum administrent: motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione nostra praefatas litteras huiusmodi ac omnia et singula decreta praedicta, ad illarum interpretationem et declarationem emanata, apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus et confirmamus, illisque omnibus et singulis inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus; atque etiam, quatenus opus sit, denuo committimus et mandamus omnibus haereticae pravitatis inquisitoribus et locorum ordinariis omnium regnorum, provinciarum, civitatum, dominiorum et locorum universi orbis Christiani, in suis respective dioecesibus, ut diligenter, omnique humano respectu postposito, inquirant et procedant contra omnes et singulos sacerdotes, tam saeculares, quam regulares, quomodolibet exemptos, ac sedi apostolicae immediate subiectos, qorumcumque ordinum, institutorum, societatum et

congregationum, et cuiuscumque dignitatis et praeeminentiae, aut quovis privilegio et indulto munitos, qui aliquem poenitentem, quaecumque persona illa sit, vel in actu sacramentalis confessionis vel ante vel immediate post confessionem, vel occasione aut praetextu confessionis, vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali, sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato aut electo, cum simulatione audiendi ibidem confessionem, ad inhonesta et turpia sollicitare vel provocare, sive verbis, sive signis sive nutibus, sive tactu, sive per scripturam aut tunc aut post legendam tentaverint, aut cum eis illicitos et inhonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerint; et quos in aliquo ex huiusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate et circumstantiis, severe animadvertant per condignas poenas, iuxta memoratam Gregorii praedecessoris nostri constitutionem, quam hic de verbo ad verbum pro inserta haberi volumus: Dantes etiam, si opus sit, et rursus concedentes facultatem, ne delictum tam enorme et Ecclesiae Dei iniuriosum remaneat ob probationum defectum impunitum, iam alias in praefata constitutione tributam, procedendi cum testibus etiam singularibus, dummodo praesumptiones, indicia et alia adminicula concurrant.

§. 2. Meminerint praeterea omnes et singuli sacerdotes ad confessiones audiendas constituti, teneri se ac obligari, suos poenitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, sedulo monere, iuxta occurrentium casuum circumstantias de obligatione denunciandi inquisitoribus sive locorum ordinariis praedictis personam, quae sollicitationem commiserit, etiamsi sacerdos sit, qui iurisdictione ad absolutionem valide impertiendam careat, aut sollicitatio inter confessarium et poenitentem mutua fuerit, sive sollicitationi poenitens consenserit sive consensum minime praestiterit, vel longum tempus post ipsam sollicitationem iam effluxerit, aut sollicitatio a confessario non pro se ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Caveant insuper diligenter confessarii,

ne poenitentibus, quos noverint iam ab alio sollicitatos, sacramentalem absolutionem impertiant, nisi prius denunciationem praedictam ad effectum perducentes delinquentem indicaverint competenti iudici, vel saltem se, cum primum poterunt, delaturos spondeant ac promittant.

§. 3. Et quoniam improbi quidam homines reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia indigna causa commoti, vel aliorum impiis suasionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut minis, aut alio quovis modo incitati, tremendo Dei iudicio posthabito et Ecclesiae auctoritate contempta, innoxios sacerdotes apud ecclesiasticos iudices falso sollicitationis insimulant: ut igitur tam nefaria audacia et tam detestabile facinus metu magnitudinis poenae coerceatur, quaecunque persona, quae execrabili huiusmodi flagitio se inquinaverit, vel per se ipsam innocentes confessarios impie calumniando, vel sceleste procurando, ut id ab aliis fiat, a quocunque sacerdote quovis privilegio, auctoritate et dignitate munito, praeterquam a nobis nostrisque successoribus, nisi in fine vitae et excepto mortis articulo, spe absolutionis obtinendae, quam nobis et successoribus praedictis reservamus, perpetuo careat.

§. 4. Demum magnopere cupientes a sacerdotalis iudicii et sacri tribunalis sanctitate omnem turpitudinis occasionem et sacramentorum contemptum et Ecclesiae iniuriam longe submovere, et tam exitiosa huiusmodi mala prorsus eliminare, et quantum in Domino possumus, animarum periculis occurrere, quas sacrilegi quidam, daemonis potius quam Dei ministri, loco eas per sacramentum creatori suo ac nostro reconciliandi, maiore peccatorum mole onerantes, in profundum iniquitatis barathrum nefarie submergunt, nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium et aliquorum in theologia magistrorum consilio desuper adhibito, accedentibus quoque iteratis plurium episcoporum supplicationibus, hac nostra in perpetuum valitura sanctione, quemadmodum a pluribus episcopis per

synodales suas constitutiones iam factum esse novimus, omnibus et singulis sacerdotibus, tam saecularibus, quam regularibus cuiuscunque ordinis ac dignitatis, tametsi alioquin ad confessiones excipiendas approbatis, et quovis privilegio et indulto, etiam speciali expressione, et specialissima nota, et mentione digno suffultis, auctoritate apostolica et nostrae potestatis plenitudine interdicimus et prohibemus, ne quis eorum, extra casum extremae necessitatis, nimirum in ipsius mortis articulo, et deficiente tunc quocunque alio sacerdote, qui confessarii munus obire possit, confessionem sacramentalem personae complicis in peccato turpi atque inhonesto, contra sextum decalogi praeceptum commisso, excipere audeat, sublata propterea illi ipso iure quacunque auctoritate et iurisdictione ad qualemcunque personam ab huiusmodi culpa absolvendam; adeo quidem, ut absolutio, si quam impertierit, nulla atque irrita omnino sit, tamquam impertita a sacerdote, qui iurisdictione ac facultate ad valide absolvendum necessaria privatus existit, quam ei per praesentes has nostras adimere intendimus. Et nihilominus, si quis confessarius secus facere ausus fuerit, maioris quoque excommunicationis poenam, a qua absolvendi potestatem nobis solis nostrisque successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto incurrat.

§. 5. Declarantes etiam et decernentes, quod nec etiam in vim cuiuscumque iubilaei, aut etiam bullae, quae appellatur Cruciatae sanctae, aut alterius cuiuslibet indulti, confessionem dicti complicis huiusmodi quisquam valeat excipere eique sacramentalem absolutionem elargiri; cum ad hunc effectum et in hoc casu nullus confessarius, utpote qui in huiusmodi peccati et poenitentis genere iurisdictione, ut praefertur, careat et absolvendi facultate a nobis privatus existat, habendus sit pro confessario legitimo et approbato. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, praesertim, quae nuncupantur Cruciatae sanctae vel iubilaei universalis et plenarii, necnon quibusvis ecclesiarum

et monasteriorum et ordinum quorumlibet, quorum ipsi sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet concessis, etiam iteratis vicibus approbatis et innovatis; quibus omnibus, eorum tenores praesentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

§. 6. Volumus demum ac praecipimus, ut omnes locorum ordinarii, tam praesentes, quam futuri pro tempore existentes, in approbatione confessariorum, tam praedictam constitutionem Gregorii praedecessoris, quam praesentem hanc nostram, ab omnibus sacerdotibus approbandis attente legi et accurate observari curent, moneantque eos in Domino atque hortentur, ut sacrum ministerium ipsorum fidei commissum summa animi innocentia, morum puritate, iudicii integritate peragant, exhibeantque semetipsos ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei; memores praeterea sint, se locum tenere ac vices obire summi atque aeterni sacerdotis, qui sanctus, innocens, impollutus, per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, ut emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi. Sedulo igitur studeant diligenterque caveant, ne quaerentibus et pulsantibus eorum culpa coelum claudatur; ne deperditae oves ad ovile dominicum redire properantes, eorum manibus ferarum dentibus dilaniandae tradantur; ne prodigi filii egentes et saucii ad coelestem patrem revertentes, nefaria eorum improbitate, gravioribus peccatorum vulneribus, dum adhuc in via sunt, confodiantur.

§. 7. Ut autem praesentes litterae ad omnium notitiam facilius deveniant, et nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus, illas seu earum exempla ad valvas ecclesiae Lateranensis, et basilicae principis apostolorum, necnon

cancellariae apostolicae, curiaeque generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Florae de Urbe, ut moris est, affigi et publicari, sicque publicatas et affixas, omnes et singulos, quos illae concernunt, perinde arctare et afficere, ac si unicuique eorum nominatim et personaliter intimatae fuissent: utque ipsarum praesentium litterarum transsumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius notarii publici subscriptis et sigillo alicuius personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrae voluntatis, sanctionis, praecepti, mandati et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud s. Mariam maiorem anno incarnationis dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo, kalendis Iunii, pontificatus nostri anno I.

X. Sub-Datarius, Pro D. card. Passioneo. Caietanus Amatus

Visa de Curia.

N. Antonellus. I. B. Eugenius.

Loco † Plumbi

Registrata in secretaria brevium.

Publicata die XVII. eiusdem mensis et anni.

Constitutio apostolica de prohibitione et censura librorum.

Br. 5103.

S. S. Pater Papa Leo XIII. anno 1896. VIII Kal. Februar. Constitutionem Apostolicam edidit de prohibitione et censura librorum, in eaque »decreta generalia de prohibitione et censura librorum«, ex quibus putavimus ea nonnisi excerpere ac venerabili clero pro directione notificare, quae videbantur pro ejusdem praxi magis necessaria. Sunt autem haec disposita et ordinata numeris currentibus ipsius Apostolicae Constitutionis.

2. Libri apostatarum, haereticorum, schizmaticorum et quorumcumque scriptorum haeresim vel schisma propugnantes, aut ipsa religionis fundamenta utcumque evertentes, omnino prohibentur.

3. Item prohibentur acatholicorum libri, qui ex professo de religione tractant, nisi constet nihil in eis contra fidem catholicam contineri.

7. Versiones omnes in lingua vernacula, etiam a viris catholicis confectae, omnino prohibentur, nisi fuerint, ab Apostolica Sede approbatae, aut editae sub vigilantia Episcoporum cum adnotationibus desumptis ex Sanctis Ecclesiae Patribus, atque ex doctis catholicisque scriptoribus.

8. Interdicuntur versiones omnes Sacrorum Bibliorum, quavis vulgari lingua ab acatholicis quibuscumque confectae, atque illae praesertim, quae per Societates Biblicas a Romanis Pontificibus non semel damnatas, divulgantur cum in iis saluberrimae Ecclesiae leges de divinis libris edendis funditus posthabeantur.

Hae nihilominus versiones iis, qui studiis theologicis vel biblicis dant operam, permittuntur.

9. Libri, qui res lascivas seu obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed et morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur.

11. Damnantur libri, in quibus Deo, aut Beatae Virgini Mariae, vel Sanctis, aut Catholicae Ecclesiae eiusque Cultui, vel Sacramentis, aut Apostolicae Sedi detrahitur. Eidem reprobationis iudicio subiacent ea opera, in quibus inspirationis Sacrae Scripturae conceptus pervertitur, aut eius extensio nimis coarctatur. Prohibentur quoque libri, qui data opera Ecclesiasticam Hierarchiam, aut statum clericalem vel religiosum probris afficiunt.

12. Nefas esto libros edere, legere aut retinere in quibus sortilegia, divinatio, magia, evocatio spirituum, aliaequae cuius generis superstitiones docentur, vel commendantur.

13. Libri aut scripta, quae narrant novas apparitiones, revelationes, visiones, prophetias, miracula, vel quae novas inducunt devotiones, etiam sub praetextu quod sint privatae, si publicentur absque legitima Superiorum Ecclesiae licentia proscribuntur.

14. Prohibentur pariter libri, qui duellum, suicidium, vel divortium licita statuunt, qui de sectis massonicis, vel aliis eiusdem generis societatibus agunt, easque utiles et non perniciosas Ecclesiae et civili societati esse contendunt, et qui errores ab Apostolica Sede proscriptos tuentur.

20. Libros aut libellos precum, devotionis, vel doctrinae institutionisque religiosae, moralis, asceticae, mysticae, aliosque, huiusmodi, quamvis ad fovendam populi christiani pietatem conducere videantur, nemo praeter legitimae auctoritatis licentiam publicet: secus prohibiti habeantur.

21. Diaria, folia et libelli periodici, qui religionem aut bonos mores data opera impetunt, non solum naturali, sed etiam ecclesiastico iure proscripti habeantur.

Curent autem Ordinarii, ubi opus sit, de huiusmodi lectionis periculo et damno fideles opportune monere.

22. Nemo e catholicis, praesertim e viris ecclesiasticis, in huiusmodi diariis, vel foliis, vel libellis peridiocis, quidquam, nisi suadente iusta et rationabili causa, publicet.

41. Omnes fideles tenentur praeviae censurae ecclesiasticae eos saltem subiicere libros, qui divinas Scripturas, Sacram Theologiam, Historiam ecclesiasticam, Ius Canonicum, Theologiam naturalem, Ethicen, aliasve huiusmodi religiosas aut morales disciplinas respiciunt, ac generaliter scripta omnia, in quibus religionis et morum honestatis specialiter intersit.

42. Viri e clero seculari ne libros quidem, qui de artibus scientiisque mere naturalibus tractant, inconsultis suis Ordinariis publicent, ut obsequentis animi erga illos exemplum praebeant.

Iidem prohibentur quominus, absque praevia Ordinariorum venia, diaria vel folia periodica moderanda suscipiant.

44. Noverint Typographi et Editores librorum novas eiusdem operis approbati editiones, novam approbationem exigere, hanc insuper textui originali tributam, eius in aliud idioma versioni non suffragari.

47. Omnes et singuli scienter legentes, sine auctoritate Sedis Apostolicae libros apostatarum, et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis auctoris per Apostolicas Literas nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defendentes, excommunicationem ipso factu incurrunt, Romano Pontifici speciali modo reservatam.

49. Qui vero cetera transgressi fuerint, quae his Decretis Generalibus praecipiuntur, pro diversa reatus gravitate serio ab Episcopo moneantur; et, si opportunum videbitur, canonicis etiam poenis coerceantur.

De duello.

Reverendo clero hisce literas apostolicas communicamus, quas Smus Dnus Leo PP. XIII. de certaminibus singularibus, quae duella vocant, die 12. Sept. h. a. ad Emum Dnum S. R. E. cardinalem de Schönborn, archiepiscopum Pragensem, et Rmum Dnum Philipum, archiepiscopum Coloniensem, mittere dignatus est.

LEO PP. XIII.
DILECTE FILI NOSTER,
VENERABILES FRATRES
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Pastoralis officii conscientia et proximorum caritate permoti, datis ad Nos superiore anno literis, referendum censuistis de singularium certaminum, quae *duella* vocant, in populo vestro frequentia. Genus istud dimicandi, velut

ius moribus constitutum, non sine dolore significabatis etiam inter catholicos versari: rogabatis pariter, ut deterrere homines ab istiusmodi errore vox quoque Nostra conaretur. — Est profecto error iste admodum perniciosus, nec sane finibus circumscribitur civitatum vestrarum, sed excurrit multo latius, ut huius expers contagione mali vix ulla gens reperiatur. Quamobrem collaudamus studium vestrum, et quamvis cognitum perspectumque sit, quid hac in re philosophia christiana, utique consentiente ratione naturali, praescribat, tamen cum prava duellorum consuetudo christianorum praeceptorum oblivione maxime alatur, expediet atque utile erit id ipsum per nos paucis revocari.

Scilicet utraque divina lex, tum ea quae naturalis rationis lumine, tum quae literis divino afflatu perscriptis promulgata est, districte vetant, ne quis extra causam publicam hominem interimat aut vulneret, nisi salutis suae defendendae causa, necessitate coactus. At qui privatum certamen provocant, vel oblatum suscipiunt, hoc agunt, huc animum viresque intendunt, nulla necessitate adstricti, ut vitam erripiant aut saltem vulnus inferant adversario. Utraque porro divina lex interdicit, ne quis temere vitam proiiciat suam, gravi et manifesto obiiciens discrimini, quum id nulla officii aut caritatis magnanimae ratio suadeat; haec autem coeca temeritas, vitae contemptrix, plane inest in natura duelli. Quare obscurum nemini aut dubium esse potest, in eos qui privatim praelium conserunt singulare, utrumque cadere et scelus alienae cladis, et vitae propriae discrimen voluntarium. Demum vix ulla pestis est, quae a civilis vitae disciplina magis abhorreat et iustum civitatis ordinem pervertat, quam permissa civibus licentia, ut sui quisque adsertor iuris privata vi manuque, et honoris, quem violatum putet, ultor existat.

Ob eas res Ecclesia Dei, quae custos et vindex est cum veritatis, tum iustitiae et honestatis, quarum complexu Publica pax et ordo continetur, nunquam non improba vit

vehementer, et gravioribus quibus potuit, poenis reos privati certaminis coercendos curavit. Constitutiones Alexandri III decessoris Nostri libris insertae canonici iuris privatas hasce concertationes damnant et exsecrantur. In omnes qui illas ineunt, aut quoquo modo participiant, singulari poenarum severitate animadvertit Tridentina Synodus quippe quae praeter alia, etiam ignominiae notam iis inussit, eiectosque Ecclesiae gremio, honore indignos censuit, si in certamine occumberent, ecclesiasticae sepulturae. Tridentinas sanctiones ampliavit explicavitque decessor Noster Benedictus XIV in Constitutione data die X Novembris anno MDCCLII, cuius initium *Detestabilem*. Novissimo autem tempore f. r. Pius IX in literis apostolicis, quarum est initium *Apostolicae Sedis*, per quas censurae latae sententiae limitantur, aperte declaravit, ecclesiasticas poenas committere non modo qui duello confligant, sed eos etiam quos patrinos vocant, idemque et testes et conscios. — Quarum legum sapientia eo luculentius emicat, quo ineptiora ea esse liquet quae ad immanem duelli morem tuendum vel excusandum solent proferri. Nam quod in vulgus seritur, certamina id genus natura sua comparata esse ad maculas eluendas, quas civium honori alterius calumnia aut convicium induxerint, id est eiusmodi, ut neminem possit nisi vecordem fallere. Quamvis enim e certamine victor decedat qui, iniuria accepta, illud indixit, omnium cordatorum hominum hoc erit iudicium, tali certaminis exitu viribus quidem ad luctandum, aut tractandis armis meliorem lacessentem probari, non idem tamen honestate potiorem. Quod si idem ipse ceciderit, cui rursus non inconsulta, non plane absona haec honoris tuendi ratio videatur? Equidem paucos esse remur, qui hoc obeant facinus, opinionis errore decepti. Omnino cupiditas ultionis est, quae viros superbos et acres ad poenam petendam impellit: qui si elatum animum moderari, Deoque obtemperare velint, qui homines iubet diligere inter se

amore fraterno, et quemquam violari vetat, qui ulciscendi libidinem in privatis hominibus gravissime damnat, ac poenarum repetendarum sibi unice reservat potestatem, ab immani consuetudine duellorum facile discederent.

Neque illis qui oblatum certamen suscipiunt iusta suppetit excusatio metus, quod timeant se vulgo segnes haberi si pugnam detrectent. Nam si officia hominum ex falsis vulgi opinionibus dimetienda essent, non ex aeterna recti iustique norma, nullum esset naturale ac verum inter honestas actiones et flagitiose facta discrimen. Ipsi sapientes ethnici et norunt et tradiderunt, fallacia vulgi iudicia spernenda esse a forti et constanti viro. Iustus potius et sanctus timor est, qui avertit hominem ab iniqua caede, eumque facit de proria et fratrum salute sollicitum. Immo qui inania vulgi aspernatur iudicia, qui contumeliarum verbera subire mavult, quam ulla in re officium deserere, hunc longe maiore atque excelsiore animo esse perspicitur, quam qui ad arma procurrit, lacessitus iniuria. Quin etiam, si recte diiudicari velit, ille est unus, in quo solida fortitudo eluceat, illa, inquam fortitudo, quae virtus vere nominatur, et cui gloria comes est non fucata, non fallax. Virtus enim in bono consistit rationi consentaneo, et nisi quae in iudicio nitatur approbantis Dei stulta omnis est gloria.

Denique tam perspicua duelli turpitudo est, ut illud nostrae etiam aetatis legumlatores, tametsi multorum suffragio patrocinioque fultum, auctoritate publica poenisque propositis coercendum duxerint. Illud hac in re praeposterum maximeque perniciosum, quod scriptae leges re factisque fere eludantur: idque non raro scientibus et silentibus iis, quorum est punire sontes, et, ut legibus pareatur, providere. Ita fit ut passim ad singularia certamina descendere, spreta maiestate legum, impune liceat.

Inepta etiam atque indigna sapienti viro eorum est opinio, qui utut togatos cives ab hoc genere certami-

num arcendos putent, ea tamen permittenda censent militibus, quod tali exercitatione acui dicant militarem virtutem. Primum quidem honesta et turpia natura differunt nec in contraria mutari ob diversum personarum statum ullo pacto possunt. Omnino homines, in quacumque conditione vitae, divina ac naturali lege omnes pari modo tenentur. Praeterea ratio huiusce indulgentiae erga milites ab utilitate publica petenda foret, quae nunquam tanta esse potest ut eius obtentu naturalis divinique iuris vox conticescat. Quid, quod ipsa utilitatis ratio manifesto deficit? Nam militaris virtutis incitamenta eo spectant, ut civitas sit adversus hostes instructior. Idne vero effici poterit ope illius consuetudinis, quae suapte natura eo spectat, ut suborto inter milites dissidio, cuius causae haud rarae sunt, e singulis partibus defensorum patriae necetur alteruter?

Postremo recens aetas, quae se iactat humaniore cultu morumque elegantia longe superioribus saeculis antecellere, parvi pendere vetustiora instituta consuevit ac nimium saepe respuere quidquid cum colore discrepet recentioris urbanitatis. Quid est igitur quod has tantumodo rudioris aevi ac peregrinae barbariae ignobiles reliquias, duelli morem intelligimus, in tanto humanitatis studio non repudiat?

Vestrum erit, Venerabiles Fratres, haec quae breviter attigimus, inculcare diligenter populorum vestrorum animis, ne falsas hac de re opiniones temere excipiant, neu ferri se leviorum hominum iudicio patiantur. Date operam nominatim ut iuvenes mature assuescant id de duello sentire et iudicare quod, consentiente naturali philosophia, iudicat ac sentit Ecclesia; ab eoque iudicio normam agendi constanter sumant. Immo quo modo alicubi receptum consuetudine est ut catholici praesertim florentis aetatis sibi sponte perpetuoque interdicant nomen dare societatibus non honestis, pari modo opportunum ducimus ac valde salutare, eosdem velut foedus inter se facere, data fide nullo se tempore nullaque de causa duello dimicaturos.

Supplices a Deo petimus, ut communia conata nostra virtute coelesti corroboret, quodque pro salute publica, pro integritate morum vitaeque christianae volumus, id benigne largiatur. Divinorum vero munerum auspicem itemque benevolentiae Nostrae testem vobis, Venerabiles fratres, apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII. Septembris an. MDCCCCCI, Pontificatus Nostri Decimoquarto.

LEO PP. XIII.

Facultates, quae a S. Congregatione de Prop. Fide Eppis remotioribus ad quinquennium concedi solent.

1. Absolvendi ab haeresi et apostasia a fide, et schismate quoscumque etiam ecclesiasticos, tam saeculares, quam regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, ubi S. Officium exercetur, nisi in locis missionum, in quibus impune grassantur haereses, deliquerint, nec illos, qui judicialiter abjuraverint, nisi isti nati sint, ubi impune grassantur haereses et post judicialem abjurationem, illuc reversi, in haeresim fuerint relapsi, et hoc in foro conscientiae tantum.

2. Tenendi et legendi, non tamen aliis concedendi, praeterquam ad tempus tamen, iis sacerdotibus et laicis, quos praecipue idoneos atque honestos esse sciat, libros prohibitos exceptis operibus Dupuy, Volney, M. Reghellini, Pigault-Lebrun, De Potter, Bentham, J. A. Dulaure, Fêtes et courtisanes de la Grèce, Novelle di Casti, et aliis operibus de obscoenis, et contra Religionem ex professo tractantibus.

3. Dispensandi in 3. et 4. gradu simplici et mixto non tantum cum pauperibus, sed etiam cum nobilibus et divitibus in contrahendis et in contractis: cum haereticis vero conversis etiam in 2. simplici et mixto, dummodo nullo modo attingat primum gradum et in his casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

4. Dispensandi super impedimento publicae honestatis justis ex sponsalibus proveniente.

5. Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen conjugum machinante, ac restituendi Jus petendi debitum amissum.

6. Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis praeterquam inter levantem et levatum.

7. Hae vero dispensationes matrimoniales, videlicet 3. 4. 5. et 6. non conceduntur, nisi cum clausula, dummodo mulier rapta non fuerit et, si rapta fuerit, in raptoris potestate non existat, et in dispensationibus hujusmodi declaretur expresse, illas concedi tanquam a Sedis Apostolicae Delegato, ad quem effectum etiam tenor hujusmodi facultatum inseratur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessae.

8. Dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto tantum provenientibus, excepta ea, quae ex homicidio voluntario contrahitur.

9. Dispensandi et commutandi vota simplicia in alia pia opera, exceptis votis castitatis et religionis.

10. Absolvendi ab omnibus censuris etiam speciali modo in Bulla *Apostolicae Sedis* diei 12. Oct. 1869 Romano Pontifici reservatis excepta absolutione complicis in peccato turpi, in locis tamen ubi impune grassantur haereses.

11. Delegandi simplicibus sacerdotibus potestatem benedicendi paramenta, et alia utensilia ad Sacrificium missae necessaria, ubi non interveniat sacra unctio, et reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab eppo benedicta, et in casu necessitatis etiam aqua non benedicta ab eppo.

12. Conferendi ordines extra tempora, et non servatis interstitiis usque ad sacerdotium inclusive.

13. Dispensandi super defectu aetatis unius anni ob operariorum penuriam, ut promoveri possint ad sacerdotium, si alias idonei fuerint.

14. Conficiendi olea cum quinque saltem Sacerdotibus,

non tamen extra diem coenae Domini, nisi necessitas aliud urgeat.

15. Celebrandi bis in die, si necessitas urgeat, ita tamen ut in prima missa non sumpserit ablutionem, per unam horam ante auroram, et aliam post meridiem, sine ministro, et sub dio et sub terra, in loco tamen decenti, etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquiis Sanctorum, et praesentibus haereticis, schismaticis, infidelibus, et excommunicatis, si aliter celebrari non possit. Caveat vero, ne praedicta facultate, seu dispensatione celebrandi bis in die aliter, quam ex gravissimis causis, et rarissime utatur, in quo graviter ipsius conscientia oneratur. Quod si hanc eandem facultatem alteri sacerdoti juxta potestatem inferius apponendam communicare, aut causas ea utendi alicui, qui a S. Sede hanc facultatem obtinuerit, approbare visum fuerit, serio ipsius conscientiae injungitur, ut paucis dumtaxat, iisque maturioris prudentiae ac zeli, et qui absolute necessarii sint, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit, et ad breve tempus eandem communicet, aut respective causas approbet.

16. Deferendi sanctissimum Sacramentum occulte ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro iisdem infirmis in loco tamen decenti, si ab haereticis, aut infidelibus est periculum sacrilegii.

17. Induendi se vestibus saecularibus, si aliter vel transire ad loca eorum curae commissa vel in ipsis permanere non poterunt.

18. Recitandi rosarium, vel alias preces, si breviarium secum deferre non poterunt, vel divinum officium ob aliquod legitimum impedimentum recitare non valeant.

19. Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu carnium, ovorum et lacticiniorum tempore jejuniorum, et praesertim quadragesimae, non tamen per generale Indultum, sed in casibus particularibus.

20. Communicandi has facultates in totum, vel in par-

tem, prout opus esse secundum ejus conscientiam judicaverit, sacerdotibus idoneis in conversione animarum laborantibus, et praesertim tempore sui obitus; ut sede vacante sit, qui possit supplere, donec sedes apostolica certior facta, quod quam primum fieri debebit per delegatos, aut per unum ex iis, alio modo provideat.

21. Et praedictae facultates gratis, et sine ulla mercede exerceantur, et ad quinquennium tantum concessae intelligantur.

22. Utendi iisdem facultatibus in civitate, et dioecesi N.

Datum Romae ex aedibus dictae S. Congregationis....

Facultates a S. Poenitentiaria pro foro interno Episcopis concedi solitae.

N. N. (plenus titulus) SS. D. N. Papae et S. Sedis Apostolicae Major Poenitentiarius.

Vobis Venerabili in Christo Patri N. N. Episcopo Ecclesiae N. infrascriptas facultates ad Quinquennium (vel Triennium) duraturas communicamus, quibus, non obstante Const. *Apostolicae Sedis*, pro foro Conscientiae per Vos sive per Vestrum Vicarium in Spiritualibus Generalem, dummodo in Sacro Presbyteratûs Ordine sit constitutus, etiam extra Sacramentalem Confessionem pro grege Vobis commisso et intra fines Vestrae dioecesis tantum, atque de speciali, in unoquoque casu exprimenda, Sedis Apostolicae Auctoritate Vobis delegata, uti valeatis; quasque Canonico Poenitentiario necnon Vicariis Foraneis pro foro pariter Conscientiae ac in actu sacramentalis Confessionis dumtaxat, etiam habitualiter, si Vobis placuerit, aliis vero Confessariis cum ad Vos, sive ad praedictum Vicarium Generalem in casibus particularibus Poenitentium recursum habuerint pro exposito casu impertiri possitis, nisi ob peculiares causas aliquibus Confessariis a Vobis specialiter subdelegandis, per tempus arbitrio Vestro statuendum, illas communicare judicabitis.

I. Absolvendi ab excommunicatione R. Pontifici simpliciter reservata ob manus violentas injectas, sive in Clericos sive in Regulares, dummodo non fuerit secuta mors vel mutilatio seu lethale vulnus aut ossium fractio et dummodo casus ad forum Ordinarii deducti non fuerint; injunctis injungendis et praesertim, ut parti laesae competenter satisfiat.

II. Absolvendi a Censuris contra Duellantes inflictis in Casibus dumtaxat ad Forum Externum non deductis: injuncta gravi poenitentia salutari et aliis injuctis, quae fuerint de jure injungenda.

III. Absolvendi quoscumque Poenitentes sive Viros sive Mulieres (exceptis Haereticis publice dogmatizantibus) a quibusvis Sententiis, Censuris et Poenis Ecclesiasticis incursis ob Haereses tam nemine audiente vel advertente, quam coram aliis externatas: ob infidelitatem et Catholicae Fidei abjurationem private admissas, Sortilegia ac Maleficia haereticalia etiam cum sociis patrata, nec non ob Daemonis invocationem cum pacto donandi Animam eique praestitam Idololatriam, ac superstitiones haereticales exercitas ac demum ob quacumque insinuata falsa Dogmata incursis, postquam tamen Poenitens Complices, si quos habeat, prout de iure denuntiaverit; et quatenus ob justas causas nequeat ante absolutionem denuntiare, facta a Poenitente seria promissione denuntiationem peragendi cum primum et meliori modo quo fieri poterit et postquam in singulis casibus coram Absolvente haereses secrete abjuraverit, et pactum cum maledicto Daemone initum expresse revocaverit; tradita eidem Absolventi singrapha forsan exarata, aliisque mediis superstitiosis ad omnia comburenda seu destruenda; injuncta pro modo excessuum gravi Poenitentia salutari cum frequentia Sacramentorum, et obligatione se retractandi apud personas, coram quibus haereses manifestavit, et reparandi illata scandala.

*

IV. Absolvendi a Censuris incursis ob violationem clausurae Regularium utriusque sexus, dummodo non fuerit, commissa cum intentione ad malum finem, etiam effectu non secuto nec casus fuerint ad Forum Ordinarii deducti, cum congrua Poenitentia salutari. Et insuper absolvendi Mulieres tantum a Censuris et poenis Ecclesiasticis ob violationem ad malum finem Clausurae Virorum Religiosorum incursis dummodo tamen Casus occulti remaneant: injuncta gravi Poenitentia salutari, cum prohibitione accedendi ad Ecclesiam aut Conventum seu Coenobium dictorum Religiosorum, durante occasione peccandi.

V. Absolvendi a Censuris ob retentionem, et lectionem Librorum prohibitorum incursis, injuncta congrua poenitentia salutari, nec non firma obligatione tradendi prout de jure, sive per se, sive per alium absque ulla mora, et quantum fieri poterit ante absolutionem, libros prohibitos, quos poenitens in sua potestate retineat.

VI. Absolvendi a casu Sedi Apostolicae reservato ob accepta munera a Regularibus utriusque sexus; injucta poenitentia salutari, et quando agitur de muneribus quae valorem decem scutorum non excedunt, aliqua eleemosyna Absolventis judicio taxanda et caute erroganda, cum primum poterit in beneficium Religionis, cui facienda esset restitutio dummodo tamen non constet, quod illa fuerint de bonis propriis Religionis; quatenus vero accepta munera vel fuerint ultra valorem scutorum decem, vel constet fuisse de bonis propriis Religionis, facta prius restitutione, quam si de praesenti poenitens adimplere nequeat, emissa seria promissione restituendi intra terminum Absolventis arbitrio praefiniendum, alias sub reincidentia.

VII. Absolvendi a Censuris, et Poenis Ecclesiasticis eos, qui Sectis vetitis, Massonicis aut Carbonariis, aliisque similibus nomen dederunt, aut qualemcunque favorem praestiterunt, ita tamen ut a respectiva secta omnino se separent, eamque abjurent, libros, manuscripta, ac signa sectam respicientia, si quae retineant, in manus Absolventis tradant ad Ordinarium quam primum caute transmittenda aut saltem, si justae gravesque causae id postulent, comburenda; injuncta pro modo culparum gravi poenitentia salutari cum frequentia sacramentalis confessionis aliisque injunctis de jure injungendis: nec non absolvendi eos, qui ejusmodi Sectarum duces et coryphaeos occultos denuntiare culpabibiliter neglexerint, injuncta pariter salutari poenitentia et firma obligatione sub reincidentia eosdem Vobis vel aliis ad quos spectat, prout de jure denunciandi.

VIII. Absolvendi religiosos cujuscumque ordinis (etiam Moniales, per Confessarios tamen pro ipsis a Vobis approbatos vel specialiter deputandos) non solum a praemissis, sed etiam a Casibus et Censuris in sua Religione reservatis, dummodo Religiosi apud confessarium subdelegatum legitimam habuerint licentiam peragendi confessionem sacramentalem.

IX. Dispensandi ad petendum debitum Conjugale cum Transgressore Voti castitatis privatim emissi, qui Matrimonium cum dicto voto contraxerit: huiusmodi Poenitentem monendo, ipsum ad idem Votum servandum teneri, tam extra licitum Matrimonii usum, quam si Marito seu Uxori respective supervixerit.

X. Dispensandi cum Incestuoso sive Incestuosa ad petendum debitum Conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum Consanguinea vel Consanguineo, sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suae Uxoris seu respective Mariti: remota occasione peccandi et injuncta gravi poenitentia salutari et Confessione Sacramentali singulis mensibus per tempus arbitrio Dispensantis statuendum.

XI. Dispensandi super occulto impedimento primi, nec non primi et secundi, ac secundi tantum gradus affinitatis ex illicita carnali copula provenientis, quando agatur de Matrimonio cum dicto impedimento jam contracto: et qua-

temus agatur de copula cum suae putatae Uxoris Matre, dummodo illa secuta fuerit post ejusdem putatae Uxoris nativitatem, et non aliter: monito Poenitente de necessaria secreta renovatione Consensus cum sua putata Uxore aut suo putato Marito, certiorato seu certiorata de nullitate prioris consensus, sed ita caute, ut ipsius Poenitentis delictum nusquam detegatur: et quatenus haec certioratio absque gravi periculo fieri nequeat, renovato consensu juxta regulas a probatis Auctoribus traditas: remota occasione peccandi, ac injuncta gravi poenitentia salutari, et Confessione Sacramentali semel in mense per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

Item de speciali et expressa apostolica auctoritate Vobis facultatem concedimus dispensandi super dicto occulto impedimento, seu impedimentis affinitatis ex copula illicita etiam in matrimoniis contrahendis, dispensandique facultatem subdelegandi, etiam habitualiter, parochis Vestrae dioecesis, quando tamen omnia parata sint ad nuptias, nec matrimonium usque dum ab Apostolica Sede obtineri possit dispensatio absque periculo gravis scandali differri queat: remota semper occasione peccandi, et firma manente conditione, quod copula habita cum matre mulieris hujus nativitatem non antecedat: injuncta in quolibet casu poenitentia salutari.

XII. Dispensandi super occulto criminis impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione et agatur de matrimonio jam contracto: monitis putatis conjugibus de necessaria consensus secreta renovatione.

Item ex eadem speciali et expressa Apostolica auctoritate pariter facultatem concedimus dispensandi super eodem occulto impedimento, dummodo sit absque ulla machinatione, etiam in matrimoniis contrahendis, in casibus tamen urgentioribus, in quibus tempus non suppetat recurrendi ad S. Sedem; injuncta in utroque casu gravi poenitentia salutari et confessione sacramentali semel singulis mensibus per tempus Dispensantis arbitrio statuendum.

NB. Mens nostra est, 1° ut si forte ex oblivione vel inadvertentia ultra praedictum terminum his facultatibus Vos uti contingat, absolutiones seu dispensationes exinde impertitae ratae sint et validae; 2° ut injunctio confessionis sacramentalis, de qua sub nr. X, XI et XII non sit ***irritativa***, sed tantum ***praeceptiva***; 3° ut his facultatibus non solum singillatim sed etiam ***cumulatim*** in uno eodemque casu uti possitis.

Datum Romae ex Ædibus Nostris . . . . . .

Griesi pridržani u nadbiskupiji zagrebačkoj.

(Ex anno 1789.)

1. H a e r e s i s e x t e r n a. Haeresis mere interna ab omni sacerdote jurisdictionem habente absolvi potest: externa vero coniuncta cum formali interna sive illa occulta sit sive publica semper reservata est.

2. V i o l a t i o e c c l e s i a e. Omnes et soli casus, quibus Ecclesiae polluuntur: adeoque omnis iniuriosa humani sanguinis effusio (vocem stricte, in quantum copiam aliquam sanguinis denotat accipiendo), omnis item effusio voluntaria humani seminis, quae tamen sit aliquo modo notoria — homicidio inferius alioquin specialiter reservato, casus vero pollutionis — quae ex illicitis sepulturis contingere posset. possibilitate sublata, sub praesenti reservationis casu intelligentur.

3. P e r c u s s i o p a r e n t u m. Omnis et sola actio corporea violenta injuriosa active v. g. percussio, trusio etc. sive immediate sive mediate tantum (dummodo sit graviter peccaminosa, quod alioquin de omni casu reservato intelligendum est) parentibus, id est patri vel matri illata, hac reservatione comprehenditur.

4. H o m i c i d i u m e t i n c e n d i u m v o l u n t a r i u m. Per homicidium intelligitur omnis occisio hominis injusta voluntaria, id est intenta, de industria commissa, et ex proposito privandi hominem vita attentata, effectu (et non secus) secuto. Mandantes tamen, consulentes, non impe-

dientes, faventes homicidio aut homicidis, nonnisi eo in casu, cum principaliter eisdem homicidium imputari deberet, reservationem incurrunt, incurrunt autem procurantes abortum foetus animati, modo de industria quaesita sit, et intenta procuratio, et effectus sequatur, cum tali in casu verum intercedat homicidium. — Incendium domuum aut quorumvis aedificiorum, segetum, foeni etc. etc. sub reservatione ista venit. Voluntarium autem prorsus eo sensu intelligitur, quo acceptum est in casu homicidii id est: intentum, de industria commisum, ex proposito et studiose attentatum. Respectu mandantium, consulentium, non impedientium etc. idem, quod supra dictum fuit, valet etiam in praesenti reservatione.

5. Procuratio abortus. Hic intelligitur abortus foetus inanimati (cum priori casu reservetur abortus foetus animati) et quidem de industria procuratus effectu solummodo secuto; reservatione includitur etiam omne voluntarium auxilium (mandando, docendo, juvando etc.) efficaciter praestitum, modo ut principali concausae procuratio abortus imputari possit — sicut jam casu precedenti de homicidio et procuratione abortus animati dictum est.

6. Sodomia.

7. Incestus. Solum in primo et secundo gradu consanguineitatis et affinitatis sive ex licita sive ex illicita copula proveniant. Cognatio spiritualis, prout etiam aliae cognationes sub reservationem non cadunt.

8. Mensurarum et ponderum falsatio. Sola stricte sumpta falsificatio aut fraudulenta substitutio ponderum mensurarumque, et defraudatio in pondere, et mensura mortaliter peccaminosa hic reservatur.

Quoad casum reservatum incestus et restituendum jus petendi debiti conjugalis.

Nrus 767.

Ad tollendam omnem ambiguitatem circa ordines circulares ddto. 23. Augusti 1880. Nr. 2737 abhinc publicatos V. Clero Curato notitiae et directionis gratia sequentia intimantur:

1. Incestus ex mente Ordinarii tunc refertur inter peccata Eidem *reservata*, si copula carnalis intercedat inter personas junctas *primo* vel *secundo* gradu *consanguineitatis* aut *affinitatis*, ex thoro licito vel illicito ortae;

2. Incestus unius conjugis cum consaguineis alterius in *primo* vel *secundo* gradu per se privat reum jure petendi debitum conjugale, quoadusque non restituatur in jure a legitimo superiore;

3. cum aliud sit absolutio a peccato, aliud vero restiin jus ammissum, ideo qui habet facultatem absolvendi a peccato reservato incestus, nondum pollet facultate incestuosum coniugem privatum jure petendi debitum, in hoc jus restituendi. Quare confessarius diligenter examinet, utrum incestus, de quo poenitens se accusat, conjunctus sit cum adulterio, et ubi deprehenderit poenitentem coniugem incestum commisisse cum persona affine in *primo vel secundo* gradu, tunc in libello supplici, quo facultatem absolvendi a peccato reservato incestus sibi tribui petit, una distinctis verbis ab Ordinario postulet facultatem incestuosum adulterum restituendi in jure debiti conjugalis petendi.

Zagrabiae die 19. Februarii 1886.

Griesi pridržani u biskupiji djakovačkoj.

1. »Haeresis externa.« Haeresis reservata esse intelligitur, quae externa est cum formali intentione conjuncta, sive illa occulta sit, sive publica. 2. »Raptus mulierum«. 3. »Percussio gravis parentum.« Hic reservatur omnis et sola actio corporea violenta active injuriosa, uti est: percussio, trusio etc. sive immediate, sive mediate, solum patri et matri illata, dummodo sit graviter peccaminosa, quod etiam de omni alio casu reservato intelligi debet. 4. »Incestus in primo et secundo cognationis et affinitatis gradu.« Subsistit haec reservatio solum in primo et secundo

consanguinitatis et affinitatis gradu sive e licita (in matrimonio) sive illicita (extra matrimonium) copula proveniat: cognatio spiritualis, prout et ex aliis gradibus provenientes sub reservationem non cadunt. 5. »Procuratio abortus effectu secuto.« Siquidem procuratio abortus animati refertur ad casum homicidii voluntarii, hic solum intelligi debet procuratio abortus inanimati, et quidem de industria et effectu secuto procurati: includitur etiam huic reservationi omne auxilium: mandando, docendo, juvando etc. ita efficaciter praestitum, ut huic principali concausae effectus procurati abortus imputari valeat. 6. »Lenocinium.« 7. »Propinatio remediorum abortum secuto vel non effectu procurantium.« 8. »Defraudatio in ponderibus et mensuris ac falsificatio monetae.« Omnis monetae falsificatio veluti tendens in commune damnum, et statui publico summe iniuriosa reservata dicitur. Falsificatio vero ponderum et mensurarum stricte sumpta intelligitur: substitutio porro horum fraudulenta et defraudatio in pondere et mensura nonnisi tunc reservatur, si mortaliter peccaminosa sit. 9. »Homicidium voluntarium.« Hac reservatione obstricti intelliguntur illi, qui alium occasione injusta, voluntaria seu intenta, de industria commissa et ex proposito occidendi effecto secuto, vita privant. Reservationem hanc aeque incurrunt procurantes abortum foetum animati, modo de industria quaesita et intenta sit procuratio et effectus sequatur; hac enim ratione verum committitur homicidium. Porro in utroque casu hoc sub reservationem aeque cadunt: mandantes, consulentes, non impedientes, faventes homicidio aut homicidium commitantibus pro eo dumtaxat casu, quo principaliter iisdem homicidium imputari debeat. 10. »Violatio ecclesiae voluntaria.« Hoc nomine intelliguntur omnes et singuli casus, quibus Ecclesiae polluuntur: proinde omnis injuriosa, copiam tamen aliquam sanguinis denotans, humani sanguinis effusio: notoria item aliquomodo el voluntaria humani seminis effusio. Possibilitate alioquin sublata

pollutionis, quae ex illicitis sepulturis contingere possit. 11. »Incendium voluntarium.« Si enim sit de industria intentum, commissum, et ex praecepto et studio, a se attentatum; sive in quibusvis aedificiis, sive segetibus, foeno etc. Intuitu mandantium, consulentium, non impedientium etc. reservatio intelligenda in conformitate 5 et 9.

Porro veniunt sequentia notanda: a) Ut Canonici Actuales assessores consistoriales et examinatores synodales facultate a casibus reservatis absolvendi, irrestricta; Archi et V. A. diaconi in respectivis dumtaxat districtibus suis, est per totum annum, quin tamen priores quam hi eandem subdelegare valeant. Parochi et administratores pro toto tempore paschalis confessionis in propria et aliena parochia, ad quam eosdem spiritualis juvaminis praestandi causa venire contigerit, gaudeant. b) Ut parochi et administratores Ecclesiarum: Svilaj, Almaš, Sotin, Petrovaradini, B. M. V. ad Nives, Carlovicii Mariae Pacis, Lipovcensis Mariae Luisica (Lučica) et Dragutin occasione Encaeniorum, Dominicis Novilunaribus et populus tempore illo, quo piae peregrinationes ed easdem ecclesiam suscipiuntur et majori numero devotionis peragendae causa illuc confluere solet, facultatem a casibus reservatis absolvendi habeant. c) Ut confessarius ille, quem poenitentis crimine aliquo reservato gravati, eadem vero vel mox subsequa die matrimonio jungendi confessionem excipere contigerit, ad vitandum scandalum secus facile oriturum et perplexitatem, ad quam tum confessarius, tum poenitens ipse tali occasione devenire posset, eundem poenitentem de cetero bene dispositum, ac de gravitate serio ac efficaciter monitum, imposita ipsi condigna poenitentia; prout et confessarius ille, qui milites per has dioeceses transeuntes non vero stationarios exaudiret, a peccatis reservatis absolvere valeat.

Griesi pridržani u biskupiji senjskoj i modruškoj.

1. Homicidium voluntarium et procuratio abortus. 2. Incestus usque ad secundum gradum inclusive Consanguineitatis et Affinitatis. 3. Bestialitas et Sodomia tam passiva quam activa. 4. Percussio parentum. 5. Perjurium solemniter emissum.

»Quod hucusque usu obtinuit, id ulterius quoque confirmamus, ut nimirum potestatem absolvendi a reservatis Ordinario Casibus habeant: a) omnes Canonici Cathedralium Ecclesiarum Segniensis et Modrušiensis nec non Collegiatae Ecclesiae Fluminensis tam reales quam honorarii; b) omnes Archidiaconi et Vicearchidiaconi. Iisdem his Confessariis Auctoritate Nobis facta a Sedis Apostolicae Majore Poenitentiario ddo. 3. Julii 1876. ad triennium, facultatem communicamus: Dispensandi cum incestuoso vel incestuosa ad petendum debitum conjugale, cujus jus amisit ex superveniente occulta affinitate per copulam carnalem habitam cum consanguinea vel consanguineo, sive in primo, sive in primo et secundo, sive in secundo gradu suae uxoris, seu respective mariti, remota occasione peccandi, et injuncta gravi poenitentia salutari et confessione sacramentali quolibet mense per tempus arbitrio dispensantis statuendum. Hanc autem facultatem subdelegamus ipsis solis confessariis in actu sacramentalis confessionis duntaxat, ut dispensent Sedis Apostolicae Auctoritate ipsis subdelegata in unoquoque casu exprimenda.«

Griesi pridržani u nadbiskupiji vrhbosanskoj.

1. Gravis percussio parentum. 2. Homicidium et efficax ad idem cooperatio effectu secuto. 3. Abortus procuratio effectu secuto. 4. Incestus consanguineitatis et affinitatis in primo et secundo gradu. 5. Perduellionis auctores et procuratores.

Od ovih grieha smiju odriešiti svi vicarii foranei; zatim svi izpovjednici, kad god izpoviedaju u bolnicah i kaznionah; onda kad god tko sluša veliku (obćenitu) izpovied bud cieloga života bud od kojega vremena, ako je ista izpovied nuždna; napokon kad god izpovieda zaručnike ili one, koji prave uzkrsnu izpovied.

Decretum Congr. Ep. et Regul. de confessionibus monialium.

Quemadmodum omnium rerum humanarum quantumvis honestae sanctae que in se sint; ita et legum sapienter conditarum ea conditio est, ut ab hominibus ad impropria et aliena ex abusu traduci ac pertrahi valeant; ac propterea quandoque fit ut intentum a legislatoribus finem haud amplius assequantur; imo et aliquando, ut contrarium sortiantur effectum.

Idque dolendum vel maxime est obtigisse, quoad leges plurium Congregationum, Societatum aut Institutorum sive mulierum quae vota simplicia aut solemnia vota nuncupant, sive virorum professione ac regimine penitus laicorum; quandoquidem aliquoties in illorum Constitutionibus conscientiae manifestatio permissa fuerat, ut facilius alumni arduam perfectionis viam ab expertis Superioribus in dubiis addiscerent: e contra a nonnullis ex his intima conscientiae scrutatio, quae unice Sacramento Poenitentiae reservata est, inducta fuit. Itidem in Constitutionibus ad tramitem SS. Canonum praescriptum fuit, ut Sacramentalis Confessio in huiusmodi Communitatibus fieret respectivis Confessariis ordinariis et extraordinariis; aliunde Superiorum arbitrium eo usque devenit, ut subditis aliquem extraordinarium Confessarium denegaverint, etiam in casu quo, ut propriae conscientiae consulerent, eo valde indigebant. Indita denique eis fuit discretionis ac prudentiae norma ut suos subditos rite recteque quoad peculiares poenitentias ac alia pietatis opera dirigerent: sed et haec per abusionem extensa in id etiam exstitit, ut eis ad Sacram Synaxim accedere vel pro

lubito permiserint, vel omnino interdum prohibuerint. Hinc factum est, ut huiusmodi dispositiones, quae ad spiritualem alumnorum profectum et ad unitatis pacem et concordiam in communitatibus servandam fovendamque salutariter ac sapienter constitutae iam fuerant, haud raro in animarum discrimen, in conscientiarum anxietatem, ac insuper in externae pacis turbationem versae fuerint, ceu subditorum recursus et quaerimoniae passim a S. Sedem interiectae evidentissime comprobant.

Quare SS. D. N. Leo divina providentia Papa XIII. pro ea qua praestat erga lectissimam hanc sui gregis portionem peculiari sollicitudine, in Audientia habita a me Cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum et Regularium negotiis et consultationibus praepositae die decimaquarta Decembris 1890, omnibus sedulo diligenterque perpensis, haec quae sequuntur voluit, constituit atque decrevit.

I. Sanctitas Sua irritat. abrogat, nullius in posterum roboris declarat quascumque dispositiones Constitutionum, piarum Societatum, Institutorum mulierum sive votorum simplicium sive solemnium, nec non virorum omnimode laicorum, etsi dictae Constitutiones approbationem ab Apostolica Sede retulerint in forma quacumque etiam quam aiunt specialissimam, in eo scilicet, quod cordis et conscientiae intimam manifestationem quovis modo ac nomine respiciunt. Ita propterea serio iniungi Moderatoribus ac Moderatricibus huiusmodi Institutorum, Congregationum ac Societatum ut ex propriis Constitutionibus, Directoriis ac Manualibus praefatae dispositiones omnino deleantur penitusque expungantur. Irritat pariter ac delet quoslibet ea de re usus et consuetudines etiam immemorabiles.

II. Districte insuper prohibet memoratis Superioribus ac Superiorissis cuiuscumque gradus et praeminentiae sint, ne personas sibi subditas inducere pertentent directe aut indirecte, praecepto, consilio, timore, minis, aut blanditiis ad huiusmodi manifestationem conscientiae sibi peragendam;

subditisque e converso praecipit, ut Superioribus maioribus denuncient Superiores minores, qui eos ad id inducere audeant; et si agatur de Moderatore vel Moderatrice Generali denunciatio huic S. Congregationi ab iis fieri debeat.

III. Hoc autem minime impedit, quominus subditi libere ac ultro aperire suum animum Superioribus valeant ad effectum illorum prudentia in dubiis ac anxietatibus consilium et directionem obtinendi pro virtutum acquisitione ac perfectionis progressu.

IV. Praeterea firmo remanente quoad Confessarios ordinarios et extraordinarios Communitatum, quod a. Sacrosancto Concilio Tridentino praescribitur in Sess. 25 Cap. 10. de Regul. et a S. M. Benedicto XIV. statuitur in Constitutione quae incipit Pastoralis curae, Sanctitas Sua Praesules Superioresque admonet, ne extraordinarium denegent subditis Confessarium quoties, ut propriae conscientiae consulant ad id subditi adigantur, quin iidem superiores ullo modo petitionis rationem inquirant, aut aegre id ferre demonstrent. Ac ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae Dioeceseos, in quibus mulierum Communitates existunt, idoneos Sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro Sacramento poenitentiae recurrere eae facile queant.

V. Quod vero attinet ad permissionem vel prohibitionem ad sacram Synaxim accedendi Eadem Sanctitas Sua decernit, huiusmodi permissiones vel prohibitiones dumtaxat ad Confessarium ordinarium vel extraordinarium spectare, quin Superiores ullam habeant auctoritatem hac in re sese ingerendi, excepto casu, quo aliquis ex eorum subditis post ultimam sacramentalem Confesssionem Communitati scandalo fuerit, aut gravem externam culpam patraverit, donec ad Poenitentiae sacramentum denuo accesserit.

VI. Monentur hinc omnes, ut ad Sacram Synaxim curent diligenter se praeparare et accedere diebus in propriis regulis statutis: et quoties ob fervorem et spiritualem

alicuius profectum Confessarius expedire iudicaverit, ut frequentius accedat, id ei ab ipso Confessario permitti poterit. Verum qui licentiam a Confessario obtinuerit frequentioris ac etiam quotidianae Communionis, de hoc certiorem reddere Superiorem teneatur; quod si hic iustas gravesque causas se habere reputet contra frequentiores huiusmodi Communiones, eas confessario manifestare teneatur, cuius iudicio acquiescendum omnino erit.

VII. Eadem Sanctitas Sua insuper mandat omnibus et singulis superioribus Generalibus, Provincialibus et Localibus Institutorum, de quibus supra sive virorum sive mulierum ut studiose accurateque huius Decreti dispositiones observent sub poenis contra Superiores Apostolicae Sedis mandata violantes ipso facto incurrendis.

VIII. Denique mandat, ut praesentis Decreti exemplaria in vernaculum sermonem versa inserantur Constitutionibus praedictorum piorum Institutorum, et saltem semel in anno, stato tempore in unaquaque Domo, sivi in publica mensa, sive in Capitulo ad hoc specialiter convocato alta et intelligibili voce legantur.

Et ita Sanctitas Sua constituit atque decrevit, contrariis quibuscumque etiam speciali et individua mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria memoratae S. Congregationis Episcoporum et Regularium die 17. Decembris 1890.

Dubia quoad decretum „Quemadmodum" soluta.

In Decreto a S. Congregatione Episcoporum et Regularium die 17. Decembris praeteriti anni 1890 edito haec verba leguntur. »Sanctitas Sua praesules Superioresque admonet, ne extraordinarium denegant *Confessarium* quoties, ut propriae conscientiae consulant, ad id subditi adigantur, quin iidem Superiores ullo modo petionis rationem inquirant, aut aegre ferre demonstrent.« Quibus verbis haec subsequuntur: »At ne evanida tam provida dispositio fiat, Ordinarios exhortatur, ut in locis propriae Dioeceseos, in quibus mulierum Communitates existunt, idoneos Sacerdotes facultatibus instructos designent, ad quos pro sacramento Poenitentiae recurrere eae facile queant.« Omnibus perpensis, necnon sanctae Apostolicae Sedis patefacto proposito nullum infligendi vulnus disciplinae de Confessariis ordinario et extraordinario. Episcopo Malacitano sequentia eveniunt dubia, quae ipse Sacrae Congregationi solvenda submittit.

I. Quis sub nomine Praesulis vel Superioris, cuius est subditis concedere vel denegare, Confessarium extraordinarium, intelligitur? An ipse qui ordinarium Confessarium deputavit, vel potius qui domui praeest, sive vir sit, sive femina.

II. Cum ex Decreto Superior, quicumque sit, nequeat Confessarium extraordinarium denegare, immo nec aegre se ferre petitionem demonstrare. teneturne subditi precibus semper indulgere, quamvis plane videat necessitatem esse fictam, et vel scrupulis, vel alio mentis defectu, ut veram ab ipso petente apprehensam?

III. Praesul, qui ex dictis Confessarium extraordinarium subdito concedit, designare debet in unoquoque casu, nominatim personam ipsius Confessarii, vel idem Religiosus eligere poterit inter diversos ab Ordinario deputatos, qui hoc sibi munus impleat?

In eodem allato Decreto hoc praeceptum invenitur: »Quoties ob fervorem et spiritualem alicuius profectum Confessarius expedire iudicaverit, ut frequentius quam diebus statutis in propriis regulis accedat Religiosus ad sacram Synaxin, id ei ab ipso Confessario permitti poterit.«

Cum vero in pluribus Constitutionibus ab Apostolica Sede approbatis, non tantum certae statuantur dies, ut Religiosi ad sacram mensam accedant, verum explicite vetetur, ne ultra praefatas dies ipsi Religiosi Communionem accipiant, veluti de monialibus Discalceatis Sanctae Mariae de Monte Carmelo constat, sequens oritur dubium:

Utrum Constitutiones quarundam Familiarum religiosarum quibus vetatur, ne Moniales sive Religiosi Sacram Eucharistiam recipiant ultra certas et statutas dies, abrogatae fuerint in hoc capite Decreti 17. Decembris 1890 ita, ut eis non obstantibus liceat Confessario frequentiorem accessum suis Religiosis poenitentibus concedere, vel adhuc post memoratum Decretum in vigore maneant?

Et Deus, etc.

Sacra Congregatio E.morum et R.morum S. R. E. Cardinalium negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, propositis dubiis respondendum censuit, prout respondet:

Ad I: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad II: Affirmative; sed subditi moneantur non posse extraordinarios Confessarios petere, nisi ad id adigantur, ut propriae conscientiae consulant.

Ad III: Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Quo vero ad postremum dubium, quod frequentiorem ad S. Synaxin accessum quam diebus statutis in propriis respicit, abrogatas censendas Constitutiones, quibus vetatur, ne Moniales sive Religiosi Sacram Eucharistiam recipiant ultra certos et statutos dies.

De Indulgentiis.

(Ex Const. syn. pag. 79—80).

1. Sicut indulgentiarum usum, tanquam populo Christiano maxime salutarem, et sacrorum Canonum authoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse, sacrum Concilium Tridentinum praecipit, ita abusus, si qui in his irrepsissent, omnino abolendos esse mandat, injungitque Dominis Episcopis, ut eos colligant, ac in prima Synodo Provinciali referant, ut aliorum Episcoporum sententia cogniti, statim ad Romanum Pontificem ferantur. Si quos igitur hujusmodi, hactenus non sublatos, Domini Episcopi, vel alii Praelati collectos, haberent, juxta praedictam Concilii sanctionem referant in nomine Domini, curentque, si quae loca essent, quae pientissime frequentarentur a populo, ut quantocyus a Sede Apostolica indulgentias obtinere possint.

2. Ut intima animi Religione, Christianaeque pietatis operibus eo accuratius fidelis populus sacro indulgentiarum thesauro dignum se exhibere possit, noverint Domini Episcopi, ac Praelati, eorum officii pastoralis esse, ut eundem populum de summo, ac uberrimo indulgentiarum fructu quam frequentissime, ac quam diligentissime instruant, ac erudiant, ob oculos ponendo, qua devotione, quibus praestitis, aut qua conscientiae emundatione earum fructum salutarem consequi possit, et quod frustra itinerationes pro earum fructu consequendo suscipiantur, si desit mentis per sacram poenitentiam, ac confessionem emundatio.

3. Indulgentiae, quae a Romano Pontifice, cujus est summa in harum dispensatione authoritas, vel ab aliis, qui participatam habent concedendi facultatem, impetrantur, et obtinentur, nullibi sine Ordinariorum licentia, gratis, et in scriptis danda, publicentur, ne fraus aliqua in publicatione intervenire possit. Quapropter impetratae indulgentiae pro aliquo loco, antequam promulgentur, ad Episcopum, vel ejus Vicarium deferantur, ac, bene examinatae, publicari permittantur. Serio injungendum Parochis, ac curam animarum habentibus, ut indulgentias diligenter interpretentur populo, exponantque, quae committuntur agenda, reservatis copiis indulgentiarum pro Archivis Episcoporum in peculiari, ad hoc destinato, libro.

4. Episcopi, ex ordinaria potestate praescriptam habentes facultatem certorum dierum indulgentiam concedendi, ea facultate ita utantur, ut Populus, ipsis subjectus, hujusmodi indulgentiarum fructu spirituali gaudere, ac religiose uti

*

possit. In iis igitur solennioribus actionibus, quibus ea concessio fieri solet, indulgentias pie, ac salutariter faciant publicari.

5. Synodus Dioecesana Ecclesiae hujus Metropolitanae Strigoniensis, Anno 1630. celebrata, animadvertit, et decretum in contrarium edidit, quod in quibusdam locis, in quibus ob indulgentias frequentior populi concursus haberi consuevit, non sine gravi indecentia prope aditum templi, et vinum sub haedera propinari, et ad ipsas fores templi nundinationes, cocturae, ac rerun diversarum venditiones intra septa coemiterii exerceri solent. Hoc igitur decretum renovat haec sacra Synodus, atque haec a templo remotius arceri, ac submoveri vult, ne sacra profanis, devotionesque populi compotationibus misceantur.

Quae in impetrandis indulgentiis servari debent.

Decretum urbis et orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 14. Aprilis 1856.

Sacrae congregationi indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae, quae iuxta institutionem a s. mem. Clemente PP. IX. peractam constitutione, quae incipit: *In ipsis pontificatus primordiis,* sub die 6. Iulii 1669, *facultate* instructa est *omnem difficultatem ac dubietatem in sanctorum reliquiis aut indulgentiis emergentem . . . expediendi; ac si qui abusus in eis irrepserint, illos . . . corrigendi et emendandi . . . falsas, apocryphas indiscretasque indulgentias typis imprimi vetandi, impressas recognoscendi et examinandi, ac ubi Romano pontifici retulerit, illius auctoritate reiiciendi,* pluries indulgentiae typis impressae delatae sunt, quae licet falsae omnino, apocryphae et indiscretae, attamen huc illuc, sive hominum malitia, sive incuria et absque ulla prorsus auctoritate typis mandantur et circumferuntur. Unde illud haud parum detrimenti provenit, quod et in errorem inducantur christifideles, et apud s. matris Ecclesiae hostes indulgentiae ipsae irrisionibus pateant.

Quapropter s. congregatio in generalibus comitiis, in palatio apostolico Vaticano die 31. Martii proxime elapsi habitis, plures huiusmodi indulgentias typis excusas tamquam apocryphas, nullas et indiscretas habendas esse declaravit et locorum ordinariis, per quorum dioeceses indulgentiae eiusmodi circumferuntur, commendandum censuit, ut s. congregationis decreta in hanc rem edita omni studio observari curent.

Cum vero incongruum prorsus sit, omnia semper summaria, libellos folia etc. persequi, quae indiscretas, falsas apocryphasque indulgentias descriptas continent et qualibet vice prodierint, specialibus decretis eliminare, ss. D. N. Pius PP. IX. in audientia die 14. Aprilis 1856. praemissam Emorum patrum sententiam auctoritate sua apostolica adprobando, cupiens insuper, ut ad *inaestimabilem* indulgentiarum *thesaurum* quod attinet, omnia pie, sancte et *incorrupte fiant* mandavit, ut hoc decreto omnes per orbem ordinarii hortentur, ut pro ea, qua pollent et qua uti debent sollicitudine, in dominici gregis bonum usque procurandum invigilent non modo, uti eiusmodi indulgentiae falsae et apocryphae, quantum fieri potest, minime circumferantur, easque e fidelium manibus removeant, verum etiam satagant, ut decreta a s. congregatione salubriter edita, ac praesertim super earundem indulgentiarum publicatione et impressione observentur, in primis vero decretum sub die 19. Ianuarii 1756 latum, a s. mem. Benedicto PP. XIV. die 28. eiusdem mensis adprobatum quod ita se habet: »cum experientia quotidie comperiatur, complures indulgentiarum concessiones generales expediri, inscia ipsa sacra congregatione, ex quo multi promanant abusus ac confusiones, re mature perpensa, praesenti decreto declaravit, impetrantes posthac huiusmodi generales concessiones teneri sub nullitatis poena, gratiae obtentae exemplar earundem concessionum ad secretariam eiusdem s. congregationis deferre.«

Ceterum ad falsas apocryphasque indulgentias a veris

et genuinis haud difficili negotio internoscendas, ea etiam recolere locorum ordinarios iuverit, quae sapienter, de more, et hac in re idem fel. mem. pontifex Benedictus XIV. in opere de synodo dioecesana edocuit. Et si praeterea aliquibus in rerum adiunctis super indulgentiarum quarumcumque authenticitate ac genuinitate dubii haererent, ad s. congregationem recurrant, ut inde opportunam dubiorum resolutionem assequantur.

Datum Romae ex secretaria s. congregationis indulgentiarum.

Loco † Signi. F. card. Asquinius, praefectus.
A. Colombo, secretarius.

De indulgentiarum publicatione.

Decretum urbis et orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 22. Januarii 1858

Cum decretum, quod in indice librorum prohibitorum publicatum existit inter *decreta de libris prohibitis nec in indice nominatim expressis*, § III. Nr. 12, nempe: *Indulgentiarum libri omnes, diaria. summaria, libelli, folia etc., in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia s. congregationis indulgentiarum*, pleno suo robore vigeat, episcopus Petrocorensis et Sarlatensis in Gallia quorundam dubiorum solutionem a Ssmo Dno nostro humiliter postulavit, ad impressionem summariorum, catalogorum, foliorumque indulgentiarum quod attinet, uti sequitur:

Beatissime pater!

In decretis de libris prohibitis, quae post regulas indicis addita sunt, hæc leguntur § III Nr. 12.

Indulgentiarum libri omnes, diaria, summaria, libelli, folia etc., in quibus earum concessiones continentur, non edantur absque licentia s. congregationis indulgentiarum.

Cum vero circa huius regulæ interpretationem plura dubia exorta sint, episcopus Petrocorensis et Sarlatensis in Gallia ab ipsa efflagitat humillime.«

»1° Utrum praefata regula ita intelligenda sit, ut nulla summaria, catalogi, folia indulgentiarum ipsa auctoritate ordinarii imprimi possint absque speciali licentia s. congregationis indulgentiarum, etiam quando ipsi certo constat authenticas etc. illas indulgentias esse, verbi gratia, quia penes se habet catalogos aut summaria Romae inpressa.«

»2° An vero haec impressio et evulgatio solum prohibeatur ordinario, quando non ipsi certo constat, iam a s. congregatione indulgentiarum evulgatas fuisse has indulgentias?«

Itaque propositis eiusmodi dubiis in generalibus comitiis s. congregationis, indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae in palatio apostolico Vaticano habitis die 14. Decembris praeteriti anni 1857: Eminentissimi patres, audito consultoris voto, rebusque mature perpensis, fuerunt in voto quoad utrumque dubium ut infra, videlicet: = articulum 12. § III. decretorum post regulas indicis editorum ita esse intelligendum et in praxin deducendum, ut si agatur de edenda concessione alicuius indulgentiae vel summarii indulgentiarum, quod ex brevi apostolico, vel rescripto s. congregationis iam vulgato, in potestate ordinarii sit licentiam concedere earundem indulgentiarum concessiones typis imprimendi (dummodo pro aliquo elencho non sit specialis et expressa prohibitio); econtra vero si sermo sit de summario vel antea collecto, sed nunquam approbato, vel nunc primum, ex diversis concessionibus colligendo, requiritur expressa s. congregationis indulgentiarum licentia =; addita tamen condicione: = facto verbo cum Ssmo = factaque per me infrascriptum s. congregationis secretarium Ssmo Dno Nro Pio PP. IX. de his omnibus fideli relatione in audientia die 22. Januarii 1858, Sanctitas sua eminentissimorum patrum votum adprobavit.

Datum Romae ex secretaria s. congregationis indulgentiarum.

Loco † Signi. F. card. Asquinius, praefectus.
A. Colombo, secretarius.

Quae ad lucrandas indulgentias requirantur.

Coloniae die 16. Decembris 1863.

Cum indulgentiarum usus christiano populo maxime sit salutaris et sacri concilii Tridentini auctoritate probatus (sess. XXV. decr. de indulg.), maxime sane interest, haud ignorari, quae a. s. sede apostolica statuta sunt, ut sanctarum indulgentiarum thesaurus omnibus fidelibus pie, sancte et incorrupte dispensetur. Quare nonnulla decreta, quae s. congregatio indulgentiarum, iussu et auctoritate Romanorum pontificum, edidit et publicavit, hic in memoriam revocanda esse duximus. Vic. arch. in spir. gen.

I. De confessione ad lucrandas indulgentias requisita.

1. Confessio ad lucrandas indulgentias plenarias regulariter praescripta fieri debet aut ipsa die festi aut die praecedenti, atque peragi debet ab iis quoque, qui in statu gratiae sunt, qui tamen absolutione ad lucrandam indulgentiam haud indigent.

S. congreg. indulg. d. 19. Mai 1759., approbante Clemente PP. XIII. declaravit: »Confessionem sacramentalem, quando in brevibus apponitur pro indulgentiarum consecutione, peragi omnino debere etiam ab iis, qui sibi letalis peccati conscii non sunt; necnon praefatam confessionem suffragari etiam posse, si expleatur in vigilia festivitatis« (241). Ad dubium: »Quaeritur, utrum, cum in bulla vel brevi, quo conceditur indulgentia, confessio tamquam conditio *sine qua non* praescribitur, necesse sit, ut sacramentalis absolutio detur ad indulgentiam lucrandam?« S. congr. indulg. d. 15. Dec. 1841 respondit: »*Negative*« (521).

2. Ubi propter inopiam confessariorum fidelibus frequenter confiteri non licet, confessio peracta infra octo dies festum immediate praecedentes, debita intentione supposita, sufficit ad lucrandas omnes indulgentias infra dictum tempus occurrentes, quae non sunt ad forman iubilaei.

S. congreg. indulg. decr. urbis et orbis die 11. (12.) Iun. 1822. Pio PP. VII. approb. (429): In locis, in quibus ob inopiam confessariorum nequeunt fideles frequenter confessione sacramentali expiari, postulantibus communicetur dictum decretum et facto verbo cum Sanctissimo extendatur ad omnes utriusque sexus christifideles, unde confessio peracta infra hebdomadam ante festivitaten suffragari possit ad indulgentiam lucrandam, expletis aliis conditionibus iniunctis, et dummodo nullius letalis culpae post peractam confessionem commissae conscii sint, nihil innovando circa indulgentias ad formam iubilaei concessas. — *Mechlin.* d. 15. Dec. 1841 (521). Per decretum s. congr. indulgentiarum datum die 12. Iunii 1822 conceditur, confessionem sacramentalem peractam infra hebdomadam ante festivitatem suffragari posse ad indulgentiam lucrandam. Quaeritur: 1. An verba *infra hebdomadam* significent octo dies tantum, quae festivitatem immediate praecedunt, an vero hebdomadam illam totam et integram, quae ante festum decurrit, ita ut ex. gr. confessio facta die dominica suffragetur ad lucrandam indulgentiam die sabbati hebdomadae sequentis, in quam dies festus incideret, tametsi tunc tredecim dies inter confessionem et festivitatem intercessissent? 2. An confessio octava die ante festivitatem peracta vi huius indulti suffragetur tantum ad unam indulgentiam lucrandam, an vero per hanc confessionem aliae etiam lucrifieri possint indulgentiae, quae infra praedictum tempus occurrent, et ad quas lucrandas sacramentalis confessio ceteroquin requireretur? *S. congregatio res-*

pondit: „Ad primum: Affirmative quoad primam partem; Negative quoad secundam“. „Ad secundum: Negative ad primam partem; Affirmative quoad secundam.«

3. Consulente s. congregatione indulg., Clemens PP. XIII. die 9. Dec. 1763 (259) concedere dignatus est »indultum omnibus christifidelibus, qui frequenti peccatorum confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad sacramentum poenitentiae accedere, nisi legitime impediantur, consueverunt et nullius letalis culpae a se post praedictam ultimam confessionem commissae sibi conscii sunt, ut omnes et quascumque indulgentias consequi possint, etiam sine actuali confessione, quae ceteroquin ... ad eas lucrandas necessaria esset. Nihil tamen innovando circa indulgentias iubilaei, tam ordinarii, quam extraordinarii aliasque ad instar iubilaei concessas, pro quibus assequendis, sicut et alia opera iniuncta, ita et sacramentalis confessio tempore in earum concessione praescripto peraguntur.« Observandum est, decretum hoc non postulare confessionem fieri omni octiduo, sed sufficere confessionem in unaquaque hebdomada peracta, licet plus quam octo dies post ultimam confessionem sint elapsi.

II. De sacra communione ad lucrandas indulgentias requisita.

1. Sacra cummunio ad lucrandas indulgentias regulariter praescripta ordinarie fieri debet ipsa die, cui affixa est indulgentia. Quodsi indulgentia propter festivitatem aliquam concessa primis vesperis incipit, ad eandem lucrandam sufficit s. communio in pervigilio festi peracta. Initium autem indulgentiae primis vesperis locum habet, quando concessa est ratione mysterii vel sancti dicta festivitate honorati aut breve concessionis tale initium expresse assignat quod quidem quoad indulgentias feriis aut dominicis per annum adscriptas fieri haud solet. Unde e. g. sex dominicae s. Aloysii de Gonzaga tali privilegio carent.

Decret. urbis et orbis, 12. Iun. 1822 (429) s. congreg. indulg. approbante Pio PP. VII., »censuit licere ad praefatum effectum [indulgentias acquirendi] eucharistiam sumere in pervigilio festivitatis.«

2. Si dies communionis fidelibus, qui indulgentiam lucraturi sunt, eligendus relinquitur, (quemadmodum e. g. quoad indulgentiam peregrinationis Romanae pro archidioecesi nostra factum est), diligenter ratio habenda est documenti concessionis.

3. Communio paschalis simul ad lucrandam indulgentiam plenariam inservire potest, dommodo talis indulgentia non sit in forma iubilaei.

Mechlin. 10. Mai 1844 (563). Dub. 1. »An christifideles secundum canonem *omnis utriusque sexus* sacramentum eucharistiae suscipientes tempore paschali possint per hanc communionem lucrari indulgentiam plenariam ...? S. congregatio respondit: »Affirmative, dummodo indulgentia lucrifacienda non sit in forma iubilaei, pro qua tantum requiritur peculiaris confessio atque communio.«

4. Sacra communio a sacerdote in missae sacrificio peracta sufficit ad lucrandam indulgentiam vel sibi vel defunctis applicandam, etiamsi missa celebretur pro accepta eleemosyna vel pro defuncto ad applicandam ei indulgentiam plenariam altaris privilegiati. S. congreg. indulg. in ***Mechlin.*** 10. Maii 1844 ad 2 et 3.

5. Una communio servire potest ad plures indulgentias plenarias, eadem die occurrentes, vel sibi vel fidelibus defunctis lucrandas, dummodo cetera praescripta opera fideliter adimpleantur et, quantum opus fuerit, reiterentur.

In ***Briocen*** 29. Maii 1841. (511) ad dub. 1. »An eodem die lucrari possint plures indulgentiae plenariae, quando pro unaquaque praescripta est perceptio divinae eucharistiae?« S. congregatio indulgent. respondit: »Affirmative, servatis tamen respective aliis appositis condicionibus.«

6. Non requiritur, communionem suscipi in ecclesia, cui indulgentia concessa est, nisi documentum concessionis illud praescribat.

7. Quamvis indulgentiae plenariae regulariter nonnisi a confessis et sacra communione refectis lucrari possint, benigne tamen s. mater Ecclesia indulsit, indulgentias plurimas pro articulo mortis concessas ab iis, qui confiteri atque s. eucharistiam recipere non possunt, lucrifieri, dummodo contritione elicita cordis, ore si potuerit, alioquin corde saltem nomen Iesu invocent. Indulgentiae quoque viae crucis praeviam confessionem atque communionem haud requirunt.

III. De ceteris operibus ad lucrandas indulgentias praescriptis.

1. Quae in documento concessionis praescribuntur opera ad lucrifaciendam indulgentiam ad amussim atque fideliter sunt adimplenda; cum enim totum negotium a voluntate dispensatoris pendeat, omissio etiam involuntaria atque ex ignorantia facta impedit, quominus indulgentiae quis particeps fiat. Quando plura opera praescripta sunt (quemadmodum in iubilaeo fieri solet), ultimum saltem necessario in statu gratiae peragendum est, nisi instrumentum concessionis expresse iubet, omnia opera a vere poenitentibus et confessis poni.

2. Opera aliunde debita ad lucrandam indulgentiam inservire non possunt, nisi summus pontifex speciali indulto seu brevi concessionis id permittat. Pia vero opera regularibus ex constitutionibus suis incumbentia, quatenus non obligant sub peccato, ad parandam indulgentiam idonea sunt: quod quidem de poenitentia sacramentali quoque dici posse videtur.

In ***Briocen.*** 29. Maii 1841 ad dubium 2. »An possit per preces mia obligatorias, v. gr. per horas canonicas satisfieri precibus a summo pontifice praescriptis? S. congregatio respondit: „***Negative.***“ (Prinzivalli resolut. seu decreta authent. s. congr. indulg. sacrisque reliquiis praepositae, num. 511). Cf. Bened. XIV. instit. 53.

3. »Sanctitas . . . maiori christifidelium spirituali utilitati prospiciens . . . benigne annuit« circa orationes in decima tertia et aliis in posterum de licentia s. congr. indulg. Romae evulgandis editionibus collectionis vulgo *Raccolta* nuncupatae, »ut deinceps quocumque idiomate dummodo versiones sint fideles, pro indulgentiarum acquisitione recitari possint.« 30. Sept. 1852 (628).

4. »Proposito dubio huic s. congregationi indulgent. sacrarumque reliquiar . . . 4. An recitans alternatim cum socio orationem, cui applicatae sunt indulgentiae, v. gr. coronam vel salutationem angelicam dictam *Angelus Domini* possit lucrari indulgentias huic orationi applicatas? Eadem s. congr . . . respondit ad quartum: ***Affirmative.***“. ***Urbis et orbis***, 1. Mart. 1820 (420).

5. E decreto pro surdo-mutis. »1. Quod si inter opera pro lucranda indulgentia praescripta sit visitatio alicuius ecclesiae, surdo-muti ecclesiam ipsam devote visitare teneantur, licet mentem tantum in Deum elevent et pios affectus. 2. Quod si inter opera sint publicae preces, surdomuti possint lucrari indulgentias iis adnexas corpore quidem coniuncti ceteris fidelibus in eodem loco orantibus, sed pariter mente tantum in Deum elevata et piis cordis affectibus. 3. Quod si agatur tandem de privatis orationibus, proprii mutorum et surdorum confessarii valeant easdem orationes commutare in alia pia opera aliquo modo manifestata, prout in Domino expedire iudicaverint.« ***Urbis et orbis***, 15. Mart. 1852 (625).

6. »In concedendis indulgentiis a s. sede saepius requiritur, ut pie visitetur ecclesia parochialis seu oratorium publicum. Quaeritur igitur, utrum ad implendam huiusmodi condicionem publicum sit censendum oratorium sive in monasteriis, sive in seminariis, aut aliis conventibus canonice dedicatum, cui tamen christiana plebs publice non solet

accedere ... s. congreg. auditis consultorum votis rebusque mature perpensis ad praefatum dubium respondit: »*Negative*« Virdunen. 22. Aug. 1842 (540).

7. Opera praescripta adimplenda sunt tempore a documento concessionis indicato. Quare, quando indulgentia incipit a primis vesperis, opera iniuncta inde a primis vesperis, i. e. a meridie peragi possunt.

»Cum in nonnullis brevibus ac indulgentiarum decretis praesertim triduorum pro sanctis et officiorum generalium pro defunctis praetermittantur verba »a primis vesperis usque ad occasum solis etc., et devote visitaverint etc.« quae passim in apostolicis brevibus inseri solent, orta est dubitatio, a quonam tempore indulgentiae, sine praefata clausula expeditae, initium sumant? Quapropter huiusmodi dubio in s. congregatione indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita discusso die 2. Iulii 1754, eadem s. congregatio declaravit: Tempus antedictarum concessionum ab initio diei naturalis, videlicet ab ortu solis incipere.« S. congr. indulg. 3. Iul. 1754 (214),

8. Ad parandam plenariam indulgentiam regulariter iniunguntur etiam preces ad intentionem summi potificis fundendae. Sanctissimi domini intentio ordinarie exaltationem s. Ecclesiae catholicae, propagationem fidei, exstirpationem haeresium et schismatum, pacem et concordiam principum christianorum aliasque societatis christianae necessitates respicere solet: interdum vero nullam in specie intentionem indicat atque tunc generaliter ad eiusdem intentionem orandum est, quod quidem semper sufficit. Neque preces, quae ad dictam intentionem fundantur, ab ecclesia praescriptae sunt. Ex communi sententia sufficiunt quinque *pater* et *ave* devote recitatae: ex opinione tutiore atque omnino sequenda oratio mentalis haud sufficit, sed preces oraliter sunt dicendae. Qui plures eadem die indulgentias plenarias vult lucrifacere, toties ad intentionem summi pontificis oret necesse est.

»Quando ad indulgentias lucrandas praescribitur oratio pro fine determinato, v. gr. pro exstirpatione haereseon etc., an requiratur intentio explicita, expressa singulis vicibus? . . . s. congregatio . . . respondit: *Negative.*« *Valentinen.* 22. Febr. 1847 (594).

»An sufficiat quinquies *pater* et *ave*, quae recitare solent ob adimplendam summi pontificis intentionem, quando praescriptum est, ut visitetur ecclesia vel altare ibique fundantur preces, quemadmodum ex. gr. pro lucranda indulgentia plenaria praescriptum est associatis operi propagationis fidei? Respondetur: preces requisitae in indulgentiarum concessionibus ad adimplendam summi pontificis intentionem sunt ad uniuscuiusque fidelis libitum, nisi peculiariter adsignetur.« Briocen. ad 3. 29. Maii 1841 (511).

IV. De translatione indulgentiarum.

»Sanctisimus dominus noster Pius PP. IX. . . . mandavit, ut omnes indulgentiae, quae hucusque quibusdam festis concessae fuerunt ac in posterum concedentur, vel quae pro iisdem festis aliquibus ecclesiis et publicis oratoriis pariter concessae fuerunt et in posterum concedentur, vel etiam si libuerit de consensu ordinarii illae concessae in sacris supplicationibus aut in novendialibus vel septenariis sive triduanis precibus ante vel post festum vel eius octavario perdurante, translatae intelligantur pro eo die, quo festa huiusmodi vel quoad solemnitatem tantum et externam celebrationem (non tamen quoad officium et missam) in aliquibus locis vel ecclesiis publicisque oratoriis, sive in perpetuum sive aliqua occasione, sive ad tempus, eoque durante, legitime transferuntur. Cum vero transfertur tantum officium cum missa, non autem solemnitas et externa celebratio festi, indulgentiarum nullam fieri translationem decrevit.« Decretum generale 9. Aug. 1852. (Prinzivalli num. 627. Vid. Kirchlicher Anzeiger 1852, pag. 90.)

V. De indulgentia plenaria in articulo mortis.

1. Pia mater Ecclesia, de aeterna filiorum suorum felicitate imprimis sollicita, summo studio curavit, ut spiritualis thesauri sui divitias in moribundos fideles large diffunderet. Quamobrem diversimode occasionem praebet pro ipso mortis articulo indulgentiam plenariam lucrandi, sive ministrante sacerdote tali facultate praedito, sive absque sacerdotis ministerio. In utroque casu regulariter requiritur ut moribundus, a) confessus sit ac sacra communione refectus, et quatenus id facere nequiverit, saltem contritus, cum status gratiae necessario ad lucrandam indulgentiam adesse debeat, b) nomen Iesu ore, si potuerit, sin minus corde, devote invocaverit, et c) mortem ipsam tamquam peccati stipendium de manu Domini aequo atque libenti animo suscipiat.

2. Absque ministerio sacerdotis dictam indulgentiam lucrifacere possunt, qui aut certa pia opera tali gratia donata fideliter in vita adimpleverint, aut certis confraternitatibus, earum obligationibus satisfaciendo, adscripti fuerint, aut crucem, rosarium aliudve pietatis obiectum, cui talis indulgentia adnexa est, habuerint, aut privilegium huiusmodi a summo pontifice peculiari rescripto acceperint.

3. Sacerdotis ministerio eadem indulgentia imprimis applicatur ex delegatione, quam ab apostolica sede acceptam episcopi confessariis plerumque communicare solent. Formula huius benedictionis a Benedicto XIV. praescripta, quaeque in libris ritualibus invenitur, ad validitatem indulgentiae adhibenda est.

Valentinen. 5. Febr. 1841, ad 8: »Utrum sacerdos valide conferat indulgentiam plenariam in mortis articulo, omissa formula a summo pontifice praescripta? — Respondetur: *Negative*, quia formula non est tantum directiva, sed praeceptiva« (506),

4. »Benedictio in articulo mortis cum soleat impertiri iis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant seu veresimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis: impertienda iisdem est, etiamsi postea linguae ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel amentiam inciderint. Excommunicatis vero, impoenitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.« Benedict. XIV. constit. *Pia mater* 5. April. 1747.

5. »An benedictio cum indulgentia plenaria . : . impertienda sit pueris, qui defectu aetatis primam communionem necdum instituerunt? . . . s. rit. congregatio . . . respondendum esse censuit . . . *Affirmative.*" *Gandaven.* ad postremum, 16. Dec, 1826 (Gardellini 4474).

6) Cum dicta benedictio, licet prius impertita, pro ipso tamen mortis articulo operetur, patet, morientem haud pluries, sed semel tantum indulgentiam hanc, quippe quae plenaria est, posse lucrari. Quoniam autem incertum esse potest, num moribundus ex sua parte omnia praestiterit, quae ad indulgentiam in ipso mortis articulo lucrifaciendam requiruntur, nihil obstat, quominus infirmus, eodem mortis articulo permanente, pluries benedictionem, cui indulgentia plenaria adnexa est, ab idoneis sacerdotibus accipiat.

»*Ditionis Belgicae.* Cum s. congregatio indulgentiarum in una Valentinen. sub die 5. Februarii 1841 resolutionem dedisset sequenti dubio: »Utrum infirmus pluries lucrari possit indulgentiam plenariam in mortis articulo a pluribus sacerdotibus facultatem habentibus impertiendam? Respondit: *Negative* in eodem mortis articulo.« Exinde quaeritur: 1. Utrum vi praecedentis resolutionis prohibitum sit, infirmo in eodem mortis periculo permanenti impertiri pluries, ab eodem vel a pluribus sacerdotibus, hanc facultatem habentibus, indulgentiam plenariam in articulo mortis, quae vulgo *benedictio* papalis dicitur? 2. Utrum vi eiusdem resolutionis item prohibitum sit, impertiri pluries infirmo, in iisdem circumstantiis ac supra constituto, indulgen-

tiam plenariam in articulo mortis a pluribus sacerdotibus hanc facultatem ex diverso capite habentibus ratione aggregationis confraternitati sanctissimi rosarii, s. scapularis de monte Carmelo, sanctissimae Trinitatis etc.? — S. congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita, postquam in generalibus comitiis habitis die 5. Martii 1855 apud aedes Vaticanas votum consultoris super praefatis dubiis audisset, ac per me infrascriptum eiusdem s. congregationis secretarium die 12. eiusdem mensis sanctissimo domino nostro Pio PP. IX. de omnibus relatione peracta, respondit: Ad primum et ad secundum: *Negative*, firma remanente resolutione Valentinen, sub die 4. Febr, 1841.« Datum Romae ex secretaria s. congr. indulg. die 12. Martii 1855 (Prinziv. 646).

VI. De via crucis.

1. »Cum tanta sit passionis, crucis et mortis D. N. Iesu Christi vis, ut nullum reperiatur tam efficax remedium ad curanda conscientiae vulnera . . . necnon ad purgandam mentis aciem divinoque amore inflammandam, quam passionis, crucis, mortis atque vulnerum eiusdem redemptoris nostri sedula meditatio: ut cristifideles in hac . . . totius causa beatitudinis occupati quotidie sese alacrius exercerent, nec catholicae Ecclesiae patres, nec Romani pontifices . . . unquam destiterunt, quin assiduis monitis exhortationibusque et profusis coelestium thesaurorum elargitionibus persuaderent, allicerent ac locupletarent« (Benedict. XIV. brev. *Quam tanta* 30. Aug. 1741). In primis autem indulgentiis fuerunt ditati, qui ipsam dolorum viam, quam salvator noster, crucem baiulans inde a praetorio Pilati usque ad Calvarii montem permeavit, pie passionis mysteria meditando visitarent. Cum autem pauci tantum ipsa loca sacra adire valerent, consuetudo invaluit, promoventibus praecipue fratribus s. Francisci de observantia, in aliis quoque

regionibus »erigendi et instituendi pia loca viae crucis seu Calvarii nuncupata ad instar stationum montis Calvarii« (Clem. XIII. brev. *Exponi nobis* 16. Ian 1731); Romani autem pontifices indulgentias, etiam animabus defunctorum applicabiles, quae locis sanctis ac illorum stationibus intra et extra Ierusalem concessae fuerant, ad quoscumque Christi fideles, qui exercitium viae crucis debito modo, pie ac devote peragunt, extenderunt (Bened XIII. constit *Inter plurima* 11. Mart, 1726.) Cum vero iis, qui ipsas terrae sanctae stationes pie visitant, plurimae indulgentiae tum plenariae, tum partiales elargitae sint, exinde iam patet, quantum utilitatis spiritualis viae crucis exercitium afferre valeat.

2. Auctoritas ordinaria relate ad erectionem s. viae crucis est penes ordinem seraphicum s. P. Francisci, cui ratione concreditae Terrae sanctae ea auctoritas ex speciali privilegio a s. sede fuit concessa. Episcopis vero ab apostolica sede tribui solet facultas in locis dioecesis, ubi fratres ordinis minorum S. Francisci de observantia et reformati non adsunt, per se ipsos seu per alios presbyteros ad id eligendos et deputandos erigendi viam crucis in ecclesiis et publicis oratoriis, quorum nomine in huiusmodi concessionibus intelligenda sunt etiam oratoria auctoritate episcopi instituta et per viam publicam ingressum habentia (Decr. auth. n. 365 ad 1), non autem oratoria hospitalium, conservatoriorum aliorumque locorum itidem piorum, destinata dumtaxat ad usum illarum personarum, quae in dictis locis piis commorantur, ita ut aliis non pateant, nisi forte raro ratione alicuius festivitatis extraordinariae.

Supposita debita facultate, antecedenter ad s. viae crucis constitutionem requiritur imprimis licentia ordinarii loci, ubi de stationibus erigendis agi contigerit; nec sufficit, ut eiusmodi licentia seu consensus sit generice praestitus pro erigendis stationibus in certo numero ecclesiarum vel oratoriorum, sine specifica designatione loci, sed requiritur in singulis casibus pro unaquaque stationum erectione (Decr.

auth. n. 445 ad 3). Praeterea requiritur consensus parochi et superiorum ecclesiae, monasterii, hospitalis et loci pii, ubi stationes s. viae crucis erunt constituendae.

Hujusmodi vero respectivi ordinarii et parochi nec non superiorum licentia et consensus ac insuper sacerdotis erigentis deputatio debent expedire in scriptis et non aliter, idque ante erectionem, et quandocumque opus fuerit, exhiberi sub poena nullitatis ipsiusmet erectionis ipso facto incurrendae.

3. In erectione viae crucis necessario benedicendae sunt quatuor-decim cruces eaeque ligneae, cum indulgentiae crucibus annexae sint. Laudabiliter, sed haud necessario addi solent quatuordecim tabulae, quae ipsarum viae dolorosae quatuordecim mysteria omnibus nota repraesentant. *Cameracen.* 8. Ian. 1838 (Prinziv. 469). »S. congregatio respondit: In erectione stationum s. viae crucis necessario requiruntur cruces ad earundem stationum indulgentias assequendas. — Cf. *Cameracen.* 20. Ian. 1838 (Prinziv. 474.) — *Incerti loci* (Prinziv. 541): »Nonnulli sacerdotes supplicarunt s. congregationem declarari: 1. An qui habet facultatem erigendi viam crucis, benedictione tabularum et crucum prius facta, teneatur ipse tabulas collocare et stationes percurrere, ut valida sit erectio? Respondetur: *Negative.* 2. An benedictione tabularum et crucum facta a secerdote legitime delegato, alter quicumque tabulas collocare possit privatim sine ceremoniis et etiam in alio tempore? Respondentur: *Affirmative* . . . Ita declaravit s. congregatio die 22. Augusti 1842. praemittendo dictis responsionibus, quod in erectione viae crucis benedicendae tantum sint cruces, minime vero tabulae seu picturae.« — *Montis Regalis* 16. Febr. 1839 (Prinziv. 487): 2. . . . An possint illis iam cognitis aliae stationes subrogari? . . S. congregatio respondit: *Negative*; Innocentius enim papa XII. approbavit et approbatum declaravit exercitium visitandi *pia loca viae crucis seu Calvarii ad recolendam et meditandam Christi passionem ad instar stationum Calvarii montis erecta*, et participes fecit indulgentiarum et privilegiorum omnes exercitium viae crucis huiusmodi peragentes. Citatis constitut. Bened. XIV. et Clement. XII. s. congregatio addit: Ex quibus clare patet, non esse liberum cuique statuere qualitatem stationum, sed indulgentias fuisse concessas taxative pro quatuordecim stationibus viae crucis iam cognitis atque probatis, proindeque standum in decisis.«

Molinen. 27. Ian. 1838 (Prinzivall. 470): » . . 4. Estne tempus determinatum et quale pro confectione documenti secutae erectionis stationum viae crucis rigore apostolici indulti? S. congregatio respondit negative, sed expedit, ut quamprimum conficiatur documentum iuxta apostolicam concessionem, ne dubia in posterum oriantur.«

4. Circa translationem et renovationem crucum et imaginum viae crucis s. congregatio sequentes edidit declarationes:

Claramonten. 3. Aug. 1842. (Prinziv. 5`5): »1. An quando cruces quaedam seu imagines stationum viam crucis repraesentantes ob reparationem seu ornamentum templi vel ob quoddam aliud motivum legitimum sint provisorie tantum translatae ad paucum vel ad longum tempus, istud sacrum exercitium viae crucis amittat indulgentias sibi adnexas?« S. congregatio respondit: *Negative. Quebecen.* 14. Iunii 1845 (Princiv. 567): »2. S. congregatio dignetur declarare, utrum cruces et imagines pro pio exercitio viae crucis benedictae amoveri possint e loco, ubi primo collocatae fuerint, pro earum meliore dispositione vel separatione vel pro ecclesiae aut capellae decoratione, quin cessent indulgentiae pro iisdem concessae; et utrum, si quando eaedem cruces vel imagines destructae vel vitiatae fuerint, aliae substitui possint de concessione episcopi singulatim benedictae absque cessatione indulgentiarum? S. congregatio respondit: *Affirmative* quoad primam

partem; quoad secundam vero possunt substitui aliae cruces (quae ex ligno tantum esse debent, et in quibus tantum cadit benedictio, minime vero in tabulis pictis seu imaginibus) absque indulgentiarum cessatione, quatenus destructa seu vitiata sit minor pars; secus vero necessario requiritur nova canonica erectio et benedictio.« *Nanneten.* 15. Nov. 1845. (Prinziv, 570): »Episcopus Nanneten. quaerit: 1. An indulgentiae subsistant, cum cruces a vetusta tabula ad novam transferantur (loco affixionis ad parietem non immutato), ita ut superflua sit nova erectio viae crucis? 2. An subsisterent indulgentiae, si cruces cum tabulis in unum corpus non coalescerent, sed totaliter ab illis seiungerentur, ita ut nec minime tangerentur cum vetustis tabulis, et imagines novae substituuntur? S. congregatio ad praefata dubia respondit: *Affirmative.*«

5. Ad lucrandas indulgentias viae crucis tres requiruntur conditiones (praeter statum gratiae ac intentionem saltem generalem indulgentias lucrifaciendi):

a) Prima conditio est meditatio passionis D. N. I. C., quae quidem meditatio iuxta uniuscuiusque capacitatem instituenda est. Preces certae haud prescribuntur monentur tamen fideles, iuxta usum communem recitare unum Pater et Ave atque actum contritionis elicere ad singulas cruces. S. C. indulgentiarum respondit in Bituricen. 2. Iunii 1838. (Prinziv. 472): »Recitatio orationis dominicae et angelicae salutationis tam pro unaquaque viae crucis statione, quam sexies easdem preces iterare post absolutas omnes stationes est tantum laudabilis consuetudo minime vero necessaria conditio ad lucrifaciendas viae crucis indulgentias . . .« Nec necessario requiritur confessio nec communio.

b) Altera conditio est motus localis de una statione ad aliam. Proposito enim dubio, »an christifideles in magno populi concursu, maxime cum ecclesia repleta et

compressa sit devotis, possint sine corporis motu de loco in locum indulgentias viae crucis lucrari,« s. congr. indulg. respondit (Ditionis helveticae 26. Febr. 1841): »Negative absque speciali indulto. Singula enim summorum pontificum decreta affirmant, inter alias conditiones pro acquirendis stationum viae crucis indulgentiis necessario requiri aliquem corporis motum, ut clarius declaratum est ab hac sacra congregatione . . .« Etiam cum in publico exercitio viae crucis, quando perturbatio excitari potest, observatur methodus a S. Leonardo a Portu Mauritio proposita, ut videlicet, unoquoque de populo suum locum tenente, sacerdos cum duobus clericis sive cantoribus circumeat, ac sistens in qualibet statione, ibique recitans peculiares consuetas preces, ceteris alternatim respondentibus, saltem suadendum esse videtur, ut populus vertat se ad singulas stationes, uti addit idem S. Leonardus, nec non ad easdem genuflectat ac erigat se cum sacerdote ceterisque circumeuntibus.

c) Tertia denique conditio est, ut quatuordecim stationes visitentur uno tractu. Neque tamen quaevis etiam modica interruptio impedit indulgentiarum acquisitionem; sufficit enim, ut exercitium non interrumpatur notabiliter et moraliter, quod patet ex hoc decreto s. congregationis indulg. d. d. 16. Decembris 1760: »An qui exercitium viae crucis peragunt, et illud ad modicum tempus interrumpunt, puta ad audiendum Sacrum, ad sumendam Eucharistiam, ad confessionem faciendam etc. indulgentias lucrentur, si illud prosequantur, vel ad indulgentiarum acquisitionem oporteat in iis casibus illud ab initio reassumere«, s. congr. respondit: Affirmative ad primam partem, dummodo notabiliter et moraliter exercitium non interrumpant; negative quoad secundam, et ideo non oportet in his casibus illud ab initio reassumere (Decr. auth. n. 223).

6. Indulgentiae viae crucis a fidelibus obtineri etiam possunt noctis tempore, opera iniuncta adimplendo, ut

declaravit s. congr. indulg. sequenti decreto Urbis et Orbis diei 1. Martii 1819: »Cum sacrae indulgentiarum congregationi dubium relatum fuerit: Utrum indulgentiae viae crucis adnexae, uti ceterae, possint noctu obtineri, opera iniuncta adimplendo; eadem s. congregatio, rebus ad trutinam redactis matureque per consultorum vota perpensis, ipsas indulgentias aeque diei ac noctis tempore lucrifieri posse definivit, atque ad perpetuam rei memoriam in propriae secretariae regesta praesens decretum inserendum esse mandavit.« (Decr. auth. n, 245.)

7. Sanatio stationum viae crucis invalide erectarum ad instantiam Rmi P. Bernardini a Portu Romatino, totius ordinis Minorum ministri generalis, facta est rescripto sacrae congregationis indulgentiarum d. d. 31. Iulii 1883. quod est tenoris sequentis: »Vigore specialium facultatum a SSmo dno nostro Leone Papa XIII. tributarum, congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis preposita defectus omnes, de quibus in supplici libello, benigne sanavit, contrariis quibuscumque non obstantibus.«

Confessio et communio ad lucrandas indulgentias requisitae.

Decretum urbis et orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 6. Octobris 1870.

Inter ceteras conditiones, quae in implendis operibus iniunctis pro acquisitione indulgentiarum servari debent, ea est, ut eadem fiant intra tempus in concessionibus praefinitum. Ut vero christifideles facilius ad eas lucrandas excitarentur, pluries haec sacra congregatio, indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita, approbantibus summis pontificibus, quoad praescriptam confessionem et communionem vel benigna interpretatione vel indultis hac in re providendum existimavit.

Hinc per decretum die 19. Maii 1759. statuit: Confessionem suffragari, si expleatur etiam in pervigilio festi-

vitatis, pro qua concessa est indulgentia: et item per decretum die 12. Iunii 1822 declaravit: Communionem peragi posse in vigilia festivitatis.

Etsi vero haec indulta nullum dubitandi locum relinquerent circa eas indulgentias, quae pro festivitatibus proprie dictis conceduntur, incipientibus nempe a primis vesperis usque ad occasum solis eiusdem diei festi, ita ut liberum sit fideli vel in ipso die festo confiteri et sacra synaxi refici: plures tamen exinde dubitationes obortae fuerunt, an idem dicendum foret de aliis indulgentiis spatio unius diei lucrandis et ab initio diei naturalis incipientibus quae videlicet concederentur non ratione festivitatis occurrentis, sed alia qualibet ex causa; quemadmodum usuvenire solet pro sextis feriis mensis Martii, diebus dominicis festum s. Aloisii praecedentibus, oratione quadraginta horarum aliisque casibus similibus quibuscumque.

Itaque sanctissimus dominus noster Pius PP. IX. in audientia, habita ab infrascripto cardinali praefecto eiusdem s. congregationis die 6. Octobris 1870, ad removendam omnem dubitandi rationem et ad commodius reddendum confessionis et communionis adimplementum benigne declarari et decerni mandavit, prout hoc decreto declaratur atque decernitur: tum confessionem dumtaxat, tum confessionem et communionem peragi posse die, qui immediate praecedit sequentem, pro quo concessa fuerit indulgentia quaelibet, non solum ratione festivitatis occurrentis iuxta allata decreta, verum etiam quacumque alia ex causa vel devotionis vel pii exercitii aut solemnitatis, uti esset pro memoratis et ceteris huiusmodi diebus, pro quibus indulgentia cum conditione confessionis et communionis concessa iam fuerit vel in posterum concedatur, licet tempus ad eam adquirendam ab initio diei naturalis et non a primis vesperis sit computandum: servata tamen in adimplendis aliis operibus iniunctis regula generali circa modum et tempus in concessionibus praescriptum.

Voluitque Sanctitas sua nihil innovatum censeri quoad decretum die 9. Dec. 1763 favore christifidelium, qui laudabili consuetudine utuntur confitendi semel saltem in hebdemada cum privilegiis, conditionibus et restrictivis ibidem recensitis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex secretaria eiusdem sacrae congregationis die 6. Octobris 1870.

A. card. Bizzarri, praefectus

A. Colombo, secretarius.

Indultum pro infirmis.

Decretum urbis et orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 18. Septembris 1862.

Est hoc in more positum, quod ab animarum pastoribus sanctissimum eucharistiae sacramentum in aliquibus tantum infra annum praecipuis festivitatibus ad fideles habitualiter infirmos, chronicos, ob physicum permanens aliquod impedimentum e domo egredi impotentes solemniter deferatur proindeque huiusmodi fideles tot plenariis indulgentiis privantur, quas consequerentur, si conditionibus iniunctis adimpletis ad sacram eucharisticam mensam frequentius possent accedere. Itaque quamplures animarum curatores aliique permulti ecclesiastici viri humillimas preces porrexerunt sanctissimo domino nostro Pio PP. IX., ut de apostolica benignitate super hoc providere dignaretur, factaque per me infrascriptum secretariae s. congregationis indulgentiarum substitutum eidem Sanctissimo de his omnibus fideli relatione in audientia, habita die 18. Septembris 1862, Sanctitas sua spirituali gregis sibi crediti utilitati prospiciens clementer indulsit, ut praefati christifideles, exceptis tamen illis, qui in communitate morantur, acquirere possent omnes et singulas indulgentias plenarias iam concessas vel in posterum concedendas, quasque alias acquirere possent in locis, in quibus vivunt, si in eo physico statu

non essent, pro quarum acquisitione praescripta sit sacra communio et visitatio alicuius ecclesiae vel publici oratorii in locis iisdem, dummodo vere poenitentes confessi, ac ceteris omnibus absolutis conditionibus, si quae iniunctae fuerint, loco s. communionis et visitationis alia pia opera, a respectivo confessario iniungenda, fideliter adimpleant. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla brevis expeditione. Non obstantibus in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae ex secretaria s. congregationis indulgentiarum et ss. reliquiarum die 18. Septembris 1862.

F. card. Asquinius, praefectus.

A. archiep. Prinzivalli, substitutus.

De indulgentiis festorum translatorum.

Decretum urbis et orbis.

Ex audientia Sanctissimi die 9. Augusti 1852.

Cum potestas conferendi indulgentias a Christo Ecclesiae concessa sit in fidelium utilitatem, atque *earum usum christiano populo maxime salutarem esse,* affirmet sancta Tridentina synodus (sess. 25. Dec. de indulg.), congruum omnino videtur omne studium impendere, ut indulgentias, quae occasione dierum festorum vel concessae iam sunt vel concedentur, fideles facilius lucrari possint, eoque magis, cum ingens populi christiani concursus ad ea festa celebranda conveniat. Iam vero cum, hac nostra praesertim aetate, maxime ob ecclesiasticas conventiones ab apostolica sede cum exteris nationibus initas, festorum legitimae translationes occurrant; et generatim cum per huiusmodi translationes ex iustis causis, debitis tamen cum facultatibus factas (licet etiam pro sola externi cultus celebratione, quin et una simul officium cum missa transferatur), fidelium devotio excitetur ad laudandum Dominum in sanctis eius, huic fidelium pietati fovendae atque animarum saluti quam

maxime interest, ut etiam indulgentiae his festis adnexae transferantur. Quamvis autem alias tum a s. rituum congregatione, tum ab hac sacra congregatione indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita quaesitum fuerit, utrum in translatione festorum etiam translatae intelligantur adnexae indulgentiae, et vel negative intercesserit responsio, vel in singulis casibus recurrendum esse ad hanc s. congregationem sancitum esset, nec unquam generali decreto publice evulgato usquedum huic translationi indulgentiarum provisum fuerit; attamen emi. patres in generalibus comitiis huius sacrae congregationis, attentis actualibus temporum huiusmodi et peculiaribus locorum et ecclesiarum et fidelium circumstantiis, atque etiam die 16. Februarii currentis anni pro concessione generali translationis indulgentiarum occasione translationis festorum supplicandum Ssmo unanimiter censuerunt. Ssmus itaque dominus noster Pius papa IX., audita de his omnibus relatione per me infrascriptum secretariae eiusdem s. congregationis substitutum in audientia die 9. Augusti 1852 facta, benigne mandavit, ut omnes indulgentiae, quae hucusque quibusdam festis concessae fuerunt ac in posterum concedentur, vel quae pro iisdem festis aliquibus ecclesiis et publicis oratoriis pariter concessae fuerunt et in posterum concedentur, vel etiam si libuerit de consensu ordinarii illae concessae in sacris supplicationibus aut in novendialibus, vel septenariis sive triduanis precibus ante vel post festum vel eius octavario perdurante, translatae intelligentur pro eo die, quo festa huiusmodi vel quoad solemnitatem tantum et externam celebrationem (non tamen quoad officium et missam) in aliquibus locis vel ecclesiis publicisque oratoriis, sive in perpetuum sive aliqua occasione, sive ad tempus, eoque durante, legitime transferuntur. Cum vero transfertur tantum officium cum missa, non autem solemnitas et exterior celebratio festi, indulgentiarum nullam fieri translationem decrevit.

Hanc autem apostolicae benignitatis concessionem eadem

Sanctitas sua, quibuscumque in contrarium non obstantibus perpetuis futuris temporibus absque ulla brevis expeditione valituram, per hoc s. congregationis decretum typis impressum publicari voluit, dummodo ceterae omnes aliae conditiones in particularibus vel generalibus concessionibus praedictarum indulgentiarum pro iis adipiscendis praescriptae omnino serventur.

Datum Romae ex eadem secretaria s. congregationis indulgentiarum.

F. card. Asquinius, praefectus.

(L. S.) Aloisius archiep. Prinzivalli, substitutus.

Ita reperitur in regesto autographo adservato in secretario s. congregationis indulg., cum quo praesens copia collata plene et ad verbum concordat. In quorum fidem etc. Datum Romae ex eadem secretaria s. congregationis indulg. die 13. Novembris 1852.

(L. S.) Aloisius archiep. Prinzivalli, substitutus.

De indulgentiis et qualitate altaris privilegiati.

a) Cum s. congregationi indulgentiarum dubia proposuisset enodanda Ioannes Baptista Biadego, Veronae curiae episcopalis cancellarii munere fungens, scilicet:

1. Utrum missa celebrata ad *altare privilegiatum* sit per se privilegiata; an necessarium sit, ut vel offerens eleemosynam vel sacerdos intendat applicare privilegium?

2. Num in die obitus, tertii, septimi, trigesimi et anniversarii missa *de requie* cantata pro aliquo defuncto sit privilegiata?

Eminentissimi patres sacris indulgentiis praepositi in generali congregatione, sub die 5. Martii apud Vaticanum habita, audito consultoris suffragio, responderunt, ut infra:

Ad primum affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad secundum vero negative.

De quibus Ssmo dno nostro Pio PP. IX. per me sacrae

congreg. secretarium facta relatione in audientia die 12. ipsius mensis. Sanctitas sua resolutiones eminentissimorum patrum benigne approbavit.

(L. S.) F. card. *Asquinius*, praefectus.
A. Colombo, secretarius.

b) Sacra congregatio indulgentiarum die 15. Decembris 1841 rogata fuit super dubio: »Quaeritur, si a sancta sede indultum locale altaris privilegiati conceditur, neque ulla facta sit mentio nec in supplici libello nec in rescripto de qualitate altaris, sitne fixum scilicet vel portatile, an altare censeri possit privilegiatum, etiamsi sit portatile. Cui respondit: Negative, excepto casu indulti altaris privilegiati personalis, quo frui potest sacerdos in quocumque altari sive fixo sive portatili celebraturus.« Cum autem idem orator die 20. Martii 1846. iterum s. congregationem rogavisset: »I. Quid intellexit s. congregatio per verba: *altare fixum seu locale*. II. Quid per vocem *altare portatile?* S. congregatio respondit: Ad I. Intellexisse altare fixum quidem, quod a loco dimoveri non possit, sed non tamen, cuius superior pars, sive mensa sit ex integro lapide vel adeo calce coniuncta, ut lapis consecratus amoveri non possit; secus enim diruto altari, quod privilegiatum concessum erat ob alicuius sancti imaginem, post novam constructionem novo indigeret privilegio. Ad II. Intellexisse altare, quod dicitur viaticum, quod constat tantum ex unico lapide integro tantae magnitudinis, ut calicis pedem cum patena saltem quoad maiorem partem capere possit, vel de uno in alium locum transfertur.

Similiter die 26. Martii 1867, ne circa qualitatem altaris fixi in hac materia altaris privilegiati dubium exoriatur, »Sanctitas sua edixit et declaravit, sufficere ad constituendam qualitatem altaris fixi, ut in medio altaris stabilis et inamovibilis, licet non consecrati, lapis consecratus etiam amovibilis ponatur.«

Gratia altaris privilegiati decoratum declaratur altare majus in qualibet Archidioecesis Zagrab. parochiali ecclesia ad septennium i. e. a. 1. Januarii 1897. usque ad 1. Januarii 1904.

VENERABILI FRATRI GEORGIO,
ECCLESIAE ZAGRABIENSIS ARCHIEPISCOPO.

LEO PP. XIII.

Dilecte Fili noster Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Salvatoris, et D. N. J. Ch. vices licet immeriti gerentes in terris, ejusque exempla sectantes animabus Christi fidelium in Purgatorio existentibus, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migrarunt, opportuna de thesauro Ecclesiae auxilia subministrare studemus, ut illis, quantum Divinae Bonitati placuerit, adjutae ad Coelestem Patriam facilius pervenire valeant. Eapropter, Nos Parochiales et collegiatas Ecclesias tuarum Civitatis, et Dioecesis Zagabriensis, quae etiam ob earum tum dignitatem, tam antiquitatem semper in honore habitatae sunt, ac speciali praerogativa pollent, coelestium munerum elargitione decorare volentes. supplicationibus quoque tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, revocatis in eis privilegiatis Altaribus intuitu Parochiae vel Collegiatae a Te vel ab Ordinariis Praedecessoribus tuis forte concessis, Tibi, ut semel per Teipsum in qualibet ex Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis hujusmodi unum dumtaxat Altare ad Septennium, proximum tantum privilegio Apostolico decoratum pro Animabus Christi fidelium a Purgatorii poenis liberandis designare valeas, ita ut quandocunque Sacerdos antiquis saecularis, vel cujusvis Ordinis, Congregationis, et Instituti regularis Missam pro anima cujuscumque Christi fidelis, quae Deo in charitate coniuncta ab hac luce migraverit, ad praedictum Altare sic per Te respective designatum celebrabit, anima ipsa de thesauro Ecclesiae per modum suffragii Indulgentiam consequatur; et D. N. I. C. ac Bmmae V. Mariae, Sanctorumque omnium meritis sibi suffragantibus, a Purgatorii poenis, si

ita Deo placuerit, liberetur facultatem aucte Aplica tenore praesentium concedimus, et impertimus. Non obstantibus, Nostra, et Cancellariae Aplicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus Aplicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XIX. Maji MDCCCLXCIV. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

M. Card. Rampolla m. p.

Nr. 5517.

In executionem hujus b. Brevis Apostolici in qualibet parochiali et collegiata hujus Archi-Dioecesis ecclesia altare majus gratia altaris privilegiati inde a 1. Januarii 1897. usque ad eundem diem anni 1904. decoratum declaratur.

Zagrabiae 11. Decembris 1896.

Georgius m. p.

An cessent indulgentiae, si nova aedificatur ecclesia.

Beatissimae Pater!

Cum S. Congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita in una Leodien. sub die 9. Augusti 1843 sequentibus dubiis: 1. An cesset indulgentia confraternitatis ss. rosarii vel aliae indulgentiae, si nova aedificetur ecclesia fere in loco, ubi vetus existebat? An cesset indulgentia, si nova ecclesia aedificetur in coemeterio, non in loco veteris ecclesiae. 3. An cesset indulgentia, si nova aedificetur ecclesia in alio loco et non in coemeterio veteris ecclesiae? resolutionem dedisset ad 1. *Negative,* dummodo sub eodem titulo aedificetur; ad 2. *Affirmative*; ad 3. ut in secundo: dubitatur inde de vero et preciso sensu responsionis ad 1. praesertim circa verba *fere in loco.* Unde quaeritur:

An verba *fere in loco* ita accipienda sint, ut intelligantur de parva distantia a loco, puta quantum est iactum lapidis vel spatium 20 sive 30 passuum: aut contra, an accipienda sint lato sensu, ut adverbium *fere* dicatur pro muris civitatis vel confinio oppidi, parocciae etc.?

S. Congregatio indulgentiis sacrisque reliquiis praeposita die 29. Martii 1886 respondit: *Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam.*

Datum Romae ex secretaria eiusdem s. congregationis die et anno uti supra.

J. B. Card. Franzelin, praefectus.
F. Della Volpe, secretarius.

Omnibus diebus benedictio cum indulgentia plenaria tertiarii S. Francisci impertienda.

Apostolica constitutione, quae incipit *Misericors Dei Filius,* data III. kalendas Iunias anno Incarnationis dominicae millesimo octingentesimo octogesimo tertio, sanctissimus dominus noster Leo divina providentia Papa XIII. sodalibus tertii ordinis, qui dicitur *saecularis* s. Francisci Assisiensis, benigne concessit, ut novies intra annum recipere possint *absolutionem,* hoc est *benedictionem cum indulgentia plenaria.* At quoniam dies, quibus haec *absolutio* seu *benedictio* fuit adnexa, non omnes festi de praecepto, sed nonnulli ubique locorum profesti tantum sunt, quibus tertiarii saeculares haud facile in ecclesias convenire possunt ceteraque praestare, quae ad *absolutionem* seu *benedictionem* rite accipiendam fuerunt constituta, hinc eorum quamplurimi hoc spirituali beneficio illis diebus omnino careant necesse est. Quamobrem plures sacrorum antistites aliique ecclesiastici viri, quibus eorumdem sodalium Franciscalium cura est demandata, supplices admoverunt preces eidem SSmo domino nostro, quatenus ex apostolica benignitate super hoc providere dignaretur.

Porro Sanctitas Sua, cui plurimum cordi est, ut tertius ordo saecularis s. Francisci Assisiensis maius in dies incrementum suscipiat eiusque sodales validiora ad pietatem incitamenta habeant, huius modi precibus annuit et in audientia

habita die 16. Januarii 1886 ab infrascripto secretario s. congregationis indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae clementer indulsit, ut praefati tertiarii, si forte legitima causa impediantur, quominus ecclesias adeant, *absolutionem* seu *benedictionem* diebus assignatis, qui profesti sunt, accepturi eandem *absolutionem* seu *benedictionem* accipere valeant aliquo die festo de *praecepto,* qui intra octidua eorumdem profestorum dierum occurret, dummodo cetera exequantur, quae in *Indice indulgentiarum* memorata apostolica constitutio pro rite accipienda *absolutione* seu *benedictione cum indulgentia plenaria* praescribit.

Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romae ex secretaria eiusdem sacrae congregationis die 16. Ianuarii 1886.

I. B. Card. Franzelin, praefectus.
Franciscus Della Volpe, secretarius.

Pobožne molitve k Bogu duhu svetomu s oproštenjem.

Br. 2036.

Sv. Otac Papa Leon XIII. upravio je pod Ribarovim pečatom dne 5. svibnja ove godine, koja je osamnaesta Njegova slavnoga vladanja, na svekolike Kristove vjernike pismo, kojemu je u kratko ovaj sadržaj:

Sveta majka crkva katolička ne prestaje Bogu se moliti, da svemu kolikomu kršćanskomu puku bude jedna vjera u pameti i jedna pobožnost u djelih. Tako i Onaj, koji je na zemlji vidiv namjestnik Boga — Pastira, sv. Otac Papa ne propušta ni pošto ono isto jedinstvo u vjeri i pobožnih djelih gojiti u katolicih, al osobito u današnje vrieme, poticati takodjer u onih kršćanih, koje sáma Kristova crkva već dugo velikom željom zove natrag u svoje majčino krilo. Valja naime znati, da je sv. Otac Papa, videći silne navale presmožnih neprijatelja ne samo

na svetu katoličku crkvu, nego i na sve, što se kršćansko zove, i na sáma Isusa Krsta Boga našega i Spasitelja, pozvao u jedinstvo u vjeri i ljubavi s nami katolici sve one crkve i vjerske sljedbe, koje još u istinu vjeruju u Isusa Krsta kao Boga Spasitelja roda čovječanskoga. Sada dakle od nas katolika ište sv. Otac, da ga u tom njegovom nastojanju svaki pojedini i svi skupa podupiremo, te se po velikom milosrdju božjem poluči uveličanje slave božje i imena kršćanskoga, i spasenje premnogih. Pa sjetivši se onoga preblaženoga vremena, kad su nekada apoštoli poslie uzašašća Kristova na nebesa jednodušno trajali u molitvi s Marijom Majkom Isusovom, očekujući jakost s visine i dolazak Duha svetoga, nagovara nas svih, da i mi u ovo nastajuće sveto duhovsko vrieme po primjeru Djevice Majke i svetih apoštola jednim duhom i osobitom revnošću vapijemo k Bogu: Pošalji Duha svojega i stvorit će se: i ponovit ćeš lice zemlje. Duh božji je naime duh istine, koji Crkvu čuva i utvrdjuje neprekidnom svojom prisutnošću; on je živo vrelo svetosti; on je srdce tajinstvenoga tiela Kristova, koji nevidljivo Crkvu oživljuje i ujedinjuje; on je ljubav, zašto se imamo nadati, da će po njem nastati i živjeti medju sinovi crkve uža sloga i zajednica duhova. Iz ovoga pako uzora kršćanske sloge medju katolici, iz ove usrdne molitve k Duhu svetomu nadajmo se i tomu, da će se pospješiti pomirenje s razstavljenom braćom, te oni s nami u Kristu Isusu jedno vjeruju i nadaju se, spojeni ožudjenim vezom savršene ljubavi. Tko god vjernik bude u ovom rado poslušao sv. Otca, njemu On obećaje za takovu bratsku ljubav od Boga obilatu nagradu, i preko toga sam mu još dieli dar svetoga proštenja.

Valja naime po želji i ponuci sv. Oca. činiti sv. Duhu devetnicu, t. j. devetodnevnu pobožnost, tako da se počamši s devetim danom prije Duhovske nedjelje, naime s petkom poslie Uzašašća Gospodinova, svaki dan izmole pobožne

*

njeke molitve javno, t. j. u crkvi s drugimi na glas, ili pako kod kuće s drugimi svojimi, ili da tko sám na mjestu koje mu je za molitvu najsgodnije, izmoli molitve kakove može i zna, ako ne drugo, a to barem sedam puta Otče naš i Zdravo Marija. Preporuča se pjesma »Dodji Duše sveti«, vjerovanje apoštolsko, čislo sa slavnimi otajstvi, litanije lauretanske ili svih svetaca, i druge molitve iz odobrena molitvenika.

Tko bude ovako kroz pomenutih devet dana u gore označenoj namjeri sv. Otca pobožno molio, dobit će za svaki pojedini dan proštenje od sedam godina i sedam četrdesetnica, i preko ovoga još i podpuno il obilato proštenje u jedan koji god dan od pomenute devetnice, ili takodjer na Duhovsku nedjelju, il ponedjeljak il koji god sliedeći dan sve do i na nedjelju presv. Trojstva; al za obilato proštenje, kako uviek tako i ovaj put potrebita je skrušena izpovied i pričest, te molitva u već označenoj namjeni sv. Otca.

Za devetdnevnu pobožnost doći će ova okružnica žalibože prekasno, al mudrom providnošću sv. Otca moći će i Naši ljubezni vjernici ovršiti željenu pobožnost k Duhu svetomu i dobiti proštenje. Sveti je Otac naime osim rečene devetnice za pomenute molitve opredielio takodjer duhovsku osminu, t. j. osam dana, počamši s Duhovskom i svršivši s nedeljom presv. Trojstva. U ove dakle dane valja svakako činiti molitve k Duhu svetomu u namjeni sv. Otca, i primati svaki dan proštenje od sedam godina i sedam četrdesetnica, al tko iole može, neka nastoji takodjer sa sv. izpoviedju i pričešću primiti podpuno proštenje.

Tko bi na označeni način ovršio devetnicu i osminu, dobio bi dva puta proštenje, i djelomično i podpuno. Jedno i drugo proštenje može se namieniti i dušam u čistilištu. Napokon ovakove molitve s ovakovim proštenjem imat će se oko nedelje Duhovske činiti i sliedećih godina.

Očekujemo od revnosti častne gospode dušobrižnika, da će na pomenutu pobožnost k Duhu svetomu vjernike vruće nagovarati i napućivati, gdje se lašnje može, i javne u crkvi molitve narediti i rado im dieliti sv. sakramente.

U Zagrebu, 22. svibnja 1895.

JURAJ v. r.,
nadbiskup.

VI.

De sacramento extremae unctionis.

1. Extremae Unctionis Sacramentum a Christo Domino institutum, tamquam coelestis medicina, non animae solum, sed etiam corpori salutaris, omni studio ac diligentia periculose aegrotantibus adhibendum est, et eo quidem tempore, si fieri possit, cum illis adhuc integra mens et ratio viget, ut ad uberiorem Sacramenti gratiam percipiendam, ipsi etiam suam fidem, ac piam animi voluntatem conferre possint, dum sacro liniuntur Oleo.

2. In quo illud in primis ex generali Ecclesiae consuetudine observandum est, ut si tempus, et infirmi conditio permittat, ante Extremam Unctionem, Poenitentiae et Eucharistiae Sacramenta infirmis praebeantur.

3. Habeat igitur Parochus loco nitido et decenter ornato, in vase argenteo seu stanneo diligenter custoditum sacrum Oleum infirmorum, quod singulis annis Feria V. in Coena Domini ab episcopo benedictum, veteri combusto, renovandum est. Id tamen, si forte infra annum aliquo modo ita deficiat, ut sufficere non posse videatur, neque aliud benedictum haberi queat, modico oleo non benedicto in minori quantitate superinfuso, reparari potest.

4. Oleum porro ipsum vel per se solum, vel in bombacio seu re simili servari potest; sed ad evitandum effusionis periculum multo commodius ad infirmos defertur in bombacio.

5. Debet autem hoc Sacramentum infirmis praeberi,

qui cum ad usum rationis pervenerint, tam graviter laborant, ut mortis periculum imminere videatur; et iis, qui prae senio deficiunt, et in diem videntur morituri, etiam sine alia infirmitate.

6. Infirmis autem, qui, dum sana mente, et integris sensibus essent. illud petierint, seu verisimiliter petiissent, seu dederint signa contritionis, etiamsi deinde loquelam amiserint, vel amentes effecti sint, vel delirent, aut non sentiant, nihilominus praebeatur.

7. Sed si infirmus, dum phrenesi, aut amentia laborat verisimiliter posset quidquam facere contra reverentiam Sacramenti, non inungatur, nisi periculum tollatur omnino.

8. Impoenitentibus vero, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, et excommunicatis, et nondum baptizatis, penitus denegetur.

9. Non ministretur etiam praelium inituris, aut navigationen. aut peregrinationem, aut alia pericula subituris aut reis ultimo supplicio mox afficiendis, aut pueris rationis usum non habentibus.

10. Si quis autem laborat in extremis, et periculum immineat, ne decedat antequam finiantur Untiones, cito ungatur, incipiendo ab eo loco: Per istam sanctam Unctionem, etc., ut infra: deinde, si adhuc supervivat, dicantur Orationes praetermissae, suo loco positae.

11. Si vero dum inungitur, infirmus decedat, Presbyter ultra non procedat, et praedictas orationes omittat.

12. Quod si dubitet an vivat adhuc, Unctionen prosequatur, sub conditione pronuntiando formam, dicens: Si vivis, per istam sanctam Unctionen, etc., ut infra.

13. Si autem acciderit, infirmum post peccatorum suorum confessionem ad exitum vitae properare, tunc cum sacro Viatico poterit et Oleum infirmorum ad eum deferri per ipsum Sacerdotem, qui defert sacram Eucharistiam: si tamen alius Presbyter, vel Diaconus, qui Oleum sanctum deferat, haberi possit, per ipsum deferatur, qui superpelliceo

indutus cum Oleo sacro occulte delato sequatur Sacerdotem Viaticum portantem; et postquam infirmus Viaticum sumpserit, inungatur a Sacerdote.

14. In eadem infirmitate hoc Sacramentum iterari non debet, nisi diuturna sit; ut si, cum infirmus convaluerit, iterum in periculum mortis incidat.

15. Quinque vero corporis partes praecipue ungi debent, quas veluti sensuum instrumenta homini natura tribuit, nempe oculi, aures, nares, os, et manus: attamen pedes etiam, et renes ungendi sunt; sed renum unctio in mulieribus, honestatis gratia, semper omittitur, atque etiam in viris, quando infirmus commode moveri non potest. Sed sive in mulieribus, sive in viris alia corporis pars pro renibus ungi non debet.

16. Manus vero, quae reliquis infirmis interius ungi debent, Presbyteris exterius ungantur.

17. Dum oculos, aures, et alia corporis membra, quae paria sunt, Sacerdos ungit, caveat, ne alterum ipsorum inungendo, Sacramenti formam prius absolvat, quam ambo hujusmodi paria membra perunxerit.

18. Si quis autem sit aliquo membro mutilatus, pars loco illi proxima inungatur, eadem verborum forma.

19. Hujus autem Sacramenti forma, qua sancta Romana Ecclesia utitur, solemnis illa precatio est, quam Sacerdos ad singulas unctiones adhibet, cum ait:

20. Per istam sanctam Unctiónem, et suam píissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid, per visum, sive per audítum, etc. deliquísti.

De visitatione et cura infirmorum.

1. Parochus in primis meminisse debet, non postremas esse muneris sui partes, aegrotantium curam habere. Quare cum primum noverit, quempiam ex fidelibus curae suae commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, sed ultro ad illum accedat: idque non semel tantum,

sed saepius, quatenus opus fuerit; horteturque parochiales suos, ut ipsum admoneant, cum aliquem in parochia sua aegrotare contigerit, praecipue si morbus gravior fuerit.

2. Ad hoc juvabit, praesertim in amplis parochiis, aegrotorum notam seu catalogum habere, ut cujusque statum et conditionem cognoscat, eorumque momoriam facilius retinere, et illis opportune subvenire possit.

3. Quod si Parochus legitime impeditus, infirmorum, ut quando plures sunt, visitationi interdum vacare non potest: id praestandum curabit per alios Sacerdotes, si quos habet in parochia sua, aut saltem per laicos homines pios et christiana caritate praeditos.

4. Ægrotos visitans, ea, qua Sacerdotes Domini decet, honestate et gravitate se habeat, ut non aegris solum, sed sibi et domesticis verbo ot exemplo prosit ad salutem.

5. Eorum vero praecipuam curam geret, qui humanis auxiliis destituti, benigni ac providi Pastoris caritatem et operam requirunt. Quibus si non potest ipse succurrere de suo, et eleemosynas illis, prout debet, si facultas suppetit, erogare, quantum fieri potest, sive per caritatis, vel alterius nominis confraternitatem, si in ea civitate vel loco fuerit, sive per privatas, sive per publicas collectas et eleemosynas illorum necessitatibus succurrendum curabit.

6. In primis autem spiritualem aegrotantium curam suscipiat, omnemque diligentiam in eo ponat, ut in viam salutis eos dirigat, atque a diabolicis insidiis salutarium adjumentorum praesidio defendat, ac tueatur.

7. Accedat autem ad aegrotum ita paratus, ut in promptu habeat argumenta ad persuadendum apta, ac praesertim Sanctorum exempla, quae plurimum valent: quibus eum in Domino consoletur, excitet, ac recreet. Horteturque ut omnem spem suam in Deo ponat, peccatorum suorum poeniteat, divinam misericordiam imploret, et infirmitatis poenas, tamquam paternam Dei visitationem, patienter ferat

et ad salutem suam provenisse credat, ut vitam, moresque suos melius instituat.

8. Deinde qua par est prudentia et caritate, hominem ad sacram confessionem inducat, et confitentem audiat, etiamsi velit totius vitae peccata confiteri; ac si opus fuerit, tam infirmo, quam ejus familiaribus vel propinquis in memoriam revocet quod Lateranensis Concilii, ac plurium summorum Pontificum decretis cavetur sub gravibus poenis, ne medici ultra tertiam vicem aegrotos visitent, nisi prius ipsis certo constet, illos Confessionis Sacramento rite expiatos fuisse.

9. Illud praeterea diligenter servari curabit, ne quis pro corporali salute aliquid aegroto suadeat, vel adhibeat, quod in detrimentum animae convertatur.

10. Ubi vero periculum immineat, Parochus monebit aegrotum, ne daemonum astutia, neque medicorum pollicitationibus, neque propinquorum, aut amicorum blanditiis se ullo modo decipi sinat, quo minus ea, quae ad animae salutem pertinent, opportune procuret, et qua par est devotione et celeritate, sancta Sacramenta, dum sana mens est, integrique sensus, religiose suscipiat, citra fallacem illam, ac perniciosam procrastinationem, quae plurimos ad aeterna supplicia perduxit, in diesque, fallente diabolo, perducit.

11. Quod si aeger aliquis hortationibus ac monitis Sacerdotum, vel amicorum et domesticorum consiliis adduci non potest, ut velit peccata sua confiteri, tunc non omnino desperanda res est, sed quamdiu ille vivit, repetendae sunt frequentes variae et efficaces Sacerdotum, et alorum piorum hominum exhortationes; proponendaque aeterna salutis damna et sempiternae mortis supplicia; ostendendaque immensa Dei misericordia, eum ad poenitentiam provocantis, ad ignoscendum paratissimi. Adhibendae sunt etiam tum privatae tum publicae ad Deum preces, ad divinam gratiam impetrandam pro salute miseri decumbentis.

12. Videbit denique Sacerdos, quibus potissimum tentationibus, aut pravis opinionibus aeger sit subjectus, eique, prout opus fuerit, apta remedia prudenter adhibebit.

13. Sacras imagines Christi Domini crucifixi, beatae Mariae Virginis, et Sancti, quem aeger praecipue veneratur ob oculos ejus apponi curabit. Vasculum item adsit aquae benedictae, qua frequenter aspergatur.

14. Proponet etiam aegrotanti, prout ejus conditio feret, aliquas breves orationes, et pias mentis ad Deum excitationes: praesertim versiculos e Psalmorum libro, vel Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, Symbolum fidei, vel passionis Domini nostri meditationen, et Sanctorum martyria et exempla, ac coelestis gloriae beatitudinem. Haec tamen opportune et discrete suggerantur, ne aegroto molestia, sed levamen afferatur.

15. Consoletur infirmum, dicens, se pro eo in Missae sacrificio, et aliis precibus oraturum, curaturumque ut alii itidem pro eo faciant, idque re ipsa praestabit.

16. Si morbus gravior, vel cum periculo fuerit, aegroto suadeat, ut dum integra mente est, rem suam omnem recte constituat, et testamentum faciat; si quid habeat alienum, restituat, et ad remedium animae suae pro facultatibus, quod in Domino ei placuerit, disponat: sed haec suggerendo omnis avaritiae nota caveatur.

17. Hortetur denique, ut si convaluerit, ante omnia ad Ecclesiam veniat, ubi Deo gratias agat de restituta valetudine, et sacram communionem pie suscipiat; ac deinceps meliorem vitae disciplinam teneat.

Si quem graviter *infirmari in sua Parochia* advertat; eum, etiam non vocatus, adibit, et si paupertas ejus postulet (siquidem, ut Tridentinum Sess. 23. cap. I. de reformat. ait: Praecepto Divino incumbit Parocho, Oves suas pascere: pauperum, ac miserabilium personarum paternam curam gerere), eum juvare in necessariis conetur, implorato etiam, si res postulet, Episcopi auxilio. Deinde

ut mature, antequam vis morbi vires animi debilitet, reconcilietur, curabit; ne ullus absque Sacramentis Ecclesiae, quoad ejus fieri poterit, moriatur. Intelligatque Parochus, quod si ipsius negligentia absque Sacramentis quispiam mortuus deprehendatur, praeter gravissimum lethalis culpae reatum etiam Episcopo se poenas daturum.

Naputak za primalje.

U kraljevinah Hrvatskoj i Slavoniji smije samo ona primalja baviti se primaljstvom, koja se diplomom može izkazati, da je u toj struci na kojem primaljskom učilištu austro-ugarske monarkije naobražena. Primalja dužna je, držati se ovoga naputka, koji služi i uredovnim liečnikom i odnosnim oblastim na ravnanje.

§. 1. Primalja podčinjena je neposredno kotarskoj, gradskoj ili obćinskoj oblasti, odnosno kotarskomu, gradskomu ili obćinskomu liečniku.

§. 2. Odabrav primalja mjesto, gdje je naumila baviti se primaljstvom, ima ponajprije da se prijavi, izkazav se diplomom kod nadležne kotarske ili gradske oblasti, odnosno kotarskoga ili gradskoga liečnika, da ju u broj primaljah svojega područja uvrsti.

Potvrdu ove prijave ima primalja pokazati prijaviv se obćinskomu poglavarstvu onoga mjesta, gdje je naumila boraviti.

§. 3. Svaka primalja, koli službena, toli privatna (sukromna), dužna je svoj stan tablicom označiti, pak ga obćinskom poglavarstvu priobćiti, to isto ima činiti, ako svoj stan promieni.

§. 4. Primaljsko orudje i sprava, koje je svaka primalja dužna čisto i u redu držati, pak ga sobom ponieti, kad ju kojoj rodilji zovu, jest:

Štrcaljka za klištir srednje veličine sa cievi za šupak i sa zavinutom cievi od kositra za uštrcanje; — jedan katetar od kovine i jedan englezki od pruževine; — pupkorezne nožice (škarice); čvrste platnene vrpčice i kefice za nokte.

Osim toga treba primalja da ponese one liekove, o kojih joj §. 5. dodatka k naputku kaže, kako će ih priredjivati i upotrebljivati.

1. 100 grama tekuće karbolove kiseline, da njom načini razkužilo. Ovo razkužilo pravi se tako, da se jedna žlica karbolove kiseline pomieša u jedan liter prokuhane vode.

2. 50 grama karbolovoga ulja (4 po sto), koje se priredjuje tako, da se tri kavne žlice karbolove kiseline u četvrt litre čistoga ulja pomiešaju.

3. 25 grama cimetovih kapljicah.

4. 25 grama etira (Hoffmannovih kapljicah).

Pošto karbolova kiselina, koli kristalizirana, toli raztopljena i u jačih otopinah izvana kožu najeda i iznutra uzimana otrovno djeluje, treba primalja osobito dobro paziti, da karbolovu kiselinu dobro spravi, da nebi kakova nesreća ili zloporaba se dogodila. Njom se ima samo onako služiti, kako joj to liečnik ili §. 3. pouke k naputku propisuje.

Primalja nesmije niti jednu prije rečenih stvarih, niti svu spravu ostaviti kod rodilje ili kod babinjače.

Uredovni liečnik ima se od vremena do vremena o tom osvjedočiti, da li je sprava podpuna i u dobrom stanju.

Osim toga treba, da svaka primalja ima dobru učevnu knjigu primaljstva, svakako pako onu, iz koje je na učilištu učila.

§. 5. Primalja neka je poštena, vriedna i triezna, pak neka se pristojno ponaša prama svakomu.

K porodu pozvana dužna je primalja svakud posve drage volje u pomoć pohititi u svako doba, bilo danju ili noću.

Ona je dužna svaku tajnu, za koju bi saznala kod

žene, kojoj je u pomoć zvana, prešutiti, ticalo se to kakove tjelesne mane ili drugih kakovih kućnih ili obiteljskih odnošajah.

Nu dužna je svaki put, kad joj se namjeri bolest, ranjenje, porod ili smrt, u kojih ima sumnje kakvoga zločinstva ili prestupka ili u obće silovite koje ozliede, uzrokovane po kom drugom, obaviestiti o tom odmah oblast.

§. 6. Primalja treba da bude u svem i svačem savjestno čista pak da se čuva, da ne dira u bolestne ljude ili u ma kakove truhle stvari, da joj ne ostaju na prstima na spravi ili na haljinah kakove pogibeljne, škodljive stvari, koje kod pretrage ili kod drugih primaljskih poslovah lasno mogu doći u tielo žene, koju dvoriti ima, pak činiti. da će žena lasno oboliti od babinje groznice, koja je jedna od najopasnijih bolestih.

S toga nalaže se primalji najstrožije. da svaki put, prije nego što dirne svojim rukama žensku koja joj se povjerila, svoje ruke sapunom i keficom opere, da svu nečistoću iza noktah povadi, da ruke karbolovom otopinom (dvie žlice na litru vode) dobro razkuži, da ih onda namaže karbolovim uljem i tada tek smije pretražiti žensku.

§. 7. Nijedna primalja ne smije dokle god porod traje, od rodilje se kamo udaljiti pak je nesmije ni onda ostaviti, ako je nesvjestna ili ako se je bojati grčevah, a naročito krvotoka. I poslie svakoga urednoga porodjaja mora primalja kod porodilje ostati najmanje tri sata, pošto je već posteljica izašla.

Kod kakvoga neurednoga porodjaja ili kakove pogibelji mora ona svagda čekati, dok prizvani liečnik ne dodje, pak kod rodilje tako dugo ostati, koliko to liečnik pronadje, da je potrebno, te mora sve ono točno činiti, što liečnik bude odredio.

Izuzam skrajne potrebe i ako nebi bilo druge primalje, nesmije primalja dvima rodiljama u jedno te isto vrieme pomagati, niti da ide izmjenice čas jednoj, čas drugoj, jer

bi iz toga mogla nastati golema pogibelj po jednu rodilju ili po obadvie.

§. 8. Kod svakoga težkoga, neurednoga i u obće pogibeljnoga poroda, onda kod poroda, gdje bi se po svoj prilici moralo primaljskim orudjem pomagati, kod nagle smrti trudnice ili rodilje, dužna je svaka primalja pod težkom odgovornosti za rana liečnika u pomoć prizvati (§§. 7. do 9. pouke).

Ako rodjaci rodilje nebi na želju primalje htjeli liečničku pomoć potražiti, ponovit će primalja tu svoju želju pred svjedoci.

Ako nije moguće za rana dobiti liečničke pomoći ili ako je pogibelj tolika, da se nebi moglo liečnika čekati, vlastna je primalja u takovoj prilici činiti samo takve primaljske obave, koje se samo rukom izvesti dadu i to onako, kako ih je po učevnoj knjizi učila.

§. 9. Primalji je zabranjeno prekoračiti granice svojega djelokruga, koji joj je učevnom knjigom opredieljen; naročito pako najstrožije joj je zabranjeno, trudne i radjajuće žene, babinjače i djecu liečiti i bez skrajne nužde štogod činiti, čemu je samo liečnik ovlašten.

Napose zabranjuje joj se djetetu jezik lupiti (podrezavati) pak bud komu drago liekove propisivati ili davati, izuzev one, na koje učevna knjiga ovlašćuje.

§. 10. Kad se dobro razvito diete zamrlo rodi, a na njem pojavah gnjiloće ne ima, tada je primalja dužna, dok na to prizvani liečnik ne dodje, sva sredstva upotrebiti, kako je učila, da se diete životu vrati.

Upotriebi li ona ta sredstva uztrajno barem pol ure, ali badava, ne pokaže li se tim, da bi diete počelo disati, to joj je tek onda slobodno od dalnjega pokusa odustati.

§. 11. Svaka je primalja dužna skrbiti, da se porod djeteta, kod kojega je pomagala, što prije priobći nadležnoj oblasti, koja maticu rodjenih odnosnoga mjesta piše.

§. 12. Ako je primalja boravila kod koje babinjače bolujuće od babinje groznice, to ne smije ona zatim k drugim rodiljam ili babinjačam, dok ruke svoje i orudje pomno ne opere karbolnom otopinom i odielo ne presvuče, te se ne okupa.

Primaljsko orudje, upotrebljeno pri ma kojoj babinjači ili drugoj bolestnici dužna je primalja svagda u ključajućoj vodi i odmah karbolovom otopinom (3—5 žlicah karbolove kiseline na litru vode) valjano oprati i očistiti, da nebi bolest na druge žene prenašala.

S toga razloga primaljam se zabranjuje, da se kraj mrtvaca nikakva posla ne primaju.

§. 13. Ako je diete matere kršćanske slabašno, zamrlo ili inače u pogibelji života porodilo, dužna je primalja o tom nastojati, da se ono krsti od nužde. Kršćanska primalja će od nužde i sama krstiti, ako na to roditelji privole, odnosno mati kod nezakonitoga djeteta.

1. ℟. *Jube, domne* (vel *Domine,* quando quis solus recitat), *benedicere* 2. Benedictio: *Noctem quietam ... Dominus omnipotens.* ℟. *Amen.* 3. Lectio brevis: *Fratres, sobrii estote et vigilate ... fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis.* ℟. *Deo gratias.* 4. ℣. *Adjutorium † nostrum* ... ℟. *Qui fecit* ... 5. *Pater noster* — (totum secreto). 6 Confessio *(Confiteor . . .)* et Absolutio *(Misereatur . . .; Indulgentiam † . . .),* prout habetur in Breviario. — Quando quis solus recitat officium, in Completorio et Prima semel tantum dicit *Confiteor,* omissis verbis *tibi Pater* vel *vobis fratres* etc., et similiter dicit *Misereatur nostri, peccatis nostris, tribuat nobis.* 7. ℣. *Converte nos, Deus* ... ℟. *Et averte iram tuam* ... 8 ℣. *Deus, in adjutorium †* ... ℟. *Domine, ad adjuvandum* ... cum *Gloria Patri* ... 9. Antiphona unica *(Miserere),* inchoata tantum. 10. Psalmi quatuor: a) *Cum invocarem . . .;* b) *In te, Domine . . .;* c) *Qui habitat . . .;* d) *Ecce nunc . . .; cum Gloria Patri* post singulos et in fine Antiph. *Miserere* integra dicta. 11. Hymnus: *Te lucis ante terminum* . . ., *ut* in Breviario. 12. Capitulum: *Tu autem in nobis . . . Deus noster.* ℟. *Deo gratias.* 13. ℟. breve: *In manus tuas, Domine,* Commendo spiritum meum,* quod eodem modo repetitur. 14. ℣. *Redemisti nos . . . veritatis.* Commendo spiritum meum.* 15. ℣. *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.* ℟. *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum.* 16. ℣ *Custodi nos, Domine*...

℟. *Sub umbra alarum tuarum* . . . 17. Antiphona: *Salva nos,* inchoata tantum. 18. Canticum: *Nunc dimittis* . . . cum *Gloria Patri* in fine, et repetitione Antiphonae: *Salva nos* . . . Extra festa duplicia et octavas dicuntur Preces. 19. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 20. Oratio: *Oremus. Visita, quaesumus, Domine . . . sit super nos semper. Per D. N. J. Ch. . . . Per omnia saecula saeculorum.* ℟ *Amen.* 21. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 22. ℟. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 23. Benedictio: *Benedicat et custodiat nos . . . Pater † et Filius et Spiritus sanctus.* ℟. *Amen.* 24 Antiphona de B. V. Maria cum ℣. ℟. atque Oratione. 25. ℣. *Divinum auxilium † maneat semper vobiscum.* ℟. *Amen.* 26. *Pater noster, Ave Maria* et *Credo* (totum secreto). 27. Tandem additur Oratio: *Sacrosanctae et individuae Trinitati . . . per infinita saecula saeculorum.* ℟. *Amen, cum* ℣. *Beata viscera* . . . ℟. *Et beata ubera* . . . 28. *Pater noster, Ave Maria* (secreto).

3. Matutinum

1. Oratio: *Aperi, Domine, os meum* ... secreto. — Deinde pro incipiendo Matutino: 2. *Pater, Ave, Credo* — totum secreto. 3⁰ ℣. *Domine, labia mea aperies.* ℟. *Et os meum annuntiabit laudem tuam* — totum clara voce et formando crucem minorem in labia. 4⁰ ℣. *Deus, in adjutorium meum intende.* ℟. *Domine, ad adjuvandum me festina. Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto: Sicut erat in principio et nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Alleluja.* 5⁰ Invitatorium; quo repetito Psalmus 94. invitatorius *Venite, exsultemus Domino* . . . cujus Versibus semper inseritur Invitatorium, primo integrum, deinde dimidium inde ab asterisco. 6. Hymnus.

A. In primo Nocturno:

7. Tres Antiphonae duplicatae cum tribus Psalmis, ut in Breviario proprio loco, semper cum *Gloria Patri* in fine eorum. 8. Versiculus et Responsorium. 9. *Pater noster* — secreto. 10. Absolutio I.: *Exaudi, Domine* etc. 11. ℣. *Jube, domne* (vel *Domine), benedicere.* 12. Benedictio 1.: *Benedictione perpetua* etc. 13. Lectio 1.; ad finem cujuslibet Lectionis dicitur: *Tu autem, Domine, miserere nobis.* ℟. *Deo gratias.* 14. Responsorium I. 15. ℣. *Jube, domne* (vel *Domine), benedicere.* 16. Benedictio 2.: *Unigenitus Dei Filius* etc. 17. Lectio 2. 18. Responsorium II. 19. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 20. Benedictio 3. *Spiritus sancti gratia* etc. 21. Lectio 3. 22. Responsorium III.

B. In secundo Nocturno:

23. Tres Antiphonae cum tribus Psalmis, ut in Breviario proprio loco. 24. Versiculus et Responsorium. 25. *Pater noster.* — ℣. *Et ne nos . . .* ℟. *Sed libera . . .* 26. Absolutio II. *Ipsius pietas* etc. 27. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 28. Benedictio 4.: *Deus Pater omnipotens* etc. 29. Lectio 4. 30. Responsorium IV. 31. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 32. Benedictio 5.: *Christus perpetuae* etc. 33. Lectio 5. 34. Responsorium V. 35. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 36. Benedictio 6.: *Ignem sui amoris* etc. 37. Lectio 6. 38. Responsorium VI.

C. In tertio Nocturno.

39. Tres Antiphonae cum tribus Psalmis, ut in Breviario proprio loco. 40. Versiculus et Responsorium. 41. *Pater noster* — ℣. *Et ne nos . . .* ℟. *Sed libera nos . . .* 42. Absolutio III.: *A vinculis peccatorum* etc. 43. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 44. Benedictio 7.: *Evangelica lectio* etc. 45. Lectio 7. 46. Responsorium VII. 47. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 48. Benedictio 8. 9. Lectio 8. 50. Responsorium VIII. 51. ℣. *Jube, domne (Domine), benedicere.* 52. Benedictio 9. 53. Lectio 9. 54. Hymnus: *Te deum laudamus . . .*

4. Laudes (immediate sequentes).

1. ℣. *Deus in adjutorium* cum *Gloria Patri* etc. 2. Antiphona 1., cum I. Psalmo, quo finito et cum *Gloria Patri,* clauso repetitur Antiphona. 3. Antiphona 2. cum II. Psalmo. 4. Antiphona 3. cum III. et IV. Psalmis sine *Gloria Patri* conjunctis, quibus finitis *Gloria Patri,* et repetitio Antiphonae. 5. Antiphona 4. cum Cantico *Benedicite,* quod non clauditur cum *Gloria Patri,* sed post ultimum versum immediate repetitur Antiphona. 6. Antiphona 5. cum Psamis 148. *Laudate Dominum de caelis . . .* et 149. *Cantate Domino . . .,* atque 150. *Laudate Dominum in Sanctis . . .,* item sine *Gloria Patri* conjunctis, quibus finitis *Gloria Patri,* et repetitio Antiphonae. 7. Capitulum. ℟. *Deo gratias.* 8. Hymnus, ut in Breviario proprio loco. 9. Versiculus et Responsorium. 10 Antiphona ad *Benedictus.* 11. Canticum *Benedictus Dominus* cum *Gloria Patri,* et repetitione Antiphonae. 12. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 13. Oratio: *Oremus.* (14.) Commemoratio: a) Antiphona. b) Versiculus et Responsorium. c) Oratio: *Oremus.* 15. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 16. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 17. ℣. *Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.* ℟. *Amen.* 18. Conclusio Laudum, nisi alia sequatur Hora: a) *Pater noster* — (totum secreto.) b) ℣. *Dominus det nobis suam pacem* (ubi nonnulli crucem majorem formant). ℟. *Et vitam aeternam. Amen.* Antiphona de B. M. V. cum ℣. ℟. et Oratione. c) ℣. *Divinum auxilium maneat semper nobiscum.* ℟. *Amen,* cui nonnulli addunt *Pater noster* et *Ave Maria,* (totum secreto).

5. Prima.

1. *Pater, Ave, Credo* — (totum secreto). 2. ℣. *Deus in adjutorium . . .* cum *Gloria Patri . . .* ut supra in Laudibus. 3. Hymnus: *Jam lucis orto sidere . . .* ut in Psalterio. 4. Antiphona (1. ex Laudibus Festi) inchoata tantum 5. Psalmi tres: a) *Deus in nomine . . .,* b) *Beati . . .;* c) *Retribue . . .;* quibus in festo Ss. Trinitatis et quoties officium recitatur de Dominica, additur Symbol. Athanas. *(Quicumque vult . . .),* cum *Gloria Patri* in fine singulorum. 6. Antiphona integra repetita. 7. Capitulum: *Regi saeculorum immortali . . . in saecula saeculorum. Amen.* ℟. *Deo gratias.* 8. ℟. breve: *Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.* 9. ℣. *Qui sedes ad dexteram Patris.* ℟. *Miserere nobis.* 10. ℣. *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto.* ℟. *Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.* 11. ℣. *Exsurge, Christe, adjuva nos.* ℟. *Et libera nos propter nomen tuum.* 12. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 13. Oratio: *Oremus. Domine, Deus omnipotens* etc. 14. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 15. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* (16.) In Choro hic legitur Martyrologium. 17. ℣. *Pretiosa in conspectu Domini.* ℟. *Mors Sanctorum ejus.* 18. Oratio. *Sancta Maria et omnes Sancti* etc. 19. Ter dicitur· ℣. *Deus in adjutorium . . .* (non fit signum crucis). ℟. *Domine ad adjuvandum . . .,* et ultimo additur: *Gloria Patri . . . Sicut erat . . .,* ut in Breviario. 20. Tum: *Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie eleison. Pater noster* — secreto usque ad ℣. *Et ne nos inducas . . .* ℟. *Sed libera nos a malo.* 21. ℣. *Respice in servos tuos . . .* ℟. *Et sit splendor.* 22. ℣. *Gloria Patri . . .* ℟. *Sicut erat in pricipio . . .* 23. Oratio: *Oremus. Dirigere et sanctificare* etc. 24 ℣. *Jube, domne* (vel *Domine*), *benedicere.* 25. Benedictio: *Dies et actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens.* ℟. *Amen.* 26. Lectio brevis (Capitulum ex Nona festi). Additur: *Tu autem, Domine, miserere nobis.* ℟. *Deo gratias.* 27. ℣. *Adjutorium † nostrum . . .* (fit signum crucis). ℟. *Qui fecit coelum . . .* 28. ℣. *Benedicite.* ℟. *Deus.* 29. Benedictio: *Dominus nos benedicat . . . requiescant in pace.* ℟. *Amen.*

Notanda: 1. Antiphonae ad Horas minores si propriae non assignantur, sumuntur de Laudibus secundum ordinem, omissa quarta: ante Psalmos usque ad asteriscum, post eosdem vero integrae dicuntur.

2. Ad Primam de festis dicuntur tantum tres Psalmi; in Prima de feria post primum Psalmum alius additur prout indicat Breviarium, (excepto Sabbato): in Prima de Dominica secundus Psalmus dicitur *Confitemini* (omittitur vero a Dom. in Albis usque ad Pentecosten): a Septuagesima usque ad Dom. Palmarum ejus loco dicitur Psalmus *Dominus regnavit*, ex Laudibus.

3. Preces feriales dicuntur, quoties ad Laudes dictae sunt Preces.

4. Ad finem Primae pro Lectione brevi in festis sumitur Capitulum Nonae, cui additur „Tu autem, Domine, etc."

6. Tertia.

1. *Pater noster. Ave Maria* — (totum secreto). 2. ℣. *Deus in adjutorium* . . . ut supra ad Primam. 3. Hymnus: *Nunc sancte nobis Spiritus* (ex Psalterio) exceptis die et tota octava Pentecostes, qua dicitur: *Veni Creator.* 4. Antiphona (2. ex Laud.) inchoata tantum. 5. Psalmi tres: a) *Legem pone* . . .; b) *Memor esto* . . .; c) *Bonitatem fecisti* . . . cum *Gloria Patri* post singulos. 6 Antiphona integra repetita. 7. Capitulum ut in Laudibus. 8. ℟. breve. 9. ℣. *Dominus vobiscum.* ℣. *Et cum spiritu tuo.* 10. Oratio (ut in Laudibus.) 11. ℣. *Dominus vobiscum.* ℟. *Et cum spiritu tuo.* 12. ℣. *Benedicamus Domino.* ℟. *Deo gratias.* 13. ℣. *Fidelium animae* . . . *in pace.* ℟. *Amen.*

7. Sexta.

1. et 2. ut supra ad Tertiam. 3. Hymnus: *Rector potens, verax Deus* (ex Psalterio). 4. Antiphona (3. ex Laud.) inchoata: 5. Psalmi tres: a) *Defecit* . . .; b) *Quomodo* . . .; c) *Iniquos* . . . itidem cum *Gloria Patri* post singulos. 6. Antiphona repetita. 7. Capitulum. 8. ℟. breve. 9.—13. eodem modo ut in Tertia.

8. Nona.

1. et 2. supra in Tertia et Sexta. 3. Hymnus: *Rerum Deus, tenax vigor* (ex Psalterio). 4. Antiphona (5. et ex Laudibus) inchoata. 5. Psalmi tres: a) *Mirabilia* . . .; b) *Clamavi* . . .; c) *Principes* . . . itidem cum *Gloria Patri* post singulos. 6. Antiphona integra repetita. 7. Capitulum. 8. ℟. breve. 9.—13. eodem modo ut in Tertia.

Notanda pro Tertia, Sexta et Nona: 1. Capitulum et Responsorium in festis habentur in Proprio vel in Communi; in Dominicis et feriis si non habentur in Proprio de Tempore, dicuntur ut in Psalterio.

2. Si fit interruptio post unam ex horis minoribus, debet dici Pater noster; addendum est „Dominus det nobis suam pacem" cum Antiphona de B. M. V.

3. Si cum Laudibus immediate junguntur horae minores, Antiphona de B. M. V. solummodo his absolutis dicenda est.

4. In choro Antiphona de B. M. V. dici debet post quamlibet horam, post quam disceditur e choro.

9. Vesperae secundae.

1.—9. eodem modo, ut in primis Vesperis, praeter ultimum Psalmum, qui interdum proprius est festo. 10. Versiculus et Responsorium. 11 Antiphona ad *magnificat*, quae dicitur ante et post Canticum. 12.—14. eodem modo, ut in primis Vesperis (15.) Commemoratio: a) Antiphona. b) Versiculus et Responsorium. c) Oratio, ut supra in I. Vesperis. 16.—18. eodem modo, ut in primis Vesperis.

10. Completorium.

Totum eodem modo dicitur, ut supra post primas Vesperas.

Notae quaedam generales.

1. Oratio *Aperi* ante Officium, et *Sacrosanctae* post Officium dicenda, non sunt de praecepto. Indulgentia orationi *Sacrosanctae* adnexa non obtinetur a sanis, nisi recitetur *flexis genibus*: ii vero, qui ob infirmitatem genibus flexis illam orationem recitare nequeunt, tamen lucrari possunt indulgentiam. *(S. Conc. Indulg. 7. Jan. 1856. Prinzivalli n. 654.).*

2. Rubricae Breviarii de percussione pectoris, de crucesignationibus et de habitu corporis, quo diversae partes Officii dicendae praescribuntur (e. g. stando, flexis genibus), extra chorum non obligant *(S. Lig. lib. IV. n. 179.)*, sed laudabiliter observantur.

3. Rubricae Breviarii, quibus Psalmi graduales, Officium defunctorum, Psalmi poenitentiales, certis diebus recitari jubentur, extra chorum non obligant.

Tenentur tamen etiam illi, qui non obligantur ad chorum, a) ad Litanias Omnium Sanctorum cum suis precibus et orationibus die 25. Aprilis et tribus feriis Rogationum; quae Litaniae non possunt

anticipari. b) ad Officium defunctorum die 2. Novembris, quod potest anticipari ab iis, qui officium privatim recitant; in choro non potest anticipari. *(S. Lig. IV. n. 174.)*

4. Quod ad tempus recitandi Officii spectat, Matutinum et Laudes dicendae sunt (a sacerdote, ex sententia communiore) ante Missam, Prima et Tertia ante meridiem, Sexta et Nona ante vel post meridiem, Vesperae et Completorium post meridiem. Potest etiam Matutinum cum Laudibus anticipari die praecedente; tempus autem anticipandi incipit, postquam effluxit dimidia pars horarum, quae sunt inter meridiem et occasum solis. Semper tamen licet incipere saltem ab hora quarta, etiam quando dies sunt longissimi. Praeterea, a Sabbato post Cineres usque ad Sabbatum sanctum, exceptis Dominicis, Vesperae dici *possunt* (in choro *debent*) ante meridiem; Completorium debet dici post meridiem.

5. Officium de die infra octavam fit, ut in festo, sed ritu semiduplici, Lectiones I. Noct. (ordinarie) de Scriptura occurrente, 2. et 3. propriae.

6. In festis dupl. maj. et altioris ritus Lectiones primi Noct. nunquam dicuntur de Scriptura occurrente, sed assignantur propriae; idem contingit in nonnullis etiam duplicibus. Quodsi in dies hujusmodi simul cadunt in Proprio de tempore Lectiones *de initio* alicujus libri s. Scripturae, tunc hae regulariter, nisi secus omnino omittendae essent, transferuntur in proximum diem similiter non impeditum, et Lectiones huic diei assignatae omittuntur.

7. Tempore paschali, id est a Dominica in Albis usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten pro Apostolis, Evangelistis et Martyribus habetur Officium proprium. In reliquis Officiis haec servantur:

a) tres Psalmi uniuscujusque Nocturni dicuntur sub una Antiphona scilicet sub prima; b) additur unum „Alleluja" ad Invitatorium, ad omnes Antiphonas, ad Versiculos et Responsoria, ad Responsoria post Lectiones (sed non ad Versus); c) ad Responsoria brevia Horarum additur duplex Alleluja; d) ubi autem jam habetur Alleluja, nihil additur. (De Prima ac de Completorio cfr. Rubr. Brev. in locis propriis).

8. *Modus variandi Antiphonam et Versum in occurrentia*: Quando plures commemorationes occurrunt faciendae de eodem Communi, de qua Antiphona et Versus jam dicta sunt in officio, ita disponendae sunt commemorationes: *Ad Vesperas* primo accipienda est Antiphona cum Versu Laudum; secunda commemoratio sumetur ex secundis Vesperis cum Versu secundi Nocturni, tertia vero commemoratio fiet desumendo Antiphonam primam ex tertio Nocturno cum

Versu ejusdem Nocturni. *Ad Laudes* prima commemoratio fit per Antiphonam et Versum ex primis Vesperis, secunda commemoratio fiat cum Antiphona prima tertii Nocturni et Versu assignatis jam in primis Vesperis; tertia autem commemoratio fiet desumendo Antiphonam et Versum dicta secundo loco in primis Vesperis, nempe Antiphonam Vesperarum II. et Versum Nocturni II. *(S. R. C. n. 4043 ad tit. XXIV. dub. 4; die 5. Maji 1736.)*.

Pro commoditate utentium positum est sequens schema:

a) Si non agitur de die infra octavam:

Ad Vesperas:

1. com. fit per Antiph. et ℣. de Laudibus;
2. „ „ „ Ant. de II. Vesp. et ℣. II. Nocturni;
3. „ „ „ Ant. primam cum ℣. III. Nocturni.

Ad Laudes:

1. com. fit per Antiph. et ℣. de I. Vesperis;
2. „ „ „ Ant. primam cum ℣. III. Nocturni;
3. „ „ „ Ant. de II. Vesp. et ℣. II. Nocturni.

b) Si agitur de die infra octavam alicujus Sancti non habentis Ant. et Vers. propr. et Ant. et Vers. de Communi jam dicta sunt, tunc pro commen. octavae sumenda est *ad Laudes* Ant. ex II. Vesp., et *ad Vesperas* Ant. de Laudibus; in utroque casu Vers. ex I. Vesp. *(S. R. C. n. 4395 ad 6; die 18. Dec. 1779.)*.

(Schneider: Manuale Clericorum.)

Addenda et varianda
in rubricis generalibus Breviarii Romani.
Ex decreto diei XI. Decembris 1897.

I. De Officio duplici.

N. 2. Festum duplex celebratur aut de eodem fit commemoratio eo die quo cadit, nisi illud contingat transferri, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.

N. 2. Festum duplex celebratur aut de eodem fit Commemoratio eo die quo cadit, nisi illud contingat transferri *aut penitus omitti*, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.

N. 6. Preces ad Primam et Completorium, et Suffragia de Sancta Maria, Sancto Joseph, Apostolis et Pace, ad Vesperas et Laudes non dicuntur in Officio duplici, ut etiam in propriis eorum Rubricis dicetur.

N. 6. Preces ad Primam et Completorium, et Suffragia de Sancta Maria, Sancto Joseph, Apostolis, *Titulo*, et Pace ad Vesperas et Laudes non dicuntur in Officio duplici, ut etiam in propriis eorum Rubricis dicetur.

II. De officio semiduplici.

N. 2. De Festo semiduplici fit eo die quo cadit, aut de illo ponitur Commemoratio, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.

N. 2. De Festo semiduplici fit eo die quo cadit, aut de illo ponitur Commemoratio, *vel penitus omittitur*, ut dicetur in Rubrica de Translatione Festorum.

IV. De Dominicis.

N. 1. De Dominica semper fit Officium in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, quocumque Festo Duplici, vel Semiduplici adveniente: quia tunc Festum transfertur, aut de eo fit commemoratio (ut in Rubrica de Translatione Festorum dicetur), nisi illud Festum sit de principali Titulo vel Patrono alicujus Ecclesiae, vel loci, aut Dedicatione propriae Ecclesiae: quia tunc de hujusmodi Festo fit tantum in Ecclesia vel loco, cujus est Titulus vel Patronus vel Dedicatio, cum Commemoratione Dominicae; quibusdam Dominicis exceptis, ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. Id pariter servatur quoad alia Festa primae classis, in praedictis Dominicis occurrentia. In aliis Dominicis per annum fit de Dominica, etc.

N. 1. De Dominica semper fit Officium in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, quocumque Festo Duplici, vel Semiduplici adveniente: quia tunc Festum transfertur, aut de eo fit Commemoratio *aut penitus omittitur* (ut in Rubrica de Translatione Festorum dicetur), nisi illud Festum sit *Duplex primae classis;* quia tunc *fit tantum* de hujusmodi Festo, cum Commemoratione Dominicae; quibusdam Dominicis exceptis, ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. In aliis Dominicis per annum fit de Dominica, etc.

VII. De Octavis.

N. 3. . . . . ut dicetur in eadem Rubrica de Translatione Festorum. Infra Octavam Epiphaniae fit tantum de Patrono vel Titulari Ecclesiae, et de Dedicatione ejusdem (non tamen in die Octava) cum commemoratione Octavae. Infra Octavam Corporis Christi, etc.

N. 3. . . . . ut dicetur in eadem Rubrica de Translatione Festorum. Infra Octavam Epiphaniae fit tantum *de Duplicibus primae classis (non tamen in die Octava)*, cum Commemoratione Octavae. Infra Octavam Corporis Christi, etc

VIII. De Officio S. Mariae in Sabbato.

N. 5. Dicuntur Preces Dominicales ad Primam et Completorium, et fiunt Suffragia consueta de sancto Joseph, de Apostolis et de Pace, et tempore Paschali sola commemoratio de Cruce, ut in secunda Feria post Octavam Paschae Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta ejus commemoratio cum aliis Suffragiis, quando dicenda sunt in Officio de Domica.

N. 5. Dicuntur Preces Dominicales ad Primam et Completorium, et fiunt Suffragia consueta de sancto Joseph. de Apostolis, *de Titulo*, et de Pace, et tempore Paschali sola Commemoratio de Cruce ut in secunda Feria post Octavam Paschae Post Nonam nihil fit de ea, nisi consueta ejus Commemoratio cum aliis Suffragiis, quando dicenda sunt in Officio de Dominica.

IX. De Commemorationibus.

N. 8. Commemorationes fiunt hoc modo: Post Orationem diei, in primis Vesperis dicitur Antiphona quae posita est ad Magnificat, et in Laudibus quae posita est ad Benedictus in Communi (si propriam non habuerit) conveniens ejus Officio, cujus fit commemoratio. Post Antiphonam dicitur Versus, inde sumendus, unde sumpta est Antiphona, scilicet post Hymnum Vesperarum et Laudum: deinde dicitur Oratio. Si Antiphona et Versus Festi de quo fit commemoratio, sumenda essent ex eodem Communi, unde sumpta sunt in Officio diei, in Festo comme-

N. 8. Commemorationes fiunt hoc modo: Post Orationem diei, in primis Vesperis dicitur Antiphona quae posita est ad Magnificat, et in Laudibus quae posita est ad Benedictus in Communi (si propriam non habuerit) conveniens ejus Officio, cujus fit Commemoratio. Post Antiphonam dicitur Versus, inde sumendus, unde sumpta est Antiphona, scilicet post Hymnum Vesperarum et Laudum: deinde dicitur Oratio. Si Antiphona et Versus Festi *simplicis*, de quo fit Commemoratio, sumenda essent ex eodem Communi, unde sumpta sunt in Officio diei, in Festo Comme-

morationis variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laudibus. ex primis Vesperis ejusdem Communis, nisi aliter signetur. Et similiter, si in secundis Vesperis sanctae Agathae, aut alterius sanctae novem Lectionum fieri debeat commemoratio beatae Mariae, pro ejus Officio in sequenti Sabbato celebràndo, ne repetatur ℣. Diffúsa est grátia, dicatur ℣. Benedicta tu, ex Laudibus. Si item occurrat, ut eadem sit Oratio Festi de quo fit Officium, et ejus de quo fit commemoratio, mutetur Oratio pro commemoratione in aliam de Communi. Si de Tempore fiat commemoratio, de Dominica scilicet, vel Feria, Antiphona et Versus ante Orationem eodem modo sumantur ex Proprio de Tempore, si habuerint proprium, alioquin de Psalterio, Oratio vero ex Proprio de Tempore.

N. 11. Quando contingit fieri plures commemorationes, servetur

morationis variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, et in Laudibus ex primis Vesperis ejusdem Communis, nisi aliter signetur. *Si vero ex eodem Communi, unde sumpta sunt in Officio diei, sumenda essent Antiphona et Versus Festi redacti ad instar simplicis, tunc in primis Vesperis Antiphona et Versus sumantur e secundis; si Festum utrasque Vesperas habeat, in Laudibus e primis Vesperis, et in secundis Vesperis Antiphona sumatur e Laudibus et Versus e primis Vesperis, nisi aliter signetur: excepto casu, quo Commemoratio alicujus S. Virginis facienda sit in Festo alterius S. Virginis; tunc enim in primis Vesperis pro S. Virgine de qua agitur Commemoratio, Antiphona sumenda erit e Laudibus. Quando vero Festum ad instar Simplicis recolendum Commemorationem in secundis Vesperis ob Festum duplex primae vel secundae classis immediate sequens non habeat, fit ut supra dictum est de Festis simplicibus.* Et similiter si in secundis Vesperis sanctae *Angelae Mericiae*, aut alterius Sanctae novem Lectionum fieri debeat Commemoratio beatae Mariae, pro ejus Officio in sequenti Sabbato celebrando, ne reperatur ℣, Diffúsa est grátia, dicatur ℣. Benedicta tu, ex Laudibus. Si item occurrat, ut eadem sit Oratio Festi de quo fit Commemoratio, mutetur Oratio pro Commemoratione in aliam de Communi. Si de Tempore fiat Commemoratio, de Dominica scilicet, vel Feria, Antiphona et Versus ante Orationem eodem modo sumantur ex Proprio de Tempore, si habuerit proprium, alioquin de Psalterio, Oratio vero ex Proprio de Tempore.

N. 11. *Quando contingit fieri plures Commemorationes, illae sem-*

hic ordo. De Duplici, licet agatur tamquam Simplex, fiat ante Dominicam, de Dominica ante Festum semiduplex, de Semiduplici, etiam quando reducitur ad modum Simplicis. ante diem infra Octavam, de die infra Octavam, ante Ferias Adventus, Quatuor Temporum, Vigiliarum, et Rogationum, et de dictis Feriis ante Festum simpex. De sancta Maria (quando in secundis Vesperis Festi novem Lectionum, quod Feria sexta celebratum sit, de ea fieri debet Commemoratio pro Officio sequentis Sabbati) fiat ante Festum simplex in Sabbato occurrens. De Festo simplici fit commemoratio ante Suffragia, seu communes Commemorationes de Cruce, sancta Maria, sancto Joseph, Apostolis et de Pace, et ante commemorationem cujuscumque Tituli, vel Patroni Ecclesiae, quae etiam pro sui dignitate aliis Suffragiis praedictis praeponeretur. De quibus Suffragiis, quomodo et quando facienda sint, habetur inferius propria Rubrica.

per praeponantur, quae ad Officium pertinent, cujuscumque sit ritus; exceptis illis, quae ab Officio, de quo agitur, nunquam separantur, uti de sancto Paulo Apostolo in Cathedra sancti Petri etc., prout in Rubricis specialibus suo loco dicetur. Deinde servetur hic ordo: 1. De Dominica privilegiata, 2. de die Octava, 3. de Duplici majori, 4. de Duplici minori, ad instar Simplicium redactis, 5. de Dominica communi, 6. de die infra Octavam Corporis Christi, 7. de Semiduplici, 8. de die infra Octavam communem ad simplicem ritum pariter redactis, 9. de Feria majori vel Vigilia, 10. de Simplici. De sancta Maria (quando in secundis Vesperis Festi novem Lectionum, quod Feria sexta celebrandum sit, de ea fieri debet Commemoratio pro Officio sequentis Sabbati) fiat ante festum simplex in Sabbato occurrens. De Festo simplici fit Commemoratio ante Suffragia, seu communes Commemorationes de Cruce, sancta Maria, sancto Joseph, Apostolis et de Pace, et ante Commemorationem cujuscumque Tituli vel Patroni Fcclesiae, quae etiam pro sui dignitate aliis Suffragiis, quomodo et quando facienda sint, habetur inferius propria Rubrica.

X. De Translatione Festorum.

N. 1. Si aliquod Festum Duplex occurrat in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, in Vigilia Nativitatis Domini, in die Circumcisionis, in tota Octava Epiphaniae, in Feria quarta Cinerum, in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschae, in Ascensione Domini, in diebus a Vigilia Pentecostes usque ad

N. 1. Si aliquod Festum Duplex occurrat in Dominicis Adventus, et in Dominicis a Septuagesima usque ad Dominicam in Albis inclusive, in Vigilia *et Festo* Nativitatis Domini, in die Circumcisionis, in *Festo ac* tota Octava Epiphaniae, in Feria quarta Cinerum, in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschae, in Ascensione Domini, in diebus a Vi-

Festum Sanctissimae Trinitatis inclusive. in Festo Corporis Christi et ejus die Octava. in Festo Immaculatae Conceptionis et Assumptionis beatae Mariae Virginis. in Festo sancti Joseph Sponsi ejusdem. et Omnium Sanctorum: transfertur in primam diem Festo duplici vel semiduplici non impeditam. exceptis tamen Festis Nativitatis sancti Joannis Baptistae. et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quae in die octava Corporis Christi celebrantur: excepto quoque Festo quocumque solemni alicujus loci quod in propria tantum Ecclesia, etiam in aliquibus ex supradictis diebus occurrens, scilicet in Dominicis secunda, tertia et quarta Adventus. et Quadragesimae, Dominica Septuagesimae, Sexagesimae. et Quinquagesimae, et diebus infra Octavam Epiphaniae (ut in Rubrica de Commemorationibus dictum est) celebratur. Si autem Festum Purificationis beatae Mariae venerit in aliqua Dominica secundae classis. transfertur in Feriam secundam sequentem, quamvis impeditam *Idemque est de Annuntiatione beatae Mariae.* Item si Festum Nativitatis sancti Joannis Baptistae venerit in die Corporis Christi, transfertur in sequentem diem cum commemoratione Octavae, et in secundis Vesperis Corporis Christi fit tantum commemoratio sancti Joannis: sequentibus autem diebus fit Officium de eadem Octava Corporis Christi, cum commemoratione Octavae sancti Joannis. Dies autem Octava sancti Joannis tunc veniens in die Octava Corporis Christi, non transfertur, sed de illa eo anno fit tantum commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus diei Octavae Corporis Christi: et id semper servetur, quando Festum habens Octavam transfertur, ut non

gilia Pentecostes usque ad Festum Sanctissimae Trinitatis inclusive, in Festo Corporis Christi, et ejus die Octava, in Festo *Sacratissimi Cordis Jesu, in Festis* Immaculatae Conceptionis, *Annuntiationis* et Assumptionis beatae Mariae Virginis, *in Nativitate sancti Joannis Baptistae,* in Festo sancti Joseph Sponsi ejusdem *beatae Mariae Virginis, sanctorum Apostolorum Petri et Pauli,* ac Omnium Sanctorum, transfertur in primam diem Festo duplici vel semiduplici non impeditam, exceptis tamen Festis Nativitatis sancti Joannis Baptistae, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quae in die Octava Corporis Christi *et in Festo Sacratissimi Cordis Jesu* celebrantur: excepto quoque Festo quocumque solemni alicujus loci, quod in propria tantum Ecclesia, etiam in aliquibus ex supradictis diebus occurrens, scilicet in Dominicis secunda, tertia et quarta Adventus, et Quadragesimae, Dominica Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae, et diebus infra Octavam Epiphaniae (ut in Rubrica de Commemorationibus dictum est) celebratur *et excepto Festo primario solemni occurrente in Festo Ssmmi Cordis Jesu.* Si autem Festum Purificationis beatae Mariae Virginis venerit in aliqua Dominica secundae classis, transfertur in Feriam secundam sequentem quamvis impeditam. Item si Festum Nativitatis sancti Joannis Baptistae venerit in die Corporis Christi, transfertur in sequentem diem, cum Commemoratione Octavae; et in secundis Vesperis Corporis Christi fit tantum Commemoratio sancti Joannis: sequentibus autem diebus fit Officium de eadem Octava Corporis Christi cum Commemoratione Octavae sancti Joannis. Dies autem Octava sancti Joannis tunc veniens

ideo dies Octava transferatur, sed ipsa die de ea fiat commemoratio, quae alias erat Octava, si Festum non fuisset translatum. Quod si Festum post totam suam Octavam transferri contigerit, illo anno celebretur sine Octava: nisi Titularis Ecclesiae privilegio aliter fieri oporteat. Festa tamen duplicia minora, exceptis illis Sanctorum Ecclesiae Doctorum, si occursu Dominicae, vel majoris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratio, et legitur nona Lectio historica ad Matutinum, si tamen haec eo die fieri possint; secus hujusmodi Festa duplicia minora eo anno penitus omittuntur, ut in praecedenti Rubrica dictum est num. 7 et 10, et infra de Simplici dicetur num. 8. Iisdem comprehenduntur regulis alia Festa duplicia, quorum translationi in toto anni decursu locus non superest.

N. 5. Festum semiduplex occurrens diebus supradictis, et infra Octavam Corporis Christi, et aliis Dominicis per annum, non transfertur, sed ipso die quo cadit, de eo fit commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, et legitur nona Lectio historica, aut illud penitus omittitur, ut supra de Duplici minori dictum est.

in die Octava Corporis Christi, non transfertur, sed de illa eo anno fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus diei Octavae Corporis Christi: et id semper servetur quando Festum habens Octavam transfertur: ut non ideo dies Octava transferatur, sed ipsa die de ea fiat Commemoratio, quae alias erat Octava, si Festum non fuisset translatum. Quod si Festum per totam suam Octavam transferri contigerit, illo anno celebretur sine Octava: nisi Titularis Ecclesiae privilegio aliter fieri oporteat. Festa tamen duplicia minora, exceptis illis Sanctorum Ecclesiae Doctorum, si occursu Dominicae, vel majoris Festi seu Officii quomodocumque impediantur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus Commemoratio, et legitur nona Lectio historica ad Matutinum, si tamen haec eo die fieri possint: secus hujusmodi Festa duplicia minora eo anno penitus omittuntur, ut in praecedenti Rubrica dictum est num. 7 et 10, et infra de Simplici dicetur num. 8 Iisdem comprehenduntur regulis alia Festa duplicia, quorum translationi in toto anni decursu locus non superest *Festa tamen duplicia minora, quamquam non sint Doctoris Ecclesiae, si quotannis a digniori Officio impediantur, reponuntur in prima die libera, tamquam in propria sede perpetuo recolenda.*

N. 5. Festum semiduplex occurrens diebus supradictis, et infra Octavam Corporis Christi, et aliis Dominicis per annum, non transfertur, sed ipso die quo cadit, de eo fit Commemoratio in utrisque Vesperis et Laudibus, et legitur nona Lectio historica, aut illud penitus omittitur, ut supra de Duplici minori dictum est *Festum ta-*

N. 6. Sic duo vel plura Festa novem Lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est, de Duplici. et de Semiduplici fiat commemoratio. ut supra. At si omnia fuerint Duplicia minoris solemnitatis sunt, si transferri valeant transferantur: aliter de eis, quemadmodum de Semiduplicibus fiat commemoratio, juxta superius explicata.

N. 7. Si plura Festa duplicia ex iis quae transferri possunt, transferenda sint, quod est magis solemne semper prius transferatur, et prius celebretur: alioquin si sunt aequalia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus.

men semiduplex, si quotannis ab Officio digniori impediatur, reponitur in prima die libera, tamquam in propria sede perpetuo celebrandum, uti de Duplici minori superius cantum est.

N. 6. Si duo vel plura Festa novem Lectionum simul eodem die veniant, fiat Officium de majori, id est, de Duplici, et de Semiduplici fiat Commemoratio, ut supra. At si omnia fuerint Duplicia, vel omnia Semiduplicia, fiat de digniori, seu solemniori, *videlicet, de Festo potioris ritus prae alio ritus inferioris aut in paritate ritus de primario prae secundario, aut, iisdem primariis vel secundariis, de digniori ratione personae, aut, in paritate dignitatis de fixo prae mobili, aut denique, ceteris paribus, de magis proprio prae minus proprio;* et quae Duplicia minoris solemnitatis sunt, si transferri valeant, transferantur: aliter de eis, quemadmodum de Semiduplicibus, fiat Commemoratio *aut penitus omittantur,* juxta superius explicata.

N. 7. Si plura Festa duplicia ex iis quae transferri possunt, transferenda sint. quod est magis solemne semper prius transferatur, et prius celebretur: alioquin si sunt aequalia, unum ante aliud transferatur eo ordine, quo erant celebranda in propriis diebus: *quod etiam servabitur in Festis duplicibus minoribus, et semiduplicibus perpetuo impeditis.*

XI. De Concurrentia Officii.

N. 4. Semiduplici Festo, Dominica, et die infra Octavam concurrentibus cum sequenti Duplici, omnia de Duplici cum commemoratione illorum, nisi Duplex fuerit ex numero majorum, quae supra in Rubrica de Commemorationibus

N. 4. Semiduplici Festo, Dominica, et die infra Octavam, concurrentibus cum sequenti Duplici, omnia de Duplici cum Commemoratione illorum; nisi Duplex fuerit ex numero majorum, quae supra in Rubrica de Commemorationibus

numerata sunt, in quibus nulla fit commemoratio praecedentis. Semiduplici Festo concurrente cum sequenti alio Semiduplici, cum Dominica, *vel cum die infra Octavam,* a Capitulo fit de sequenti, et commemoratio praecedentis, nisi aliter signetur. Semiduplici autem concurrente cum sequenti Festo simplici, vel cum Officio beatae Mariae in Sabbato, omnia de Semiduplici, cum commemoratione sequentis.

N. 6. Die infra Octavam concurrente cum sequenti Dominica, *vel Semiduplici,* a Capitulo fit de sequenti, cum commemoratione Octavae. Dies infra Octavam cum Simplici proprie non habet concursum, quia in sequenti die infra Octavam non fit de Simplici nisi commemoratio, quae et eadem ratione in praecedenti die infra Octavam fieri debet.

N 7. Die Octava concurrente cum alia die Octava, a Capitulo fit de sequenti, cum commemoratione praecedentis, excepta Octava Corporis Christi, concurrente cum Octava sancti Joannis Baptistae, in qua de sequenti fit tantum commemoratio, et quando aliter in propriis locis notatur. Die Octava concurrente cum sequenti Duplici minori, etiam translato, a Capitulo fit de sequenti, cum commemoratione Octavae (exceptis diebus Octavis Festivitatum beatae Mariae Virginis, etiam particularibus alicujus Religionis, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio). Concurrente vero cum sequenti Duplici

numerata sunt, in quibus nulla fit Commemoratio praecedentis. Semiduplici Festo concurrente cum sequenti alio Semiduplici, *vel* cum Dominica. a Capitulo fit de sequenti, et Commemoratio praecedentis, nisi aliter signetur. *Eodem vero Semiduplici concurrente cum sequenti die infra Octavam, Vesperae erunt de illo, cum Commemoratione Octavae.* Semiduplici autem concurrente cum sequenti Festo simplici, vel cum Officio beatae Mariae in Sabbato, omnia de Semiduplici, cum Commemoratione sequentis.

N. 6 Die infra Octavam concurrente cum sequenti Dominica, a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione Octavae. *Die vero infra Octavam concurrente cum sequenti Semiduplici, Vesperae erunt de sequenti, cum Commemoratione Octavae.* Dies infra Octavam cum Simplici proprie non habet concursum, quia in sequenti die infra Octavam non fit de Simplici nisi Commemoratio, quae et eadem ratione in praecedenti die infra Octavam fieri debet.

N. 7. Die Octava concurrente cum alia die Octava, *ceteris paribus,* a Capitulo fit de sequenti cum Commemoratione praecedentis. excepta Octava Corporis Christi, concurrente cum Octava sancti Joannis Baptistae, in qua de sequenti fit *Commemoratio, etiam occurrente Festo Duplici primae classis Sacratissimi Cordis Jesu* et quando aliter in propriis locis notatur. Die Octava concurrente cum sequenti Duplici minori, etiam translato, *ceteris paribus,* a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione Octavae (exceptis diebus Octavis *Festorum primariorum* beatae Mariae Virginis, etiam particularibus alicujus Reli-

majori, etiam translato, totum Officium fit de sequenti, cum commemoratione Octavae, excepta die Octava Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, *et Corporis Christi,* in quibus de sequenti fit tantum commemoratio. Si autem sequens Festum etiam translatum, fuerit ex solemnioribus supra enumeratis in Rubrica de Commemorationibus, in secundo ordine num. 6. totum Officium fit de sequenti, cum commemoratione Octavae.

gionis, *sanctorum Angelorum, sancti Joannis Baptistae, sancti Joseph Sponsi beatae Mariae Virginis et sanctorum Apostolorum,* in quibus de sequenti fit tantum Commemoratio). Concurrente vero cum sequenti Duplici majori, etiam translato, totum Officium fit de sequenti cum Commemoratione Octavae: excepta die Octava Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, *aliisque Festis primariis Domini,* in quibus de sequenti fit tantum Commemoratio. Si autem sequens festum, etiam translatum, fuerit ex solemnioribus supra enumeratis in Rubrica de Commemorationibus in secundo ordine num 6. totum Officium fit de sequenti, cum Commemoratione Octavae. *Ceteris vero non paribus, quando dies Octava cum alia die Octava concurrit, Vesperae integrae fiunt de illa, quae est Festi potioris ritus, aut primarii, aut dignioris ratione personae, cum Commemoratione alterius. Concurrente autem cum Festo duplici, Vesperae erunt, vel de die Octava, vel de duplici cum Commemoratione alterius, prouti de Octavis inter se concurrentibus dictum est; exceptis Octavis Festorum Domini et B. Mariae Virginis, ut supra.*

XII. De ordinando Officio ex praedictis Rubricis.

N. 5. In Festis Beatae Mariae (omissis iis, quae propria in illis habentur) Hymni, novem Psalmi, et alia quaedam requirenda sunt ex communi ejus Officio, circa finem Breviarii.

N. 5. In Festis beatae Mariae *(exceptis* iis, quae propria in illis habentur) Hymni, novem Psalmi, et alia quaedam requirenda sunt ex communi ejus Officio, circa finem Breviarii, *quod inscribitur: In Festis beatae Mariae Virginis per annum.*

XX. De Hymnis.

N. 3. Dicuntur autem in Officio de Tempore ut in Psalterio,

N. 3. Dicuntur autem in Officio de Tempore ut in Psalterio,

quando proprii Hymni in Proprio de Tempore non adsunt: qui Hymni de Psalterio in Dominicis, et Feriis assignati dicuntur ab Octava Pentecostes usque ad Adventum (Dominica infra Octavam Corporis Christi excepta) et ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam primam Quadragesimae exclusive. In Officio de Sanctis dicuntur ut in Communi Sanctorum, nisi proprii in Proprio Sanctorum habeantur.

quando proprii Hymni in Proprio de Tempore non adsunt: qui Hymni de Psalterio in Dominicis, et Feriis assignati dicuntur ab Octava Pentecostes usque ad Adventum (Dominica infra Octavam Corporis Christi excepta) et ab Octava Epiphaniae usque ad Dominicam primam Quadragesimae exclusive. In Officio de Sanctis dicuntur ut in Communi Sanctorum, nisi proprii in Proprio Sanctorum habeantur. *Quando in aliquo Festo adsint tres Hymni proprii historici ejusdem metri, et Hymnus proprius in primis Vesperis dici nequeat, tunc hic Hymnus dicitur ad Matutinum, Hymnus Matutini ad Laudes, ac Hymnus Laudum ad secundas Vesperas si vero secundae Vesperae non sint de hoc Festo, tunc Hymnus Vesperarum conjungitur cum Hymno Matutini sub unica conclusione.*

N. 4. In Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo Corporis Christi et per Octavam, et quandocumque fit Officium beatae Mariae tam novem, quam trium Lectionum, etiam tempore Paschali, in fine omnium Hymnorum (praeterquam in fine Hymni Ave maris stella, et Hymni ad Laudes in Festo Corporis Christi, qui habet ultimum versum proprium) dicitur: Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine, etc., ut in ejus Officio parvo, etiamsi dicantur Hymni de Sanctis, qui infra Octavas praedictas celebrantur, dummodo Hymni illi sint ejusdem metri, nec habeant ultimum versum proprium, ut Hymnus sanctae Crucis ad Vesperas, et plurimorum Martyrum ad Matutinum.

N. 4 In Nativitate Domini usque ad Epiphaniam, in Festo Corporis Christi et per Octavam, et quandocumque fit Officium beatae Mariae tam novem, quam trium Lectionum, etiam tempore Paschali in fine omnium Hymnorum (praeterquam in fine Hymni Ave maris stella et Hymni ad Laudes in Festo Corporis Christi, *atque Hymnorum in Festo Septem Dolorum beatae Mariae Virginis mense Septembri,* qui *habent* ultimum versum proprium) dicitur: Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Virgine etc., ut in ejus Officio *per annum,* etiamsi dicantur Hymni de Sanctis, qui infra Octavas praedictas celebrantur, dummodo Hymni illi sint ejusdem metri, nec habeant ultimum versum proprium, ut Hymnus sanctae Crucis ad Vesperas, et plurimorum Martyrum ad Matutinum.

XXXV. De Commemorationibus communibus, seu Suffragiis Sanctorum.

N. 2. Tempore Paschali fit alia commemoratio de Cruce, ut ibi ponitur in Laudibus Feriae secundae post Dominicam in Albis, et ea solum tunc dicitur; non tamen in Duplicibus, neque infra Octavas.

N. 2. Tempore Paschali fit alia Commemoratio de Cruce, ut ibi ponitur in Laudibus Feriae secundae post Dominicam in Albis, et ea solum tunc dicitur; non tamen in Duplicibus, neque infra Octavas, *neque in Officio votivo de sanctissimo Eucharistiae Sacramento, aut de Passione Domini.*

Duae tabellae ex rubricis generalibus excerptae.

In quarum prima statim videri poterit de quo celebrandum erit Officium, si plura eodem die Festa occurrant.

In secunda vero, quomodo Officium praecedens concurrat in Vesperis cum Officio sequentis diei.

Ex utraque Tabella hoc ordine reperietur quod quaeritur.

Primum inveniatur numerus positus in quadrangulo illo in quo Festa, de quibus est controversia, sibi invicem occurrunt: deinde legatur regula juxta dictum numerum descripta et ex eà clare videbitur quid sit agendum.

Exempli gratia: Quadrangulus, in quo sibi invicem occurrunt Duplex primae classis et Dominica primae classis, erit qui est in angulo superiori primae Tabellae, in quo signatus numerus 1, quia si ad eum tam Duplex quam Dominica praedicta ex eorum locis recto tramite pergerent, in eo sibi invicem occurrerent. Regula autem juxta dictum numerum apposita sic habet:

1. Translatio de primo, Officium de secundo. Id est. Duplex primae classis praedictum transferatur, et officium fiat de Dominica primae classis: quia cum in his regulis dicitur de primo seu praecedenti, intelligitur de Festo in superiori parte Tabellae apposito, ut Duplex praedictum: cum de secundo vel sequenti, de Festo in inferiori parte sub numeris apposito, ut Dominica praedicta.

In aliquibus autem quadrangulis nullus appositus est numerus, vel quia nullus occursus, neque concursus esse potest, vel quia in propriis locis adnotatur in Breviario quit sit agendum.

Scire tamen opportet quae sint Duplicia primae et secundae classis, et majora per annum, et quae Dominicae, et majores dicantur.

Duplicia primae classis,

in quibus nulla fit Commemoratio quorumcumque Festorum occurrentium, nisi prout supra in Rubricis.

Nativitatis Domini.
Epiphania Domini.
Pascha Resurrectionis, cum tribus antecedentibus et duobus sequentibus diebus.
Ascensio Domini.
Pentecostes, cum duobus sequentibus diebus.
Festum Corporis Christi.
Festum Sacratissimi Cordis Jesu.
Immaculata Conceptio, *Annuntiatio,* et Assumptio B. M. V.
Nativitas S. Joannis Baptistae.
Festum S. Joseph Sponsi B. M. V.
Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriae Ecclesiae.
Patronus, vel Titulus Ecclesiae.

Duplicia secundae classis,

in quibus de Simplicibus fit Commemoratio in Laudibus tantum de aliis ut in Rubricis.

Circumcisio Domini.
Festum Ssmi Nominis Jesu.
Festum Ssmae Trinitatis.
Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.
Inventio Sanctae Crucis.
Purificatio, Visitatio, Nativitas, *Solemnitas Ssmi Rosarii* } B. Mariae
Dedicatio S. Michaëlis Archangeli.
Festum Patrocinii S. Joseph, Sponsi B. M. V.
Natalitia undecim Apostolorum.
Festa Evangelistarum.

Festum S. Stephani Protomartyris.
Festum Ss. Innocentium Martyrum.
Festum S. Laurentii Martyris.
Festum S. Annae, Matris B. Mariae V.
Festum S. Joachim, Patris B. Mariae V.

Dominicae majores dividuntur in duas classes.

Dominicae primae classis,

quae nunquam omittuntur.

Prima Adventus.
Prima Quadragesimae.
Passionis.
Palmarum.
Paschae.
In Albis.
Pentecostes.
Trinitatis.

Dominicae secundae,

quae non omittuntur, nisi occurrente Duplici primae classis, et tunc de iis fit Commemoratio

in utrisque Vesperis et Laudibus.

Secunda, Tertia, Quarta } Adventus.
Dominica Septuagesimae.
Dominica Sexagesimae.
Dominica Quinquagesimae.
Secunda, Tertia, Quarta } Quadragesimae.

Duplicia majora per annum,

quae aliis Duplicibus minoribus praeferuntur.

Transfiguratio Domini.
Exaltatio sanctae Crucis.
Dedicatio Archibasilicae Ssmi Salvatoris.
Duo Festa Septem Dolorum B. M V.
Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo.
Dedicatio S. Mariae ad Nives.
Festum Ssmi Nominis Mariae.
Festum de Mercede B. M. V.
Praesentatio B. M. V.
Apparitio S. Michaëlis Archangeli.
Festum Ss. Angelorum Custodum.
Decollatio S. Joannis Baptistae.
Cathedra S. Petri Apostoli utraque
Festum ejusdem ad Vincula.
Conversio S. Pauli Apostoli.
Commemoratio S. Pauli Apostoli.
Dedicatio Basilicarum Ss. Apostolorum Petri et Pauli.
Festum S. Joannis ante Portam Latinam.
Festum S. Barnabae Apostoli.
Festum S. Benedicti Abbatis.
Festum S. Dominici Confessoris.
Festum S. Francisci Assisien. Confessoris.
Festum Patronorum minus Principalium.

Feriae majores,

de quibus semper fiit Commemoratio.

Adventus.
Quadragesimae.
Quatuor Temporum.
Secunda Rogationum.

Catalogus festorum quae uti primaria, vel secundaria retinenda sunt, ex decretis generalibus s. r. c.

die 27. augusti 1893. et 5 februarii 1895.

Festa primaria.

In kalendario universali.

§. I. Duplicia primae classis.

Nativitas Domini.
Epihania Domini.
Pascha Resurrectionis.
Ascensio Domini.
Pentecostes.
Festum Corporis Christi.
Immaculata Conceptio, *Annuntiatio*, et Assumptio B. M. V.
Nativitas S. Joannis Baptistae.
Festum S. Joseph, Sponsi B. M. V.
Festum Ss. Apostolorum Petri et Pauli.
Festum omnium Sanctorum.
Dedicatio propriae Ecclesiae.
Titulus Ecclesiae.
Patronus Principalis Regionis, vel Dioecesis, aut loci.

§. II. Duplicia secundae classis.

Circumcisio Domini.
Festum Ssmae Trinitatis.
Purificatio B. Mariae V.
Visitatio B. Mariae V.
Nativitas B. Mariae V.
Dedicatio S. Michaëlis Archangeli.
Natalitia undecim Apostolorum.
Festa Evangelistarum.
Festum S. Stephani Protomartyris.
Festum Ss. Innocentium Martyrum.
Festum S. Laurentii Martyris.

*

Festum S. Annae, Matris B. M. V.
Festum S. Joachim, Patris B. M. V.

§. III. Duplicia majora per annum.

Transfiguratio Domini.
Dedicatio Archibasilicae Ssmi Salvatoris.
Dedicatio S. Mariae ad Nives.
Festum Ss. Angelorum Custodum.
Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli Apostolorum.
Festum S. Barnabae.
Festum S. Benedicti Abbatis.
Festum S. Dominici Conf.
Festum S. Francisci Conf.
Festum Patronorum minus Principalium.

§. IV. Alia Duplicia per annum.

Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscujusque Sancti.

Pro aliquibus locis.

S. Gabrielis Archangeli.
S. Raphaëlis Archangeli.
Dies Natalitia, vel quasi Natalitia uniuscujusque Sancti.
Commemoratio Sanctorum, quorum Corpora, vel Reliquiae in Ecclesiis Dioeceos asservantur.

Festa secundaria.

In Kalendario universali.

§. I. Duplcia primae classis.

Sacratissimi Cordis Jesu.

§. II. Duplicia secundae classis.

Festum Ssmi Nominis Jesu.
Festum Iventionis S. Crucis.
Festum Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.

Solemnitas Ssmi Rosarii B. M. V.
Festum Patrocinii S. Joseph, Sponsi B. M. V.

§. III. Duplicia majora.

Exaltatio S. Crucis.
Duo Festa Septem Dolorum B. M. V.
Commemoratio B. M. V. de Monte Carmelo.
Festum Ssmi Rosarii B. M. V.
Festum de Mercede B. M. V.
Praesentatio B. M. V.
Apparitio S. Michaëlis Archangeli.
Decollatio S. Joannis Baptistae.
Cathedra S. Petri Apost. utraque.
Festum ejusdem ad vincula.
Conversio, et Commemoratio S. Pauli Apost.
Festum S. Joannis ante Portam Latinam.

Pro aliquibus locis.

Officia Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. J. C.
Ssmi Redemptoris.
Sanctae Familiae Jesu, Mariae, Joseph.
Purissimi Cordis Mariae.
Desponsationis, Maternitatis, Puritatis, Patrocinii B. M. V.
Translationis Almae Domus B. M. V.
Exspectationis Partus B. M. V.
B. M. V. Auxilium Christianorum.
Prodigiorum B. M. V.
Apparitionis B. M. V. Immaculatae.
Manifestationis B. M. V. Immaculatae, a sacro numismate.
Commemoratio Omnium Ss. summorum Pontificum.

Item alia quaecumque Festa sive Domini, sive B. M. V. sub aliquo peculiari titulo, sive Sanctorum, praeter eorundem natalem diem, uti Inventionis Corporum, Translationis, Receptionis, Patrocinii, et hisce similia.

SI OCCURRAT EODEM DIE

	„ Vigilia.	„ Feria major.	„ Sancta Maria in Sabbato.	„ Simplex	„ Semiduplex.	„ Dies Octava	„ Dies infra Octavam.	„ Duplex per annum minus.	„ Duplex Doctoris.	„ Duplex per annum majus.	„ Duplex secundae classis	„ Duplax primae classis.	„ Dominica per annum.	„ Dominica secundae classis.	et Dominica primae classis.
Duplex i. classis	6	4	0	6	6	4	6	6	2	2	2	8	4	4	1
Duplex ii. classis	4	4	0	4	4	4	6	4	2	2	8	1	4	1	1
Duplex per annum majus	4	4	0	4	4	1	4	4	2	8	1	1	4	1	1
Duplex Doctoris Eccles.	4	4	0	4	4	1	4	0	0	1	1	1	4	1	1
Duplex per annum minus	4	4	0	4	4	3	4	7	0	3	3	5	4	3	3
Dies infra Octavam	4	4	0	4	3	3	7	3	3	3	5	5	3	3	3
Dies Octava	4	4	0	4	4	7	4	4	2	2	3	3	4	3	3
Semiduplex	4	4	0	4	7	3	4	3	3	3	3	5	3	3	3
Simplex	3	3	3	0	3	3	3	3	3	3	3	5	3	3	3
S. Maria in Sabbato	5	5	0	4	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0	0
Feria major	6	0	6	4	3	3	3	3	3	3	3	3	0	0	0
Vigilia	0	5	6	4	3	3	3	3	3	3	3	5	0	0	0

1. Translatio de primo, Officium de secundo.
2. Officium de primo, Translat. de secundo.
3. Commem. de primo, Officium de secundo.
4. Officium de primo, Commem. de secundo.
5. Nihil de primo, Officium de secundo.
6. Officium de primo, nihil de secundo.
7. Officium de digniori, Commem de minus digno.
8. Officium de digniori, Translatio de minus digno.

1. Notandum, quod duplex quodcumque, etiam Patroni et Tituli Ecclesiae, vel Dedicationis ejusdem, occurrens in Vigilia Nativitatis Domini et Pentecostes, in die Circumcisionis, in die Octava Epiphaniae, in Feria quarta Cinerum, ac in tota majori Hebdomada, et infra Octavam Paschae et Pentecostes, in Ascensione Domini, in Festo Corporis Christi, in Festis Immaculatae Conceptionis, *Annuntiationis*, et Assumptionis B. M. V., *in Nativitate sancti Joannis Baptistae*, in Festo S. Joseph, Ss. Apostolorum Petri et Pauli, et omnium Sanctorum, transfertur, si transferri valeat, aliter de eo fit Commemoratio ipso di quo cadit, vel penitus omittitur, ut ponitur in propriis Rubricis.

2. Infra Octavam Epiphaniae fit tantum de *Duplicibus primae classis occurrentibus* cum Commemoratione Octavae. Alia Festa *novem Lectionum in prima die libera* post Octavam *perpetuo celebrantur: de Simplicibus vero fit tantum Commemoratio, ut supra.*

3. Infra Octavam Corporis Christi, de Semiduplici occurrente fit tantum Commemoratio, neque fit de Duplici translato, nisi sit primae vel secundae classis, et de ea, quocumque adveniente Duplici, fit Commemoratio.

4. Infra illas Octavas, in quibus fit de Festis occurrentibus, de Semiduplici occurrente in Dominica, fit Commemoratio, uti alias juxta Rubricas.

5. De octava Nativitatis Domini, Epihaniae, et Corporis Christi, semper fit Commemoratio, quocumque Festo in illis occurrente.

6. De aliis Octavis, quae non sunt in Kalendario, nihil fit a Feria quarta Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes usque ad Festum Ssmae Trinitatis inclusive, et a die 17. Decembris usque ad Epiphaniam.

7. Dies Octavae nunquam transfertur: ideo quamquam Nativitas S. Joannis Baptistae occurrens in die Corporis Christi, transferatur in diem sequentem; non tamen transfertur Octava, sed de ea fit tantum Commemoratio in Officio de Octava Corporis Christi.

8. *Si accidat ut* Patronus *loci*, vel Titulus Ecclesiae descriptus sit eodem die in Kalendario cum aliis Sanctis, *qui separari queunt*, in ea Ecclesia *vel in loco*, fit tantum de Titulari vel Patrono. Alii si in dicto Kalendario descripti sint sub *ritu* Duplici *majori, vel* minori, aut Semiduplici, *transferuntur perpetuo in diem primam liberam et de eis fiat Officium Semiduplex. Si vero sint ex Duplicibus I. aut II. classis, similiter in diem primam liberam perpetuo transferantur, et de eis fiat Officium sub eodem ritu, ac si propria die celebrarentur*. Si autem in Kalendario omnes sint tamquam Festum simplex, de eis nihil fit.

9. De Feriis Adventus et Quadragesimae, quando de eis non fit Officium, fit Commemoratio in utrisque Vesperis, et Laudibus cujuscumque Festi: de Quatuor Temporibus, et Feria secunda Rogationum, ac Vigiliis in Laudibus tantum. Si vero aliqua Vigilia occurrat in Adventu, Quadragesima, et Quatuor Temporibus, vel in diebus Festorum duplicium primae classis, sive Patroni, vel Tituli, aut Dedicationis Ecclesiae, de ea nihil fit nec etiam in Laudibus.

QUANDO CONCURRIT

	„ Sancta Maria in Sabbato.	„ Die infra Octavam.	„ Die Octava	„ Simplici.	„ Semiduplici	„ Duplici per annum minore.	„ Duplici per annum majore.	„ Patrono, seu Titulo Ecclesiae.	„ Duplicis ii. classis.	„ Duplici i. classis.	cum Dominica quacumque.
Domin. i. et ii. classis	0	4	3	4	4	3	3	3	3	3	0
Dominica per annum	0	4	3	4	4	3	3	1	1	1	0
Duplex i. classis	2	2	4	2	4	4	4	6	4	6	4
Duplex ii. classis	4	4	4	4	4	4	4	3	6	3	4
Patronus, seu Tit. Ecclesiae	2	2	4	2	4	4	4	0	4	6	4
Duplex per annum majus	4	4	4	4	4	4	6	1	3	1	4
Duplex per annum minus	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Semiduplex	4	4	3	4	5	3	3	1	1	1	5
Dies Octava	4	4	5	4	4	5	3	1	3	1	4
Dies infra Octavam	0	0	3	4	3	3	3	1	1	1	5

1. Totum de sequenti, nihil de praecedenti.
2. Totum de praecendi, nihil de sequenti.
3. Totum de sequenti, Commemoratio de praecedenti.
4. Totum de praeced., Commemoratio de sequenti.
5. Capitulum de sequ., Commemoratio de praecedenti.
6. Totum de digniori, Commemoratio de minus digno: *in paritate dignitatis, a Capitulo de sequ.*

Simplex, et S. Maria in Sabbato, Feria et Vigilia non concurrunt

1. Notandum, quod in primis Vesperis diei Octavae Ascensionis et Corporis Christi, *aliorumque Festorum primariorum Domini,* totum Officium fit de Octava, cum Commemoratione praecedentis Festi duplicis, nisi fuerit Festum solemne principale, aut primae vel secundae classis; quia tunc de Festo fieret Officium, et Commemoratio de Octava.

2. In secundis Vesperis diei Octavae *Festorum Domini, si primaria fuerint et solemniora, uti* Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, *aliorumque,* de sequenti Duplici, *si concurrat,* fit tantum Commemoratio, nisi *hoc* fuerit primae vel secundae classis; quia tunc de *eo* fieret Officium, et de Octava Commemoratio. *Die* Octava Corporis Christi in secundis Vesperis *nulla fit Commemoratio sequentis Duplicis (Sacratissimi Cordis Jesu), nisi concurrat* cum die Octava *S.* Joannis Baptistae, *et tunc* Vesperae erunt de Octava Corporis Christi, cum Commemoratione Octavae S. Joannis.

3. *Diebus Octavis Festorum primariorum B. Mariae V., etiam particularibus alicujus Religionis, Angelorum, S. Joannis Baptistae, S. Joseph et Sanctorum Apostolorum de praecedenti, vel sequenti Duplici minori fit tantum Commemoratio.*

4. In secundis Vesperis Duplicis primae classis fit Commemoratio de Festis duplicibus et semiduplicibus reductis ad modum Simplicis *tantummodo, si* hujusmodi Commemoratio facienda sit die sequenti. In Duplicibus tamen secundae classis de dictis Festis fit Commemoratio *in utrisque Vesperis ad instar Octavae et Dominicae, uti in Rubricis generalibus de Commemorationibus dictum est;* non fit vero Commemoratio de die infra Octavam, nisi quando de ea fieri debeat Officium die sequenti.

5. Cum plures fiunt Commemorationes. servetur hic ordo: *Post Orationem Officii currentis, 1. de Dominica privilegiata, 2. de die Octava, 3. de Duplici majori, 4. de Duplici minori ad instar Simplicium reductis, 5. de Dominica communi, 6. de die infra Octavam Corporis Christi, 7. de Semiduplici, 8. de die infra Octavam communem ad Simplicem ritum pariter radactis, 9. de Feria majori vel Vigilia, 10. de Simplici.*

Addenda et varianda

in rubricis specialibus Breviarii Romani.

---

1. Ad calcem Feria II. ad Laudes.

Deinde dicitur Oratio propria. Et quando in feriali Officio fiunt Commemorationes communes de S. Joseph, de Apostolis et de Pace, ante eas tam in Laudibus quam in Vesperis fit sequens, etc.

Deinde dicitur Oratio propria. Et quando in feriali Officio fiunt Commemorationes communes de S. Maria, de S. Joseph, de Apostolis, *de Titulo*, et de Pace, ante eas tam in Laudibus quam in Vesqeris fit sequens, etc.

2. Die 28. Decembris. In Festo Ss. Innocentium Mm.

Si Festum S. Thomae impediatur a Dominica, celebratur eo anno Feria secunda insequenti tamquam in sede propria, et in Sabbato post Orationem Ss. Innocentium dicitur Ant., ℣. et Oratio Dominicae, quae paulo infra habetur. Deinde fit Commemoratio Octavarum: et in II. Vesperis Dominicae fit Commemoratio S. Thomae et Octavarum.

In II. Vesperis S. Thomae Antiphonae et Psalmi de Nativitate quae duplicantur: Capit, et alia de S. Silvestro cum Commemoratione S. Thomae et Octavarum.

Si Festum S. Thomae *venerit in Dominica, tunc in II. Vesperis Ss. Innocentium fit Comemoratio S. Thomae, deinde Dominicae (Ant. ℣. et Oratio ut infra) et postea fiunt Commemorationes Octavarum.*

Die vero Dominica in Officio S. Thomae legitur IX. Lectio de Homilia, et in Laudibus fit Commemoratio Dominicae ante Commemorationes Octavarum. In II. autem Vesperis S. Thomae Antiphonae et Psalmi de Nativitate ritu duplici, Capit. et reliqua de S. Thoma, cum Commemorationibus Dominicae et Octavarum.

3. Dominica infra Octavam Nativitatis.

In II. Vesperis S. Thomae, quando non venerit in Dominica, Ant. et Ps. de Nativitate; Capit. Fratres, quanto tempore. ut ad Laudes; Hymnus, Jesu Redemptor.

In II. Vesperis S. Thomae omnia dicuntur sicut in II. Vesperis diei Nativitatis ritu duplici, Capit. et reliqua de S. Thoma. Deinde fit Commemoratio Dominicae et quatuor Octavarum.

4. In die infra Octavam Nativitatis.

Si dies post Festum S. Thomae fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis, hoc modo: In II. Vesp. S. Thomae omnia dicuntur sicut in II. Vesp. diei Nativitatis, sed non duplicantur Antiphonae; et post Orationem Nativitatis fit Commem. S. Thomae, deinde S. Stephani et aliarum Octavarum.

Si dies post Festum S. Thomae fuerit Sabbatum, Officium fit de Octava Nativitatis hoc modo: In II Vesperis S. Thomae omnia dicuntur sicut in II. Vesperis diei Nativitatis *ritu duplici: Capit. et reliqua de S. Thoma. Deinde fit Commemoratio Octavae Nativitatis et* aliarum Octavarum.

5. In Epiphania Domini.

Infra Octavam Epiphaniae si occurrat Festum duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiae, transfertur post Octavam, nisi fuerit Patroni vel Titularis Ecclesiae, vel Dedicatio ejusdem. De aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus et Simplicibus fit Commemoratio juxta Rubricas.

Infra Octavam Epiphaniae *non fit nisi de Duplicibus primae classis occurrentibus. Alia Festa novem Lectionum prima die libera post dictam Octavam perpetuo celebrantur. De Festis vero trium Lectionum fit tantum Commemoratio* juxta Rubricas.

6. In die Octava Epiphaniae.

Si Octava Epiphaniae venerit in Sabbato, in secundis Vesperis Octavae fit Commemoratio Dominicae II. post Epiphaniam Quando autem Septuagesima etc.

Si Octava Epiphaniae *occurrerit* in Sabbato, *secundae Vesperae erunt de Ssmmo Nomine Jesu, cum Commemoratione ejusdem diei Octavae et Dominicae II. post Epiphaniam tantum.* Quando autem Septuagesima etc.

7. Dominica I. in Quadragesima.

Si hac die et in aliis Dominicis Quadragesimae etc.

Tota expungatur.

8. In fine diei Octavae Ascensionis Domini.

Si vero Feria sexta occurrat Festum novem Lectionum fit de Festo cum commem. Officii ejusdem diei, nisi illud Festum fuerit ex solemnioribus, ut dicitur in Rubricis de Commemorationibus.

Si vero Feria sexta occurrat Festum novem Lectionum, *etiam translatum,* fit de Festo cum Commen. Officii ejusdem diei, nisi illud Festum fuerit ex solemnioribus *primae classis; tunc enim Commemoratio Feriae semper omittitur. Si autem fuerit Duplex secundae classis, fit tantum Commemoratio in secundis Vesperis.*

9. Sabbato in Vigilia Pentecostes.

Ab hac die usque ad Festum Trinitatis inclusive, si occurrat Fe-

Ab hac die usque ad Festum Trinitatis inclusive, si occurrat Fe-

stum duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiae, transfertur post praedictum Festum Trinitatis. De aliis vero Duplicibus et de Semiduplicibus fit tantum Commemoratio, excepto triduo Pentecostes.	stum duplex ex majoribus vel alicujus Doctoris Ecclesiae, transfertur post praedictum Festum Trinitatis. De aliis vero Duplicibus, de Semiduplicibus *ac de Simplicibus* fit tantum Commemoratio *sine IX Lection e(nisi Vigilia Pentecostes in qua dicitur)* excepto triduo Pentecostes.

10. Dominica Pentecostes.

Si infra Octavam Pentecostes etc.	*Expungatur integra.*

11. Ante Festum Corporis Christi, seu, ad calcem Rubricae post Feriam IV. infra Hebdom. I. post Octav. Pentecostes.

In die Octavae non fit nisi de Nativitate S. Joannis, et de Festo Ss. Apost. Petri et Pauli, vel de alio ex solemnioribus, si occurrant, cum commemoratione Octavae.	*Die vero Octava* non fit nisi *de Duplici primae classis cum Commemoratione ejusdem diei Octavae; et II. Vesperae dicuntur sine ulla Commemoratione.*

12. Ad calcem diei 10. Decembris. Tertia die infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. Mariae V.

Vesperae a Capit. de sequ. cum Commemoratione Octavae et Feriae.	Vesp. *de sequ.* cum Commemoratione Octavae et Feriae.

13. Ad calcem diei 11. Decembris. S. Damasi I. Papae Conf.

Vesperae a Capit. de Oct. cum Commem. S. Damasi. Ant. Dum esset. V. Justum. Postea de Feria.	*In II. Vesp. Ant.* Dum esset. ℣. Justum *Comm. Oct. et Feriae.*

14. Ad calcem diei 13. Decembris. In Festo S. Luciae Virginis et Martyris.

Quando Festum S. Luciae incidit in Dom. III. Adventus, etc.	*Integra expungatur.*

15. Die 14. Decembris. Septima die infra Octavam Immaculatae Conceptionis B. Mariae V.

	Statim addatur: *Si hodie faciendum sit de aliquo Duplici minori translato alicujus Doctoris Ecclesiae, in ejus secundis Vesperis omnia dicuntur de die Octava, ut in primis Vesperis Festi, cum Commemoratione praecedentis et Feriae, nisi haec dies Octava occurrerit in Dominica, tunc enim Vesperae fiunt de Duplici translato cum Commemorationibus Dominicae et diei Octavae.*

16. Dominica II. post Epiphaniam. In Festo Ssmi Nominis Jesu. Duplex 2. classis.

Occurrente Dom. Septuages. reponitur hoc Festum in die 28. Jan. tamquam in sedem propriam (translato quocumque alio Festo, si alicubi occurrat et transferri valeat, nisi sit altioris ritus); et tunc legitur nona Lectio de S. Agnete secundo, et fit de ea Commem. in Laudibus tantum. De Festo Duplici minori etc.	Occurrente Dominica Septuagesimae reponitur hoc Festum in die 28. Januarii, tamquam in sede propria (translato quocumque alio Festo, si alicubi occurrat et transferri valeat, nisi sit altioris ritus. *aut aequalis, sed primarium)* et tunc legitur nona Lectio de S. Agnete secundo, et fit de ea Commemoratio in Laudibus tantum. De Festo Duplici minori etc.

17. Die 15. Januarii. S. Pauli primi Eremitae Conf. Post Orationem Intercessio nos etc.

Sed si Festum S. Pauli alia die celebretur, non variantur Ant. et ℣℣., sed dicuntur ut in eodem Communi.	Si Festum S. Pauli alia die *alicubi* celebretur, *aut si de S. Mauro fiat tantum Commemoratio in Laudibus,* non variantur Ant. et ℣℣., sed dicuntur ut in Communi.

18. Die 5. Februarii. S. Agathae Virg. et Mart. Duplex.

In I. Vesp. quando dicuntur integrae, Ant. erunt Quis es tu. cum reliqu. de Laudibus. Ps. Dixit Dominus. cum reliq. de Communi Apost. Capit. de Laudibus.	In I. Vesp. quando dicuntur integrae, Ant. erunt Quis es tu. cum reliquis de Laudib. Psalmi Dixit Dominus, cum reliquis *ut in I. Vesp.* de Communi Apost. Capit. de Laudibus.

19. Die 6. Februarii. Ad calcem Officii S. Titi Episc. Conf.

Si vero hoc Festum alia die celebretur extra Quadragesimam, et in illa non occurrat, etc.	Si hoc Festum *alicubi* alia die celebretur (extra Quadragesimam), et in illa non occurrat, etc.

20. Die 8. Martii. Ad calcem Officii S. Joannis de Deo Conf.

In Quadragesima Lectio ix. de Homilia Feriae occurrentis et Comm. in Laudibus	In Quadragesima ix Lectio de Homilia Feriae occurrentis et Commem. in Laudibus.

Vesp. a Capit. de sequ. cum Commem. praecedent. et Feriae.

Si hoc Festum occurrat ante Feriam IV. Cinerum, vel alicubi celebretur post Pascha, neque occurrat cum eo Festum Simplex habens Lectionem propriam, nona Lectio erit: Si ergo diligere. *ut in eadem Dominica XVII. post Pentecosten.*

Vesp. a Capit. de sequ. cum Commem. praecedentis et Feriae.

21. Die 19. Martii. S. Joseph, Sponsi B. Mariae Virginis, Conf. Duplex 1. classis.

In I. Vesperis.

Ant. 1. Jacob autem etc.

Si hoc Festum occurrerit in Dominica Passionis, transferendum erit in Feriam secundam immediate sequentem: et quoties inciderit in Majorem Hebdomadam, reponendum erit in Feria quarta post Dominicam in Albis tamquam in sede propria.

In I. Vesperis.

Ant. 1. Jacob autem etc.

22. Die 25. Martii. In Annuntiatione B. Mariae Virginis. Duplex primae classis.

Si hoc Festum venerit in Dominica privilegiata, transferendum erit ad Feriam II. immediate sequentem, translato quocumque Festo Duplici etiam aequalis, non tamen altioris ritus. De Festo autem Duplici minori (excepto Festo alicujus Doctoris Ecclesiae) vel Semiduplici occurrente fit tantum Commem. in utrisque Vesperis et Laudibus Si vero occurrerit in Hebdomada Majori vel Paschali, transferendum erit (pari cum privilegio) in Feriam II. post Dominicam in Albis, servato ritu Paschali.

Si hoc Festum venerit Feria VI. in Parasceve vel Sabbato Sancto, transferendum erit in Feriam II. post Dominicam in Albis tamquam in sedem propriam, integra cum solemnitate ac feriatione et sine Octava, servato tamen ritu Paschali. Si vero occurrerit in Dominica Passionis, transferatur in Feriam II. immediate sequentem: quodsi incidat in Hebdomadam Majorem vel Paschalem, ad enuntiatam Feriam II. post Dominicam in Albis amandetur. ac nonnisi Festo primario ejusdem ritus occurrente valeat impediri, quo in casu in sequentem diem similiter non impeditam transferatur.

23. Feria VI. post Dominicam Passionis. Septem Dolorum Beatæ Mariæ Virginis. Duplex majus.

Si in hac Feria occurrerit Festum altioris ritus seu dignitatis, tunc Festum Septem Dolorum transferendum erit ad Sabbatum immediate sequens, quocumque Festo etiam aequalis non tamen altioris ritus seu dignitatis in eo incidente: quod si transferri ad Sabbatum non possit, erit omittendum.

Si omittendae sint primae Vesperae etc.

Quando Festum Septem Dolorum B. M. V. hac Feria celebrari nequit ob occursum alicujus Festi altioris ritus, aut aequalis sed primarii, vel potioris dignitatis, transferendum *est in* Sabbatum immediate sequens, *simili modo non impeditum. Quod si neque in dicto Sabbato celebrari potuerit, eo anno omittatur.*

Si omittendae sint primae Vesperae, etc.

24. Die 17. Maji. S. Paschalis Baylon Conf. Duplex. Ad calcem vi. Lectionis.

. . . .

Alexander autem octavus sanctorum catalogo adscripsit.

Alexander autem octavus sanctorum catalogo adscripsit: *tandem Leo decimustertius peculiarem coetum eucharisticorum, item societatum omnium, a sanctissima Eucharistia, sive quae hactenus institutae, sive quae in posterum futurae sunt Patronum coelestem declaravit et constituit.*

25. Die 18. Maji. S. Venantii Martyris. Duplex.

Omnia de Communi unius Mart. praeter sequ.

Si hoc Festum alia die celebrari contigerit, et in I. Vesperis non sit faciendum a Capitulo, tunc sequens hymnus Martyr Dei. dicendus erit ad Matutinum conjunctim cum alio hymno Athleta Christi sub una conclusione Sit laus Patri. Alias dicatur prout infra positum est.

In I. Vesperis.

Hymnus.

Martyr Dei Venántius, etc.

Omnia de Communi unius Mart. praeter sequ.

Si hoc Festum *in utrisque Vesperis habeat solam Commemorationem, tunc hymnus ad primas Vesperas conjungitur cum hymno ad Matutinum, cum conclusione Sit laus Patri. Si vero integras habeat tantum secundas Vesperas, tunc hymnus Martyr Dei. dicitur ad Matutinum, Athléta Christi. ad Laudes, hymnus Dum nocte. dicitur in secundis Vesperis.* Alias dicatur *uti infra inscribitur.*

In I. Vesperis.

Hymnus,

Martyr Dei Venántius, etc.

26. Die 19. Maji. S. Petri Coelestini Papae Conf. Post ix Lectionem pro S. Pudentiana.

Si hoc Festum alia die celebrari contingat, ix Lectio dicitur

Si hoc Festum *alicubi* alia die *celebretur, et in illa non occurrat*

Et Paulus. de Communi Apostolorum 2. loco, ut supra.

Festum simplex habens Lectionem propriam, Lectio ix. erit: Et Paulus. de Communi Apostolorum secundo loco, ut supra.

27. Die 27. Junii. Quarta die infra Octavam Nativitatis S. Joannis. Post ix. Lectionem.

Vesperae a Capit. de sequ. cum Commem. Oct. S. Joannis.

Vesperae *de sequ.* cum Commem. Oct. S. Joannis.

28. Ante diem 30. Junii.

Si Commemoratio. S. Pauli venerit in die Octava Corporis Christi, extra propriam ecclesiam transfertur in primam diem infra Octavam, Dominica vel Festo non impeditam: et totum Officium fit ut in propria ecclesia.

Die 30. Junii.
In Commem. S. Pauli Apost.
Duplex majus.

Si Commemoratio S Pauli venerit in die Octava Corporis Christi extra propriam ecclesiam, transfertur *juxta Rubricas,* in primam diem *liberam* ac totum Officium fit ut in propria ecclesia.

Die 30. Junii.
In Commem. S. Pauli Apost.
Duplex majus.

29. Dominica I. Julii. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. Duplex 2. classis.

Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V. aut aliud Festum aequalis vel altioris ritus, de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die, etc.

Si hodie occurrat Festum Visitationis B. M. V., *vel* aliud Festum *altioris ritus, aut* aequalis *sed primarium,* de Pretiosissimo Sanguine fiet prima die, etc.

30. Die 5. Julii. S. Antonii Mariae Zaccaria Conf. Duplex. Ad calcem Officii.

Vesp. de sequenti. Commem praecedentis.

31. Die 6. Julii. In Octava Ss. Petri et Pauli Apost. Post Ant. ad Magnificat in II. Vesp.

Et fit Commem. sequentis.

32. Die 7. Julii. Ss. Cyrilli et Methodii Pontt. et Conff. Duplex.

In I. Vesp., quando dicendae sint, Hymnus dicitur ut ad Matutinum.

℣. Sacerdótes tui induántur justitiam. ℟. Et sancti tui exsúltent.

Ad Laudes, post Orationem Omnipotens sempitérne Deus.

In II. Vesperis.

Psalmi ut in I. Vesp. de Comm. Apost. et loco ultimi Ps. Meménto Dómine.

Hymn. ut ad Matutinum.

℣. et ℟. ut supra in I. Vesp.

Ad Magnif. Ant. Isti sunt: viri sancti, facti amici Dei, divinae veritátis praecónio glorιósi: linguae eórum claves coeli factae sunt.

Oratio ut supra. Deinde fit Commem. sequentis.

33. Die 2. Augusti. S. Alphonsi Mariae de Ligorio Episc., Conf. et Eccl. Doct. Duplex. Post ix. Lect. pro S. Stephano I. Papa Mart.

Si hoc Festum alia die celebrari contigerit, ix. Lectio erit: Hinc namque. de Homilia.

Si hoc Festum *alicubi* alia die *celebretur, et in ea non occurrat Simplex habens Lectionem propriam,* ix. Lectio erit: Hinc namque. de *Communi Evangelistarum.*

34. Die 8. Septembris. In Officio Nativitatis Beatae Mariae Virginis, ad Laudes post Orationem Fámulis tuis.

Deinde fit Comm. S. Adriani Mart. hoc loco tantum etc

Oratio

Praesta, quaesumus omnipotens Deus: ut qui beáti Adriáni Mártyris tui, etc.

Deinde fit Comm. S. *Hadriani* Mart. hoc loco tantum etc.

Oratio.

Praesta quaesumus, omnipotens Deus: ut qui beáti *Hadriáni* Martyris tui, etc.

35. Dominica III. Septembris. Septem Dolorum B. Mariae Virginis. Duplex majus.

Si in Dom. III. Septembr. occurrat aliud Festum sive B. M. V. sive altioris ritus vel dies Octava Festi quod alicubi solemne sit, Festum Septem Dolorum amandatur ad Dom. IV. Septembr. et hac etiam ut supra impedita, ad proximiorem Dom a praedictis Festis liberam. Quod si usque ad Adventum etc.

Impedita Dominica III. Septembris ob occursum Festi Duplicis 1. vel 2. classis, vel alicujus diei Octavae, vel Duplicis majoris primarii, vel potioris dignitatis, Festum Septem Dolorum B. M. V. transfertur in proximiorem sequentem Dominicam, simili modo non impeditam. Quod si usque ad Adventum etc.

36. Die 16. Septembris. S. Cornelii Papae et Cypriani Episc., Martyrum Semiduplex. Post Orationem pro Ss. Euphemia, Lucia et Geminiano Mm.

Si Festum Ss. Cornelii et Cypriani venerit in Dominica, fit Officium de Dominica cum Commemoratione eorumdem in utrisque Vesperis et Laudibus et ix. Lectione historica (ex tribus una) atque Commemoratione Ss. Euphemiae, Luciae et Geminiani Martyrum in I. Vesperis et Laudibus, omissa Lectione.

In I. Nocturno Lectiones etc.

Si Festum Ss. Cornelii et Cypriani *occurrerit* in Dominica, fit Officium de *Festo Septem Dolorum B. M. V., cum IX. Lectione de Homilia et Commemoratione Dominicae ac Ss. Martyrum Pontificum in utrisque Vesperis et Laudibus, necnon Ss. Euphemiae, Luciae et Geminiani Mm. in I. Vesp. et Laud. tantum.*

In I. Nocturno Lectiones etc.

37. Die 17. Septembris. Ad calcem Officii Impressionis Sacrorum Stigmatum in Corpore S. Francisci Conf.

Vesp. a Capit. de sequ. cum Commem. praecedentis.

Vesp. *de sequenti,* cum Commem. praecedentis.

38. Dominica I. Octobris. In Solemnitate Ssmi Rosarii B. Mariae Virg. Duplex 2. classis.

In I. Vesperis

Ant. 1. Quae est ista etc.

Si hoc Festum alicubi non habeat primas Vesperas, Hymnus Coeléstis aulae *conjungitur cum Hymno* In monte olívis *Ad Matutinum.*

In I. Vesperis

Ant. 1. Quae est ista etc.

39. Die 8. Novembris. In Octava Omnium Sanctorum. Post Rubricam de Laudibus.

Vesp a Capit. de sequ. cum Commem Oct et S. Theodori Mart

Vesp. de sequenti, cum Commem. praecedentis, ac S. Theodori Mart.

40. Die 9. Novembris. In Dedicatione Archibasilicae Ssmi Salvatoris. Duplex majus. Post Rubricam de Laudibus.

Vesp. a Capit. de sequ. cum Commem. praec., ac Ss. Mm. Tryphonis et Sociorum

In II. Vesp. Commem. sequentis, ac Ss. Mm. Tryphonis et Sociorum.

41. Die 18. Novembris. In Dedicatione Basilicarum Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Duplex majus. Post Lectionem IX.

Vesperae a Capit de sequ cum com. praec., ac S. Pontiani Papae, Mart.

In II. Vesp. Commem. sequentis, ac S. Pontiani Papae, Mart.

INTER OFFICIA PROPRIA PRO ALIQUIBUS LOCIS, SEU IN APPENDICE BREVIARII ROMANI.

42. Dominica II. Octobris. Maternitatis B. Mariae Virg. Ad Matutinum. Hymnus.

Coelo Redémptor práetulit
Felícis alvum Vírginis.
Ubi cadúca membra
Mortále corpus induit, etc.

Coelo Redémptor práetulit
Felícis alvum Vírginis,
Ubi *futura victima*
Mortále corpus induit, etc.

De honestate ac studiis Clericorum.

Gravissimis verbis hortatur Apostolus, omnes quidem, qui Christo nomen dedere, in primis vero eos, qui veluti sal condiendis, corrigendisque aliorum putoribus sunt destinati, talem inter gentes conversationem habeant, ut, qui ex adverso est, erubescat, non habens, quod jure objectet: ut non vituperetur ministerium nostrum, nec sancta per nos polluantur: nec (quod gravissime Deus queritur) blasphemetur Dei nomen per nos: sed potius Christi bonus odor simus, ut qui nos vident, glorificent Patrem coelestem. Recte enim alicubi dictum a Cyrillo: duas esse debere veluti manus ei, qui adducentis Christo hominibus est destinatus: Exeplorum alteram, alteram salubrium monitorum: multo tamen exempla trahunt efficacius, quam verba, et ut Concilium Tridentinum ait: Integritas Praesidentium salus est subditorum. Quaemadmodum enim ictus licet bene temperato ense a languido, luxatoque brachio invalidus est: sic ipsa divinorum eloquiorum, quovis ancipiti gladio penetrabiliorum, praedicatio instructuosa sit, necesse est, si morum integritate velut nervo destituatur. Nam nec in alio confidenter reprehendis ea, in quibus ipse delinquis, nec emendas, sed provocas, si, quod arguis, facis. Ut igitur Principes faciendo docent Cives suos recte facere, cum, quidquid illi faciunt, praecipere videantur: sic in cura hac, administrationeque animarum multo id amplius locum habet, et veluti a sole in subjecto orbe lux, aut tenebrae, sic a Pastore (in quem, ut ait Tridentina Synodus, tamquam speculum reliqui oculos conjiciunt) apud subditos pleraque prava, aut recta. Atque ideo recte Patres Tridentinae Synodi monent: Exemplo praedicare debere eum, qui cum fructu praeest ovibus Christi. Et Deus ipse causam omnem dissipati gregis sui stultitiam, et a rationis orbita evagantem Pastorum vitam esse, dixit.

Ne igitur jure nobis quoque dicatur: Qui alios doces,

teipsum non doces? qui praedicas non furandum, furaris? qui dicis non moechandum, moecharis? serve nequam, ex ore tuo te judico: sciens, et non faciens voluntatem Domini, vapulabis multis. Ne illud objectetur: quare tu narras justitiam meam, tu vero odisti disciplinam? etc. sollicite curandum est, ut et nostra, et eorum, quorum curam gerimus, causa in omnibus nos ut Dei Ministros exhibeamus, non dantes ullam offensionem.

I. Principio igitur *Clerici omnes habitum Clericalem, et tonsuram decenter gerant,* nec novum, ac ad saecularem habitum accedentem inducant: neve coloribus aliis, quam nigro, et violaceo utantur: pallia tamen solum nigra habeant. Et cum se Dei servitio devotos norint, in iis, quae sui muneris sunt, assidue versentur. Divinum officium nullo die intermittant, nisi infirmitas gravis coëgerit. Sacrum minimum diebus Festis, ac Dominicis faciant, praemissa ante (si alicujus peccati mortalis mens sit conscia) salutari peccatorum Confessione, aut, si copia non esset Confessarii, urgente necessitate, contriti celebrabunt: postea vero quamprimum fieri poterit (juxta Decretum Concilii Tridentini confitebuntur: sibique persuadeant, ut Judam olim, hoc Sacramento polluta coscientia vescentem, Daemon occupavit, et per gravissimum proditionis Dei crimen ad interitum perduxit sempiternum; sic hodieque vitio nullo periculosius Diabolum irretire homines, quam si persuaserit, polluta conscientia Dominicam Coenam manducare.

II. Porro non solum juxta datam Deo fidem *caste, impolluteque vivant* cum Dei gratia Sacerdotes: sed ab omni etiam specie mali abstinendo juxta Canones veterum conciliorum Foeminis, de quibus suspicio aliqua haberi posset, nullo modo cohabitent, aut cum illis conversentur. Et contravenientes secundum Decretum Tridentini Concilii puniantur, suspectae autem non habentur proximo gradu consanguinitatis conjunctae, vel anus, seu vetulae decrepitae. Si quae tamen ex his ipsis judicio Episcopi, aut Vicarii suspectae

sint, juxta Concilium cum iis procedatur. De vestimentis enim, ait Sapiens, prodit tinea: et a muliere iniquitas viri. Brevis enim omnis malitia super malitiam mulieris. Et, melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens. Quin etiam ruina plurimorum admonet, ut et crebra cum foeminis, ac non necessaria colloquia vitentur. Quoniam laqueus venatorum est mulier: sagena cor ejus, vincula manus ejus. Et omnino dificile est vitare peccatum, nisi vitetur periculum, nec, ubi multos cecidisse certum est, ulli licet esse securum, et periculum qui timet, cavet.

III. Ut sacrilega *Concubinariorum impuritas radicitus evellatur:* Episcopi, et eorum Vicarii adversus Concubinarios procedant secundum Canones Concilii Tridentini. Archidiaconi in visitatione moneant populum, non esse legitimum matrimonium Sacerdotum: Ideoque caveant, ne decepti sub specie Matrimonii filias prostituant. Advocato porro auxilio Dominorum terrestrium enitantur Episcopi, profanum Sacerdotum concubinatum, honesti matrimonii vello palliatum, prudenter emendare.

IV. *Confessiones auriculares in loco templi publico,* et omnibus patenti, sedeque, ad hoc destinata, more solito audiantur. Prohibetur vero sub poena Excommunicationis, et amissionis Beneficii, ne ullus turmatim audiat confitentes, sed seorsum singulos. Formam vero absolutionis omnes eandem observabunt, nihil de suo addendo, nec immutando. hanc nempe:

Misereatur tui Omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam aeternam. Amen. Indulgentiam, absolutionem, Et remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi Omnipotens, et misericors Dominus. Amen.

Dominus noster Jesus Christus te absolvat, et ego authoritate ipsius te absolvo ab omni vinculo Excommunicationis, suspensionis, et interdicti, in quantum possum, et tu indiges. Deinde ego te absolvo a peccatis tuis in Nomine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti. Amen.

Si poenitens sit laicus, omittatur verbum, Suspensionis.

Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariae Virginis, et Omnium Sanctorum, quidquid boni feceris, et mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiae et praemium vitae aeterae. Amen.

V. *A choreis, venationibus illicitis, ebrietatibus,* larvis, caeterisque levitatis speciem habentibus, omnino abstinebunt Clerici; Transgressores judicio Ordinariorum subjaceant.

VI. *Ab omni speciae avaritiae abstineant Clerici.* Negotiationes ergo, multo vero magis contractus aliquos, qui usurae speciem praeseferre videntur, devitent: quin potius divitias, et quaestum suum pietatem reputantes, ut superflua verticis excrementa de more abradunt, sic quoque superfluam mundi curam amputent, quo arctius Deo servire possint. *Qui Altariam habent,* diligenter satisfaciant suis obligationibus: hoc scientes, quod praeter peccati reatum fructibus quoque Altariae privantur pro rata parte temporis, quo negligunt ministerium suum: et si admoniti pergant negligere officium suum, Ordinarius privabit illos altaria. *Vineas vero Beneficiorum, ac Domos* si negligant Beneficiati: Episcopus post admonitionem ex fructibus ejusdem beneficii aedificare non intermittat.

VII. *Rixas, contentiones, convitia, omni contentione fugiant:* pacem cum omnibus habeant: et exemplo suo doceant, solem supra iracundiam subditorum non debere occidere. Armis non utantur, nisi in itinere, et cum per loca periculosia est transeundum. In templo vero modeste, ac reverenter se gerant. Canonici, qui sine necessitate a Choro, ac Officio Divino absunt, ad Episcopum deferantur a Vicario. Caetera vero, quae in singulis Capitulis jam pridem ordinata sunt Statuta, ut diligenter observentur, Episcopi advigilabunt. Si quae infamia gravis de aliquo Clerico, vel aliis indiciis sufficientibus, vel publica fama sit evulgata: secundum Jura Canonica contra illum agat Ordinarius.

VIII. *Scientia* secundo loco *est Clerico necessaria;* sine

qua nec suam ipse vitam, nec mores populi ad eam exigere normam potest, quam Deus requirit: atque ideo causam solutae vitae ignorationem in primis esse Pastorum, Deus ipse testatur. Fieri enim non potest, ut coeca ignorantiae nocte obvolutus ipse facem praeferat, scientiam salutis det plebi Dei, ne in varios perversarum opinionum laqueos abducatur.

Curent igitur omnes, ut quotidie temporis aliquid studio rerum Divinarum destinent, turpissimum enim est, adde: etiam periculosum ignorare ea, quae sui muneris sunt: cum error Sacerdotum non temporalis vitae (quaemadmodum in Medicorum corporalium erroribus usuvenit) sed aeternae salutis dispendio pensetur.

Nemo sine licentia retineat libros haereticos, nec superstitiosos, et lascivos: sed catholicos, et qui concionibus, Confessionibus utiliter excipiendis, pietati ac timori Dei augendo utiles sint futuri. Intelligant vero sine expressa licentia non licere legere, aut tenere libros haereticos sub poena Excommunicationis Bullae Coenae Domini, ipso facto incurrendae, quod etiam populo explicare convenit, ne sensim, usu malorum librorum allectus, in errores pertrahatur.

Ordinem, et *ritum administrrndorum Sacramentorum, et ea omnia, quae libro rituali, seu Agenda habentur, adiscant:* atque singuli Parochi hunc librum habeant, curandum erit. Insuper alium quempiam librum de Casibus conscientiae, ad captum etiam mediocriter doctorum conscriptum, curent, sibique faciant familiarem. (Const. syn. pag. 21—25.)

Quid est Pastor animarum sine Sanctitate, oratione et Doctrina? Est miles sine armis: factus est velut aes sonans, et cymballum tinniens sine omni fructu. — Cura itaque omnium prima nobis sit, oportet, ut destinati ad aliorum sanctificationem ipsi sancti simus, ne, dum aliis praedicaverimus, ipsi reprobi efficiamur. Sanctitatis curam proxime excipiat cura Doctrinae Ecclesiasticae: qui enim hac carent, impossibile est, ut se ipsos, et alios in via Salutis dirigere possint. Caeci sunt, et Duces caecorum. Caecus autem, si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. Animae vero Nostrae Sanctificationem, et necessariam scientiam nobis comparabimus continua oratione, et lectione; non est enim aequum nos relinquere verbum DEI — sed oratione, et ministerio verbi instantes esse opportet. Quapropter, ut quorumdam recentiori, olim ignotae, laxitati, in quantum possumus, parte ex Nostra occurramus, monendo reflectimus, quod omnibus Clericis in majoribus Ordinibus constitutis, multo vero magis Beneficio Ecclesiastico provisis, gravis obligatio incumbat absolvendi horas Canonicas, seu, sic dictum Breviarium recitandi, idque faciendi reverenter, distincte, et devote, prout concilium Tridentinum Ses. 24. de reform. C. 12. praecipit, et ipsa Natura orationis, quae est mentis elevatio ad DEUM, exigit: Negligentes autem, et hanc obligationem praevaricantes tanquam inobedientes poenis Canonicis, ad arbitrium Ordinarii dictandis, puniri, et coerceri volumus. Ordinamus praeterea, ut quivis dioecesanus Ecclesiasticus fine comparandae sibi necessariae Doctrinae habeat constanter ad manum S. Scripturam, quae vocatur Liber Sacerdotalis, et est substantia Sacerdotii Nostri, liberque omnium utillissimus, et Sacerdotibus quammaxime necessarius ideoque a Tridentino iis praeceptus; — Concilium item Tridentinum, et Provincialium, ac Dioecesanarum Synodorum Decreta, Cathechismum Romanum; unum adminus probatum Theologiae Dogmaticae, Moralis, et Pastoralis authorem, bonum ascetam, et quidem praeferenter, si fieri potest, S. Salesii opera: opera expositionem cathecheticam cum uno, alterove bono concionatore; — postremo commendamus etiam omnibus, ut magnam curam habeant puritatis linguae vernaculae, ut et hinc gratia accedat sermonibus nostris.

(Const. syn. pag. 206 ss.)

Innanis, et sine omni fructu futura est praedicatio verbi praedicatio verbi Divini, nisi verbis correspondeant

facta, et exemplum Pastoris. Salvator noster inclamabat Apostolis: Vos estis sal terrae: Vos estis lux mundi: quibus verbis obligationi annunciandi verbi Divini junctam esse debere obligationem dandi boni exemplli sat clare ostendit. S. Petrus cupit, ut simus exemplar Fidelium curae nostrae commissorum, forma facti gregis ex animo. Idem repetit S. Paulus monendo Titum, et Timotheum: Exemplum esto fidelium in omnibus: praebe te ipsum exemplum bonorum operum. Qui evangelium annunciat, vivus Evangelii codex esse debet, ut cum Apostolo Paulo dicere possit Auditoribus suis: quae et didicistis et accepistis, et audistis, et vidistis in me, haec agite. Cum enim verba moveant, exempla trahant; facile concipitur, quantam vim habeat ad perdendas animas pravum Sacerdotis exemplum. Itaque necessum est, et ut is, qui regimini animarum praeest, non modo nullo crimine sordescat, sed insuper optimum odorem virtutum omnium circumfundat, Mercenarius est, et non Pastor, qui omnia sua impendere tardat pro ovibus suis, sed ex sola turpis lucri cupidine eas tantum depascit. Bonus Pastor aeternam ovium suarum Salutem, omni studio et contentione irremisse quaerit, paratus omni tempore juxta monitum, et exemplum Pastoris Pastorum Jesu Christi ponere animam suam pro ovibus suis. Hoc Spiritu inflammatus, ut mensuram nominis, et dignitatis suae perfecte compleat, totus Coelestis est, de aeternis et nunquam perituris solicitus. Summo loco pro Regimine, et felicitate fidelis Gregis positus vitiis dominatur, non vero personis, atque Caelestis Magistri sincerus imitator minister est, et servus omnium, omnibus debitor factus. Tunc enim omnes officii sui partes, quas S. Paulus dilectis suis Discipulis Timothaeo, et Tito explicuit, semet explevisse sperare poterit, dum exemplum fuerit fidelium in verbo, in conversatione, in charitate, in fide, in castitate. Si prudens, vigilans, sanctus, benignus, sobrius, hospitalis, justus, et continens fuerit, amplectens eum, qui secundum Doctrinam est, fidelem Sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere. Circumspectus, et irreprehensibilis in omnibus, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur, nihil habentes malum dicere de Nobis; immo vero, ut Testimonium habeat bonum ab iis, qui foris sunt, atque in omnibus verbis facta conveniant, et actus Doctrinae respondeant. Quodipsum, ut eo certius, et stabilius intra nos obtineatur, veteribus Patrum nostrorum vestigiis inhaerentes renovamus salutaria Dioecesis Nostrae Statuta, ac laudabiles consuetudines, quas recentibus his annis nonnulli laxi, salutis propriae, et honoris totius Dioecesis incuriosissimi praevaricationibus suis contemnere videntur, volumusque, ut Dioecesanum officium Nostrum contraeuntes severe puniat, et, si moniti resipiscere nollent, juxta Canonum rigorem contra eos procedat. Omnes autem Ecclesiasticos, signanter vero Vice-Archi-Diaconos obligamus, ut quaevis scandala Superioritati in tempore detegant, praescriptas, vel etiam imposterum praescribendas menstruales, et semestrales relationes faciant, nihilque eorum intermittant, quae ad Ecclesiasticae Discipline observantiam strictissime manutenendam confere possunt: in horum sequelam, ne ullus sit excusationi locus, aperte declaramus, omnem Clericum Dioecesis Nostrae obligatum esse, constanter deferre Talarem Vestitum, ac Colare, habereque coronam patentem, ordini et dignitati correspondentem, nullo autem tempore licere uti vestitu brevi, etiam modestissimo, nisi longioris suscipiendi causa: idque restrictum sit, tantum ad itinerationis tempus in omni autem Civitate, aut alio loco Nobiliori, vel ubi Magistratus, Superior, aut secus distinctior, aut honoratior persona adeunda esset, talarem vestem reassumi oportere, in reliquo autem totus clericalis vestitus sorditie, et nimio neglectu non ostendat oculos; magis autem ostentationem, luxum, et quid quid novum, innane, exquisitum, sumptuosum est, nesciat. Quapropter impensius cunctos monemus, ne in vestitu et habitu vanitatem quaerant, nec in crinibus mun-

danos ornatus curent, consequenter nil in collaribus, cingulis, calceis, fibulis, pileis, vel quovis vestimenti genere, etiam interiori, quidquam appareat, quod modestiam, simplicitatem, et sobrietatem cultus Clericalis sepositam, et contemptam indicaret, si enim Apostolorum Principes Petrus, et Paulus in mulieribus modestiam habitus desiderarunt, quam turpis in Clericis, qui a mundo separati Christi militiae adscripti sunt, reputanda est deformis habituum nostri temporis variatio, et innanis vanitas. Omnis Clericus cum sexu faemineo familiaritatem vitet: cum servitricibus nullo tempore, neque sub ullo praetextu una, eademque mensa, vel vicina habitatione utatur, neque curru eodem vehatur, aut secus etiam una proficiscatur, generatim bonae famae, et inculpatae conversationis famulitium habeat, severe autem puniatur, qui in aliquo horum deliquerit, et parvam honoris, et existimationis venerabilis Status Ecclesiastici curam habuerit, Volumus praeterea, et districte praecipimus, ut in concursibus, seu sacris solemnitatibus a lautis comessationibus, et ludis omnis generis Clerus abstineat, ne occasione ea, qua Populus ad pietatis Exercitia explenda confluit, plus scandali, quam aedificationis, et pro vita spirituali mortem animae suae inveniat. Tota Domus Pastoris animarum Seminarium sit, et exemplar vitae Christianae, ipse vero, ut est Rector ejus, et Superior, luceat in ea super candelabrum positus; Prohibemus praeterea Clericis inordinata tripudia, cantilenas, et cantus saeculares frequentationem item publicorum saltuum, theatrorum, domuum caffeariarum, et diversorium, nisi ad postrema venire cogat itineris necessitas. Verbo: fugiat Clericus vitia omnia, signanter vero ea, quae curae animarum maxime sunt opposita: dissipationem, vanam gloriam, teporem, mundi amorem, luxum intemperantiam, impuritatem, avaritiam, otium, zeli defectum, et indifferentiam erga gloriam Dei, et salutem proximi, omni e contra virtutum splendore ornatus, certus, quod Deus has strictissime ab eo exigat, perfectus sit homo Dei

ad omne opus bonum instructus, factis probans, quae sit voluntas Dei, beneplacens, et perfecta. Const. syn. pag. 212. ss.

Epistola enoyclica Pii IX.

ad omnes catholicos antistites die 8. Decembris 1864. data una cum syllabo praecipuorum aetatis nostrae errorum

Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis et universis Gratiam et Communionem Apostolicae Sedis habentibus.

PIUS PP. IX.

Venerabiles fratres, Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Quanta cura ac pastorali vigilantia Romani Pontifices Praedecessores Nostri exequentes demandatum sibi ab ipso Christo Domino in persona Beatissimi Petri Apostolorum Principis officium munusque pascendi agnos et oves, nunquam intermiserint universum Dominicum gregem sedulo enutrire verbis fidei, ac salutari doctrina imbuere, eumque ab venenatis pascuis arcere, omnibus quidem ac Vobis praesertim compertum exploratumque est, Venerabiles Fratres. Et sane iidem Decessores Nostri augustae catholicae religionis, veritatis ac justitiae assertores et vindices, de animarum salute maxime solliciti, nihil potius unquam habuere, quam sapientissimis suis Litteris et Constitutionibus retegere et damnare omnes haereses et errores, qui divinae Fidei nostrae, catholicae Ecclesiae doctrinae, morum honestati ac sempiternae hominum saluti adversi, graves frequenter excitarunt tempestates et christianam civilemque rempublicam miserandum in modum funestarunt. Quocirca iidem Decessores Nostri Apostolica fotitudine continenter obstiterunt nefariis iniquorum hominum molitionibus, qui despumantes tamquam fluctus feri maris confusiones suas ac libertatem promittentes, cum servi sint corruptionis, fallacibus suis opinionibus et perniciosissimis scriptis catholicae religionis civiliaque societatis fundamenta convellere

omnemque virtutem ac justitiam de medio tollere omniumque animos mentesque depravare, et incautos imperitamque praesertim juventutem a recta morum disciplina avertere eamque miserabiliter corrumpere, in erroris laqueos inducere ac tandem ab Ecclesiae catholicae sinu avellere conati sunt.

Jam vero, uti Vobis, Ven. Fratres, apprime notum est, Nos vix dum arcano divinae providentiae consilio nullis certe Nostris meritis ad hanc Petri Cathedram evecti fuimus, cum videremus summo animi Nostri dolore horribilem sane procellam tot pravis opinionibus excitatam, et gravissima ac nunquam satis lugenda damna, quae in christianum populum ex tot erroribus redundant, pro Apostolici Nostri ministerii officio illustria Praedecessorum Nostrorum vestigia sectantes nostram extulimus vocem, ac pluribus in vulgus editis encyclicis Epistolis et allocutionibus in Consistorio habitis aliisque Apostolicis Litteris praecipuos tristissimae nostrae aetatis errores damnavimus eximiamque vestram episcopalem vigilantiam excitavimus et universos catholicae Ecclesiae Nobis carissimos filios etiam atque etiam monuimus et exhortati sumus, ut tam dirae contagia pestis omnino horrerent et devitarent. Ac praesertim Nostra prima Encyclica Epistola die 9. Nov. anno 1846 Vobis scripta binisque Allocutionibus, quarum altera die 9. Dec. anno 1854, altera vero 9. Junii 1862 in Cosistorio a Nobis habita fuit, monstrosa opinionum portenta damnavimus, quae hac potissimum aetate cum maximo animarum damno et civilis ipsius societatis detrimento nominantur, quaeque non solum catholicae Ecclesiae ejusque salutari doctrinae ac verandis juribus, verum etiam sempiternae naturali legi a Deo in omnium cordibus insculptae rectaeque rationi maxime adversantur. et ex quibus alii prope omnes originem habent errores.

Etsi autem haud omiserimus potissimos hujusmodi errores saepe proscribere et reprobare, tamen catholicae Ecclesiae causa animarumque salus Nobis divinitus commissa, atque ipsius humanae societatis bonum omnino postulant, ut iterum pastoralem vestram sollicitudinem excitemus ad alias pravas profligendas opiniones, quae ex eisdem erroribus, veluti ex fontibus erumpunt. Quae falsae ac perversae opiniones eo magis detestandae sunt, quod eo potissimum spectant, ut impediatur et amoveatur salutaris illa vis, quam catholica Ecclesia ex divini auctoris institutione et mandato libere exercere debet usque ad consummationem saeculi, non minus erga singulos, quam erga nationes, populos, summosque eorum Principes, utque de medio tollatur mutua illa inter Sacerdotium et Imperium consiliorum societas et concordia, quae rei cum sacrae tum civili fausta semper exstitit ac salutaris.

Etenim probe noscitis, Ven. Fratres, hoc tempore non paucos reperiri, qui civili consortio impium absurdumque *naturalismi*, uti vocant, principium applicantes audent docere, »optimam societatis publicae rationem civilemque progressum omnino requirere, ut humana societas constituatur et gubernetur, nullo habitu ad religionem respectu, ac si ea non existeret, vel saltem nullo facto veram inter falsasque religiones discrimine«. Atque contra sacrarum Litterarum, Ecclesiae sanctorumque Patrum doctrinam asserere non dubitant, »optimam esse conditionem societatis, in qua Impertio non agnoscitur officium coercendi sancitis poenis violatores catholicae religionis, nisi quatenus pax publica postulet.«

Ex qua omnino falsa socialis regiminis idea haud timent erroneam illam fovere opinionem, catholicae Ecclesiae animarumque saluti maxime exitialem, a rec. mem. Gregorio XVI. Praedecessore Nostro *deliramentum* appellatum, nimirum »libertatem conscientiae et cultuum esse proprium cujuscumque hominis jus, quod lege proclamari et asseri debet in omni recte constituta societate et jus civibus inesse ad omnimodam libertatem nulla vel ecclesiastica vel civili auctoritate coarctandam, quo suos conceptus

quoscumque sive voce, sive typis, sive alia ratione palam publiceque manifestare ac declarare valeant.« Dum vero id temere affirmant, haud cogitant et desiderant, quod *libertatem perditionis* praedicant, et de humanae sapientiae loquacitate confidere, cum hanc nocentissimam vanitatem quantum debeat fides et sapientia cristiana vitare ex ipsa D. N. Jesu Christi institutione cognascat.«

Et quoniam ubi a civili societate fuit amota religio ac repudiata divinae revelationis doctrina et auctoritas, vel ipsa germana justitiae humanique juris notio tenebris obscuratur et amittur, atque in verae justiae legitimique juris locum materialis substituitur vis, inde liquet, cur nonnulli certissimis sanae rationis principiis penitus neglectis posthabitisque audeant conclamare, »voluntatem populi, publica quam dicunt, opinione vel alia ratione manifestatam constituere supremam legem ab omni divino humanoque jure solutam; et in ordine politico facta consummata, eo ipse quod consummata sunt, vim juris habere.« Verum ecquis non videt planeque sentit, hominum societatem, religionis ac verae justitiae vinculis solutam, nullum aliud profecto propositum habere posse, nisi scopum comparandi cumulandique opes, nullamque aliam in suis actionibus legem sequi, nisi indomitam animi cupiditatem, inserviendi propriis voluptatibus et commodis?

Eapropter hujusmodi homines acerbo sane odio insectantur Religiosas Familias, quamvis de re christiana, civili ac litteraria summopere meritas, et blaterant, easdem nullam habere legitimam existendi rationem: atque ita haereticorum commentis plaudunt. Nam, ut sapientissime rec. mem. Pius VI. Decessor Noster docebat, »Regularium abolitio laedit vivendi rationem in Ecclesia commendatam tanquam Apostolicae doctrinae consentaneam, laedit ipsos insignes fundatores, quos super altaribus veneramur, qui nonnisi a Deo inspirati eas constituerunt societates.« Atque etiam impie pronuntiant, auferendam esse civibus et Ecclesiae facultatem, »qua eleemosynas christianae caritatis causa palam erogare valeant«, ac de medio tollendam legem, »qua certis aliqnibus diebus opera servilia propter Dei cultum prohibentur«, fallacissime praetendentes commemoratam facultatem et legem optimae publicae oeconomiae principiis obsistere.

Neque contenti amovere religionem a publica societate volunt religionem ipsam a privatis etiam arcere familiis. Etenim funestissimum *Communismi* et *Socialismi* docentes ac profitentes errorem asserunt, »societatem domesticam seu familiam totam suae existentiae rationem a jure dumtaxat civili mutuari; proindeque ex lege tantum civili dimanare ac pendere jura omnia parentum in filios, cum primis vero jus institutionis educationisque curandae.

Quibus impiis opinionibus machinationibusque in id praecipue intendunt fallacissimi isti homines, ut salutifera catholicae Ecclesiae doctrina ac vis a juventutis institutione et educatione prorsus eliminetur, ac teneri flexibilesque juvenum animi perniciosis quibusque erroribus vitiisque misere inficiantur ac depraventur. Siquidem omnes, qui rem tum sacram, tum publicam perturbare ac rectum societatis ordinem evertere, et jura divina et humana delere sunt conati, omnia nefaria sua consilia, studia et operam in improvidam praesertim juventutem decipiendam ac depravandam, ut supra innuimus, semper contulerunt, omnemque spem in ipsius juventutis corruptela collocarunt. Quocirca nunquam cessant utrumque clerum, exquo, veluti certissima historiae monumenta splendide testantur, tot magna in christianam civilem et litterariam rempublicam commoda redundarunt, quibuscumque infandis modis divexare et edicere, ipsum Clerum, »utpote vero utilique scientiae et civilitatis progressui inimicum, ab omni juventutis instituendae educandaeque cura et officio esse amovendum«.

At vero allii instaurantes prava ac toties damnata novatorum commenta, insigni impudentia audent, Ecclesiae et

hujus Apostolicae Sedis supremam auctoritatem a Christo Domino ei tributam auctoritatis arbitrio subjicere et omnia ejusdem Ecclesiae et Sedis jura denegare circa ea, quae ad exteriorem ordinem pertinent. Namque ipsos minime pudet affirmare: »Ecclesiae leges non obligare in conscientia, nisi cum promulgantur a civili potestate; acta et decreta Romanorum Pontificum ad religionem et Ecclesiam spectantia indigere sanctione et approbatione, vel minimum assensu potestatis civilis: constitutiones Apostolicas, quibus damnantur clandestine societates, sive in eis exigatur sive non exigatur juramentum de secreto de servando, earumque asseclae et fautores anathemate mulctantur, nullam habere vim in illis orbis regionibus, ubi ejusmodi aggregationes tolerantur a civili gubernio; excommunicationem a Concilii Tridentino et Romanis Pontificibus latam in eos, qui jura possesionesque Ecclesiae invadunt et usurpant, niti confusione ordinis spiritualis ordinisque civilis ac politicis, ad mundanum dumtaxat bonum prosequendum; Ecclesiam nihil debere decernere, quod obstringere possit fidelium conscientias in ordine ad usum temporalium; Ecclesiae jus non competere violatores legum suarum poenis temporalibus coërcendi; conforme esse sacrae theologiae jurisque publici principiis, bonorum proprietatem, quae ab Ecclesiis, a Familiis religiosis aliisque locis piis possi lentur, civili gubernio assere et vindicare.

Neque erubescunt palam publiceque profiteri haereticorum effatum et principium, ex quo tot perversae oriuntur sententiae atque errores. Dictitant enim: »Ecclesiasticam potestatem non esse jure divino distinctam et independentem a potestate civili, neque ejusmodi distinctionem et independentiam servari posse, quin ab Ecclesia invadantur et usurpentur essentialia jura potestatis civilis.

Atque silentio praeterire non possumus eorum audaciam, qui sanam non sustinentes doctrinam contendunt, illis Apostolice Sedis judiciis et decretis, quorum objectum

ad bonum generale Ecclesiae, ejusdem jura ac disciplinam spectare declaratur, dummodo fidei morumque dogmata non attingat, posse assensum et obedientiam detractari absque peccato et absque ulla catholicae professionis jactura.« Quod quidem quantopere adversetur catholico dogmati plenae potestatis Romano Pontifici ab ipso Christo Domino divinitus collatae, universalem pascendi, regendi et gubernandi Ecclesiam, nemo est, qui non clare aperteque videat et intelligat.

In tanta igitur depravatarum opinionum perversitate, Nos Apostolici Nostri officii probe memores, ac de sanctissima nostra religione, de sana doctrina et animarum salute Nobis divinitus commissa, ac de ipsius humanae societatis bono maxime solliciti, Apostolicam nostram vocem iterum extollere existimavimus. Itaque omnes et singulas pravas opiniones ac doctrinas singillatim hisce Litteris commemoratas auctoritate Nostra Apostolica reprobamus, proscribibimus atque damnamus easque ab omnibus catholicae Ecclesiae filiis, veluti reprobatas, proscriptas atque damnatas omnino haberi volumus et mandamus. *(Deinde summus Pontifex zelum et sollicitudinem Episcoporum in oppugnandis erroribus collaudat et pro impetrando divino auxilio ad annum 1865 jubilaeum indicat.)*

Datum Romae apud S. Petrum die VIII. Decembris anno 1864, decimo a Dogmatica Definitione Immaculate Conceptionis Deiparae Virginis Mariae. Pontificatus Nostri anno decimonono.

SYLLABUS

complectens praecipuos nostrae aetatis errores qui notantur in Allocutionibus consistorialibus, in encyclicis aliisque Apostolicis Litteris Sanctissimi Domini nostri Pii Papae IX.

§. I. Pantheismus, Naturalismus et Rationalismus absolutus.

1. Nullum supremum, sapientissimum, providentissimumque Numen divinum existit ab hac rerum universitate

distinctum et Deus idem est ac rerum natura, et idcirco immutationibus obnoxius; Deusque reapse fit in homine et mundo, atque omnia Deus sunt et ipsissimam Dei habent substantiam; ac una eademque res est Deus cum mundo, et proinde spiritus cum materia, necessitas cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo, et justum cum injusto.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

2. Neganda est omnis diei actio in homines et mundum.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

3. Humana ratio, nullo prorsus Dei respectu habito, unicus est veri et falsi, boni et mali arbiter, sibi ipsi est lex ex naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficit.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

4. Omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi derivant; hinc ratio est princeps norma, qua homo cognitionem omnium cuiuscunque generis veritatum assequi possit ac debeat.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Epist. Encycl. *Singulari quidem* 17. Mart. 1856; Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

5. Divina revelatio est imperfecta et idcirco subjecta continuo et indefinito progressui qui humanae rationis progressioni respondeat.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

6. Christi fides humanae refragatur rationi; divinaque revelatio non solum nihil prodest, verum etiam nocet hominis perfectioni.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

7. Prophetiae et miracula in sacris Litteris exposita et narrata sunt poëtarum commenta, et christianae fidei mysteria philosophicarum investigationum summa; et utriusque Testamenti libris continentur inventa; ipseque Jesus Christus est mythica fictio.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc. *Maxima quidem* 7. Junii 1862.

§. II. Rationalismus moderatus.

8. Quum ratio humana ipsi religioni aequiparetur, idcirco theologicae disciplinae perinde ac philosophicae tractandae sunt.

Alloc. *Singulari quadam perfusi* 9. Dec. 1854.

9. Omnia indiscriminatim dogmata religionis christianae sunt objectum naturalis scientiae seu philosophiae; et humana ratio historice tantum exculta potest ex suis naturalibus viribus et principiis ad veram ne omnibus etiam reconditioribus dogmatibus scientiam pervenire, modo haec dogmata ipsi rationi tanquam objectum proposita fuerint.

Epist. ad Archiep. Frissing. *Gravissimas* 11. Dec. 1862; Epist. ad eundem *Tuas libenter* 21. Dec. 1863.

10. Quum aliud sit philosophus, aliud philosophia, ille jus et officium habet se submittendi auctoritati, quam veram ipse probaverit; at philosophiae neque potest neque debet ulli se submittere auctoritati.

Epist. ad Archiep. Frising. *Gravissimas* 11. Dec. 1862. et *Tuas libenter* 12. Dec. 1863.

11. Ecclesia non solum non debet in philosophiam unquam animadvertere, verum etiam debet ipsius philosophiae tolerare errores, eique relinquere, ut ipsa se corrigat.

Epist. ad Archiep. Frising. *Gravissimas* 11. Dec. 1862.

12. Apostolicae Sedis romanorumque Congregationum decreta liberum scientiae progressum impediunt.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libenter* 21. Dec. 1863.

13. Methodus et principia, quibus antiqui Doctores scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt.

Epist. ad archiep. Frising. *Tuas libenter* 21. Dec. 1863.

14. Philosophia tractanda est, nulla supernaturalis revelationis habita ratione.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libenter* 21. Dec. 1863.

NOTA. Cum rationalismi systemate cohaerent maximam partem errores Antonii Günther, qui damnantur in Ep. ad Card. Archep. Coloniensem *Eximiam tuam* 15. Junii 1847, et in Ep. ad Epp. Wratislaviensem *Dolore haud mediocri* 30. Aprilis 1860.

§. III. Indiferentismus, Latitudinarismus.

15. Liberum cuique homini est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit.

Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851; Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

16. Homines in cujusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire, aeternamque salutem assequi possunt.

Epist. Encycl *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc. *Ubi primum* 17. Dec. 1847; Epist. Enc. *Singulari quidem* 17. Martii 1856.

17. Saltem bene sperandum est de aeterna illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur.

Alloc. *Singulari quadam* 9. Dec. 1854; Epist. Encycl. *Quanto conficiamur* 17. Aug. 1863.

18. Protestantismus non aliud est quam diversa verae ejusdem christianae religionis forma, in qua aeque ac in Ecclesia catholica Deo placere datum est.

Epist. Encycl. *Noscitis et Nobiscum* 8. Dec. 1849.

§. IV. Socialismus, Communismus, Societates clandestynae, Societates biblicae, Societates clerico-liberales.

Ejusmodi pestes saepe gravissimisque verborum formulis reprobantur in Epist. Encycl. *Qui pluribus.* 9. Nov. 1846; in Alloc. *Quibus quantisque.* 20. Aprilis 1849; in Epist. Encycl. *Noscitis et Nobiscum* 8. Dec. 1849; in Alloc. *Singulari quadam* 9. Dec. 1854; in Epist. Encycl. *Quanto conficiamur moerore* 10. Aug. 1863.

§. V. Errores de Ecclesia ejusque juribus.

19. Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus juribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire, quae sint Ecclesiae jura ac limites, intra quos eadem jura exercere queat.

Alloc. *Singulari quadam* 9. Dec. 1854; Alloc. *Multis gravibusque* 17. Dec. 1860: Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

20. Ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere non debet absque civilis gubernii venia et assensu.

Alloc. *Meminit unusquisque* 30. Sept. 1861.

21. Ecclesia non habet potestatem dogmatice definiendi, religionem catholicae Ecclesiae esse unice veram religionem.

Lit. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

22. Obligatio, qua catholici magistri et scriptores omnino adstriguntur, coarctatur in iis tantum, quae ab infalibili Ecclesiae judicio veluti fidei dogmata ab omnibus credenda proponuntur.

Epist. ad Archiep. Frising. *Tuas libenter* 21. Dec 1863.

23. Romani Pontifices et Concilia oecumenica a limitibus suae potestatis recesserunt, jura principium usurparunt, atque etiam in rebus fidei et morum definiendis errarunt.

Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

24. Ecclesia vim inferendae potestatis non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

25. Praeter potestatem episcopatui inhaerententem, alia est attributa temporalis potestas a civili imperio vel expresse vel tacite concessa, revocanda propterea, cum libuerit, a civili imperio.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug 1851.

26. Ecclesia non habet nativum ac legitimum jus acquirendi ac possidendi.

Alloc. *Numquam fore* 15. Dec. 1856.; Epist. Encycl. *Incredibili* 18. Sept. 1863

27. Sacri Ecclesiae ministri Romanusque Pontifex ab omni rerum temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi.

Alloc. *Maxima quidem* T. Junii 1862.

28. Episcopis, sine Gubernii venia, fas non est vel ipsas apostolicas litteras promulgare.

Alloc. *Numquam fore* 15. Dec. 1856.

29. Gratiae a Romano Pontifice concessae existimari

debent tamquam irritae, nisi per Gubernium fuerint imploratae.

Alloc. *Nunquam fore* 15. Dec. 1856.

30. Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a jure civili ortum habuit.

Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

31. Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis sive civilibus sive criminalibus omnino de medio tollendum est, etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede.

Alloc. *Acerbissimum* 27. Sept. 1852; Alloc. *Numquam fore* 15. Dec. 1856.

32. Absque ulla naturalis juris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta.

Epist. ad Episc. Montisregal. *Singularis nobisque* 29. Sept. 1864

33. Non pertinet unice ad ecclesiasticam jurisdictionis potestatem proprio ac nativo jure dirigere theologicarum rerum doctrinam.

Epist ad Archiep. Frising. *Tuas libenter* 21. Dec. 1863.

34. Doctrina comparantium Romanum Pontificem Principi libero et agenti in universa Ecclesia, doctrina est quae medio aevo praevaluit.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

35. Nihil vetat, alicuius Concilii generalis sententia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum ab romano Episcopo atque ab Urbe ad alium Episcopum aliamque civitatem transferri.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

36. Nationalis concilii definitio nullam aliam admittit disputationem, civilisque administratio rem ad hosce terminos exigere potest.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

37. Institui possunt nationales Ecclesiae auctoritate Romani Pontificis subductae planeque divisae.

Alloc. *Multis gravibusque* 17. Dec. 1860; *Jamdudum cernimus* 18. Martii 1861.

38. Divisioni Ecclesiae in orientalem atque occidendentalem nimia Romanorum Pontificum arbitria contulerunt.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

§. VI. Errores de societate civili tum in se, tum in suis ad Ecclesiam relationibus spectata.

39. Reipublicae status, utpote omnium jurium origo et fons, jure quoddam pollet nullis circumscripto limitibus.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

40. Catholicae Ecclesiae doctrina humanae societatis bono et commodis adversatur.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc *Quibus quantisque* 20. Apr. 1849.

41. Civili potestati vel ab infideli imperante exercitae competit potestas indirecta negativa in sacra; eidem proinde competit nedum jus quod vocant *exequatur*, sed etiam jus *appellationis*, quam nuncupant, *ab abusu.*

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22 Aug. 1851.

42. In conflictu legum utriusque potestatis jus civile praevalet.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

43. Laica potestas auctoritatem habet rescindendi, declarandi ac faciendi irritas solemnes conventiones, vulgo *Concordata*, super usu jurium ad ecclesiasticam immunitatem pertinentium cum Sede Apostolica initas, sine hujus consensu, imo et ea reclamante.

Alloc. *In Consistoriali* 1. Nov. 1850; All. *Multis gravibusque* 17. Dec. 1860.

44. Civilis auctoritas potest se immiscere rebus, quae ad religionem, mores et regimen spirituale pertinent. Hinc potest de instructionibus judicare, quas ecclesiae pastores ad conscientiarum normam pro suo munere edunt, quin

etiam potest de divinorum sacramentorum administratione et dispositionibus ad ea suscipienda necessariis decernere.

Alloc. *In Consistoriali* 1. Nov. 1850; *Maxima quidem* 9. Jun. 1862.

45. Totum scholarum publicarum regimen, in quibus juventus christianae alicujus Reipublicae instituitur, episcopalibus dumtaxat seminariis aliqua ratione exceptis, potest ac debet attribui auctoritati civili, et ita quidem attribui, ut nullum alii cuicumque auctoritati recognoscatur jus immiscendi se in disciplina scholarum, in regimine studiorum, in graduum collatione, in delectu aut approbatione magistrorum.

Alloc. *In Consistoriali* 1. Nov. 1850; *Quibus luctuosissimus* 5. Sept. 1851.

46. Immo in ipsis clericorum seminariis methodus studiorum adhibenda civili auctoritati subjicitur.

Alloc. *Nunquam fore* 15. Dec. 1856.

47. Postulat optima civilis societatis ratio, ut populares scholae, quae patent omnibus cujusque e populo classis pueris, ac publica universim instituta, quae litteris severioribusque disciplinis tradendis et educationi juventutis curandae sunt destinata, eximantur ab omni Ecclesiae auctoritate, moderatrice vi et ingerentia plenoque civilis ac politicae auctoritatis arbitrio subjiciantur ad imperantium placita et ad communium aetatis opinionum amussim.

Epist. ad Archiep. Friburg. *Quum non sine* 14. Julii 1864.

48. Catholicis viris probari potest ea juventutis instituendae ratio, quae sit a catholica fide et ab Ecclesiae potestate sejuncta, quaeque rerum dumtaxat naturalium scientiam ac terrenae socialis vitae fines tantummodo vel saltem primario spectet. *(Ibidem.)*

49. Civilis auctoritas potest impedire, quominus sacrorum Antistites et fideles populi cum Romano Pontifice libere ac mutuo communicent.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

50. Laica auctoritas habet per se jus praesentandi eppos et potest ab illis exigere, ut ineant dioecesium pro-

curationem, antequam ipsi canonicam a S. Sede institutionem et apostolicas litteras acipiant.

Alloc. *Nunquam fore* 15 Dec. 1856

51. Immo laicum gubernium habet jus deponendi ab exercitio pastoralis ministerii eppos, neque tenetur obedire Romano Pontifici in iis, quae eppatuum et epporum respiciunt institutionem.

Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851; Alloc. *Acerbissimum* 27. Sept. 1852.

52. Gubernium potest suo jure immutare aetatem ab Ecclesia praescriptam pro religiosa tam mulierum quam virorum professione, omnibusque religiosis familiis indicere ut neminem sine suo permissu ad solemnia vota nuncupanda admittant.

Alloc. *Nunquam fore* 15. Dec. 1856.

53. Abrogandae sunt leges, quae ad religiosarum familiarum statum tutandum earumque jura et officia pertinent; immo potest civile gubernium iis omnibus auxilium praestare, qui a suscepto religiosae vitae instituto deficere ac solemnia vota frangere velint; pariterque potest religiosas easdem familias perinde ac collegiatas Ecclesias et beneficia simplicia etiam juris patronatus penitus extinguere illorumque bona et reditus civilis potestatis administrationi et arbitrio subjicere et vindicare.

Alloc *Acerbissimum* 27. Sept. 1852; Alloc. *Probe memineritis* 22. Jan. 1855; Alloc. *Cum saepe* 26. Julii 1855

54. Reges et Principes non solum ab Ecclesiae jurisdictione eximuntur, verum in quaestionibus jurisdictionis dirimendis superiores sunt Ecclesia.

Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

55. Ecclesia a statu, statusque ab Ecclesia separandus est.

Alloc. *Acerbissimum* 27. Sept. 1852.

§. VII. Errores de Ethica naturali et christiana.

56. Morum leges divina haud egent sanctione, minimeque opus est, ut humanae leges ad naturae jus conformentur aut obligandi vim a Deo accipiant.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

57. Philosophicarum rerum morumque scientia, itemque civiles leges possunt et debent a divina et ecclesiastica auctoritate declinare.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862.

58. Aliae vires non sunt agnoscendae nisi illae, quae in materia positae sunt, et omnis morum disciplina honestasque collocari debet in cumulandis et augendis quovis modo divitiis ac in voluptatibus explendis.

Alloc. *Maxima quidem* 9. Junii 1862; Epist. Encycl. *Quanto conficiamur* 10. Aug. 1863.

59. Jus in materiali facto consistit, et omnium hominum officia sunt nomen inane, et omnia humana facta juris vim habent.

Alloc. *Maxima quidem* 19. Junii 1862.

60. Auctoritas nihil aliud est, nisi numeri et materialium virium summa.

Alloc. *Maxima quidem* 9 Junii 1862.

61. Fortunata facti injustitia nullum juris sanctitati detrimentum affert.

Alloc. *Jamdudum cernimus* 18. Martii 1861.

62. Proclamandum est et observandum principium, quod vocant de *non interventu.*

Alloc. *Novos et ante* 28. Sept. 1860.

63. Legitimis Principibus obedientiam detrectare, imo et rebellare licet.

Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846; Alloc. *Quisque vestrum* 4. Oct. 1847; Epist. Encycl. *Nostis et Nobiscum* 8. Dec. 1849; Litt. Apost. *Cum catholica* 26. Martii 1860.

64. Tum cujuscumque sanctissimi juramenti violatio, tum quaelibet scelesta flagitiosaque actio sempiternae legi repugnans, non solum haud est improbanda, verum etiam

omnino licita, summisque laudibus efferenda, quando id pro patriae amore agatur.

Alloc. *Quibus quantisque* 10. Apr. 1849.

§. VIII. Errores de Matrimonio christiano.

Nulla ratione ferri potest, Christum evexisse matrimonium ad dignitatem sacramenti.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

66. Matrimonii sacramentum non est, nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile, ipsumque sacramentum in una tantum nuptiali benedictione situm est.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851

67. Jure naturae matrimonii vinculum non est indissolubile et in variis casibus divortium proprie dictum auctoritate civili sanciri potest.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Augusti 1851; Alloc. *Acerbissimum* 27. Sept. 1852.

68. Ecclesia non habet potestatem impedimenta matrimonium dirimentia inducendi, sed ea potestas civili auctoritati competit, a qua impedimenta existentia tollenda sunt.

Litt Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

69. Ecclesia sequioribus saeculis dirimentia impedimenta inducere coepit, non jure proprio, sed illo jure usa, quod a civili potestate mutuata erat.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

70. Tridentini canones, qui anathematis censuram illis inferunt, qui facultatem impedimenta dirimentia inducendi Ecclesiae negare audeant, vel non sunt dogmatici, vel de hac mutuata potestate intelligendi sunt.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

71. Tridentini forma sub infirmitatis poena non obligat, ubi lex civilis aliam formam praestituat et velit hac nova forma interveniente matrimonium valere.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

72. Bonifacius VIII. votum castitatis in ordinatione emissum nuptias nullas reddere primus asseruit

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

73. Vi contractus mere civilis potest inter Christianos constare veri nominis matrimonium; falsumque est, aut contractum matrimonii inter Christianos semper esse sacramentum, aut nullum esse contractum, si sacramentum excludatur.

Litt. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851; Lettera di S. S. Pio IX al Re di Sardegna' 9. Settembre 1852; Alloc. *Acerbissimum* 27 Sept. 1852; Alloc. *Multis gravibusque* 17. Dec. 1860.

74. Causae matrimoniales et sponsalia suapte natura ad forum civile pertinent.

Litt. Apost. *Ad Apostolica* 22 Augusti 1851; Alloc. *Acerbissimum* 27. Sept. 1852.

NOTA. Huc facere possunt duo alii errores de clericorum coelibatu abolendo et de statu matrimonii statui virginitatis anteferendo. Confodiuntur prior in Epist. Encycl. *Qui pluribus* 9. Nov. 1846: posterior in Litt. Apost. *Multiplices inter* 10. Junii 1851.

§. IX. Errores de civili Romani Pontificis principatu.

75. De temporalis regni cum spirituali compatibilitate disputant inter se christianae et catholicae Ecclesiae filii.

Lit. Apost. *Ad Apostolicae* 22. Aug. 1851.

76. Abrogatio civilis imperii, quo Apostolica Sedes potitur, ad Ecclesiae libertatem felicitatemque vel maxime conduceret.

Alloc. *Quibus quantisque* 20. Apr. 1849.

NOTA. Praeter hos errores explicite notatos, alii complures implicite reprobantur, proposita et asserta doctrina, quam catholici omnes firmissime retinere debeant, de civili Romani Pontificis principatu. Ejusmodi doctrina luculenter traditur in Alloc. *Quibus quantisque* 20. Apr. 1849, in Alloc. *Si semper antea* 20. Maji 1850, in Litt. Apost. *Cum catholica Ecclesia* 26. Mart. 1860, in Alloc. *Novos* 28. Sept. 1860. in Alloc. *Jamdudum* 18. Mart. 1861, in Alloc. *Maxima quidem* 9 Junii 1862.

§. X. Errores qui ad Liberalismum hodiernum referuntur.

77. Aetate hac nostra non amplius expedit, religionem catholicam haberi tamquam unicam status religionem, ceteris quibuscumque cultibus exclusis.

Alloc. *Nemo vestrum* 26. Julii 1855.

78. Hinc laudabiliter in quibusdam catholici nominis regionibus lege cautum est, ut hominibus illuc immigrantibus liceat publicum proprii cujuscumque cultus exercitium habere.

Alloc *Acerbissimum* 27. Sept. 1852.

79. Enimvero falsum est, civilem cujusque cultus libertatem, itemque plenam potestatem omnibus attributam quaslibet opiniones cogitationesque pallam publiceque manifestandi conducere ad populorum mores animosque facilius corrumpendos ac indiferentismi pestem propagandam.

Alloc *Nunquam fore* 15. Dec. 1856.

80. Romanus Pontifex potest ac debet cum progressu, cum liberalismo et cum recenti civilitate sese reconciliare et componere.

Alloc. *Jamdudum cernimus* 18. Martii 1861.

I. S. Congregationis Episcoporum et Regularium Instructio ad regni Hungarici Archiepiscopos, Episcopos ceterosque Ordinarios.

Nr. 3026.

Quibus Hungaria agitatur temporibus catholicae religioni libertatique ecclesiasticae adversis, illud accidit sane iucundum, quod multi ex clericorum ordine non *quae sua sunt*, sed *quae Iesu Christi, quaerentes*, pro Dei Ecclesiaeque causa et pro fidelis populi utilitatibus, sedulam operam impendant, strenueque huc usque se gesserint. Hoc etenim felix est meliorum rerum auspicium, iuxta egregium illud S. Cypriani praeconium: *„Sacerdos Dei evangelium tenens et Christi praecepta custodiens occidi potest vinci non potest"* *(Epist. I. ad Cornel.)* At vero deplorandum est, non paucos quidem et de-

trectare laborem et reformidare pugnam. Cuius rei inquirentibus causas, ea potissimum apparet, huiusmodi clericos a spiritu, quem per manuum impositionem acceperant, desciviṡse, atque ea *quae mundi sunt* misere consectantes, defecisse omnino a genere virorum illorum, per quos salus in Israel efficiatur oportet.

Nemo igitur non videt quantum intersit ecclesiasticam disciplinam in regno hungarico relevari et confirmari, idque omni studio animorumque contentione et concordia perfici, ut clerici digni reddantur ministri Christi ac fideles dispensatores mysteriorum Dei, qui populum optimis virtutibus ornatum in viam veritatis et sanctitatis verbo et exemplo dirigant, eique in tantis communis patriae angustiis ad praelianda praelia Domini per arma iustitiae praeeant.

Quare ex Apostolica auctoritate ac nomine augusto SSmi D. N. LEONIS divina providentia Papae XIII, Sacra haec Congregatio negotiis et consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita ea, que sequuntur, ad Cleri disciplinam praecipue spectantia statuit atque decernit: pro certoque habet fore ut sacri Antistites et Ordinarii omnes regni hungarici, quorum *vigilantiam diligentiamque* pastoralem summus idem Pontifex in recenti ad ipsos epistola encyclica commendavit, novum hoc testimonium sollicitudinis caritatisque Eius animo gratissimo accipiant.

I. Singularem Episcopi curam eo intendant ut Clerum efficaciter revocent opportunisque remediis inducant ad plenam earum rerum observantiam, quas sacri canones et ecclesiasticae leges praescribunt quoad vitam et mores clericorum.

II. Quoniam vero huius vitae morumque fundamenta in dioecesanis Seminariis iaciuntur, Ordinarii nullum sedulitatis modum omittant, quo alumni in sortem Domini vocati optime instruantur sancteque educentur. Persuasum habeant, nihil in administratione episcopali esse, quod curam suam sollicitam et operosam aeque postulet, quam Seminarium, in quo totam spem salutis et profectus animarum, de quibus summo pastori Christo rationem reddituri sunt, positam esse constat. Itaque ad officium rectoris in primis virum eligant doctum, prudentem, Christi spiritu plenum, qui tum sermone tum opere adolescentes clericos probe recteque, sicut oportet, instituat et dirigat. Praefectum etiam pietatis constituant sacerdotem aetate maturum, gravem, experientia et usu vitae spiritualis eximium, gloriaeque divinae studiosum, qui non solum confessiones alumnorum audiat, sed eos etiam in exercitiis vitae clericalis, oratione, meditatione aliisque quasi manuducere, et ad virtutes sacerdotales comparandas vehementer incitare valeat. Neque alios magistros disciplinarum in Seminariis adhibeant, nisi qui alumnos, quum solida doctrina imbuere, tum vitae simul integritate et probitate exemplo suo informare possint. Cordi etiam sit episcopis, ut ipsi aliquoties per annum Seminarium visitent, in eoque visitationis munere tum de magistrorum diligentia, tum de progressu, quem in disciplina et studiis clerici fecerint, accurate inquirant *(Concil. prov. Mediol. sub S. Carolo Borr. I, tit. II, decr. 25)*, paternaque cum caritate alumnos alloquantur et cohortentur. Seminarii moderatores operam dent ut alumni, sin minus octavo quoque die, qui mos in plerisque Seminariis laudabiliter observatur, certe frequenter ad sacramentum poenitentiae frequentiusque ad divinam eucharistiam rite accedant. Universim, eo adnitantur ut adolescentes sibi commissi non externa tantum disciplina contineantur, vel quasdam tantummodo habilitates clericali statui proprias acquirant, sed id totis viribus agant ut ad pietatem veram studiumque gloriae divinae et salutis animarum accendantur, ut spiritum abnegationis vocationi ecclesiasticae suapte natura congruentem pectore concipiant et in solidis virtutibus quotidie magis adolescant. Quibus de rebus ea quoque valeant quae habentur in pontificiis litteris *Quod multum diuque,* ad Episcopus Hungariae datis die XXII. Augusti anno MDCCCLXXXVI.

Episcopi autem memores gravissimae Apostoli admonitionis: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis* (I. Tim. V, 22) summa cum diligentia explorent num forte sint qui, non vocati a Deo, seipsos sive ob quaestum sive ob ambitionem terrenamque quamcumque cupiditatem ad sacerdotium ecclesiasticumque ministerium intrudant, *quo quidem hominum „genere mercenariorum nihil infelicius ac miserius, nihil Ecclesiae Dei calamitosius esse potest“ (Catech. rom. de sacr. ord.* c. VII 3).

III. Sacerdotes quanta fieri possit maiore frequentia ad poenitentiae sacramentum accedant. Quotannis item per aliquot dies spiritualibus Exercitiis vacent: quo adiumento, si rite adhibeatur, nullum fortasse est aliud utilius ad spiritum in Clero resuscitandum et roborandum. Id autem quo melius exequi possint, Episcopi quolibet anno sacerdotes omnes, et, si videatur, etiam singulos exhortentur, vel vocent in Seminarium aliamve piam domum, ubi per aliquot dies spiritualibus commentationibus animum excolant, et propriae salutis et sanctificationis grande negotium agant. Opportune etiam Sacerdotes moneantur de gravi obligatione horas canonicas recitandi, studiisque maxime sacris impigre vacandi, ut officiis propriae vocationis digne utiliterque satisfacere possint.

IV. Sed imprimis Episcopi sedulo invigilent ut parochi eorumque adiutores obligationes proprii muneris fideliter expleant, cum plane certissimum sit sanguinem ovium suarum e manibus eorum a judice supremo repetitum iri. Et *„cum praecepto divino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oves suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini praedicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarum curam paternam gerere, et in cetera munia pastoralia incumbere“ (Conc. Trid. sess. XXIII, c. 1, de reform.)* propterea Episcopi *opportune importune*, ut monet Apostolus, *instent* ut viri ecclesiastici in cura animarum occupati, nulla in re negligentes et desidiosi inveniantur. Instent in sacra visitatione aliave quavis capta opportunitate, ut curiones nequaquam intermittant propriis ovibus adesse sive sacramentales confessiones excipiendo, sive infirmos visitando, sive moribundis adsistendo, sive catechesim impertiendo, sive evangelium ad captum populi explicando, sive denique fidelium pietatem alliciendo canonica piarum Societatum ac Sodalitiorum institutione vel sacrarum festivitatum celebratione, omnibusque operibus, quae religiosa proprii muneris solertia suggerit. Et quoniam nonnullis in locis parochi eorumque in cura animarum adiutores, ad fidelium confessiones audiendas praesto esse non soleant, nisi vocati, adeo ut, quod sane admodum dolendum est, plerique parochianorum vix unquam extra tempus paschale ad sacramenta accedant, Episcopi ex auctoritate agant ut parochi, maxime in maioribus sollemnitatibus licet non rogati, in confessionali se sistant paratosque se exhibeant, immo fideles frequenter exhortentur ut tam eximia salutis subsidia ne negligant et rite percipiant. Assidui quoque sint curiones in verbo Dei praedicando. Et cum, ut ait Chrysostomus, *„exemplo qui non praedicat, doctor miserabilis sit,“* sollicite curent Episcopi ut mores Sacerdotum plebi fideli offendiculo minime sint. Frustra enim a populo vitae christianae integritas quaeritur, si in eius pastoribus sancti mores non resplendeant. Quare fortiter constanterque, quum opus fuerit, Ordinarii exsequantur quae a sacris canonibus et maxime a Concilio Tridentino (*sess. XXV, c. 14, de reform.*) circa clericorum incontinentiam, emendationem et punitionem praescribuntur, *„ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas, Deo vindice, poenas persolvant“* (sess. XXII, c. 1, de reform.) *„Nullum enim*, teste Gregorio M., *ab aliis maius praeiudicium, quam a sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit dare de se exempla pravitatis cernit; quando ipsi peccant, qui compescere aliorum peccata deberent; nulla animarum lucra*

quaerunt, ad sua quotidie studia vacant, terrena concupiscunt, humanam gloriam intenta mente captant.“

V. Curent pariter Ordinarii ut homines, quos cultioris ingenii vulgus existimat, quibus alioquin nulla ut plurimum est Religionis cura nullaque eius vera cognitio, aut concionum ope, aut diariorum, quae elegantia sermonis et rerum gravitate commendentur, dogmata fidei ac praesertim divinam Ecclesiae constitutionem per Clerum edoceantur. Quod ut obtineatur, admodum expediet si catholicae consociationes iam pluribus in locis utiliter institutae latius propagentur.

VI. Peculiari itidem modo curent, ut doctrinae christianae in gymnasiis praeceptores, quorum officium sane gravissimum et perquam utile est, eligantur sacerdotes non minus doctrina quam vitae integritate conspicui, qui demandatum sibi munus diligenter exequantur, et praeterea adolescentibus auctores sunt, ut piis Congregationibus B. M. Virginis, vel sodalitatibus Ssmi Cordis Iesu vel sacratissimi Rosarii nomen dent, et sacramenta poenitentiae et et Eucharistiae saepius devoteque suscipiant. Agant quoque opportune Episcopi ut instructioni religiosae plus quam hucusque concessum est temporis tribuatur: prout res ipsa gravioris per se momenti ac verae necessitatis prae ceteris omnibus expostulat. Dent similiter operam ut in omnibus gymnasiis eadem lingua utentibus unus idemque liber ad religionem docendam adhibeatur. Cuius rei gratia Episcopis curae sit ut compendium huiusmodi, in manus discipulorum tradendum, a viro idoneo componatur, et ab ipsis examinatum et approbatum, in usum scholarum praescribatur. Evigilandum quoque ut etiam profanarum disciplinarum magistri mentem Ecclesiae in docendo, ut par est, observantes, religionem revereantur, atque magistro religionis non solum non adversentur, sed eum pro ratione muneris sui opportune etiam iuvent. Quod ut efficacius fiat, Episcopi meminerint ius libros scholasticos profanarum etiam disciplinarum designandi sibi vindicare.

VII. Insuper modis omnibus Episcopi adniti ne cessent, ut Universitas studiorum Budapestinensis, a Cardinali Petro Pazmany praeclarissimo viro condita et fere catholicorum institutis sustentata, reddatur catholicis, Episcoporum auctoritate regenda. Interim vero et donec religioni studiosorum melius provideatur, id saltem obtinere conentur, ut omnibus Dominicis festisque diebus, a sacerdote in primis idoneo ad alumnos academicos sermo habeatur, quo ea in primis catholicae doctrinae capita docte diligenterque explicentur ac demonstrentur, quae in vita publica aeque ac privata hodie maximè negligi solet et impugnari. Agant etiam Episcopi, ut in utraque Hungariae universitate, ad exemplum aliarum Academiarum, instituantur, institutique foveantur studiosorum coetus seu societates, eo proposito, tum ut iidem mutuo incitentur exemplo ad recte religioseque vivendum, ut in consuetis conventibus recolant ex veritate retractatum si quid acceperint in scholis catholicae veritati contrarium. Praeterea optimum factu erit si in coetibus suis ducta ex variis disciplinis themata certatim enucleent, propositis praemiis allecti.

VIII. Et quia de christiana civitatum constitutione, de civium officiis, de amore patriae, similibusque de rebus praeposterae et exitiosae opiniones obtinent inter cultiores praesertim homines, ideo instent Episcopi ac locorum Ordinarii ut per sacros concionatores crebro inculcentur Ecclesiae documenta, quae precipue Encyclicis Litteris *„Immortale Dei“* et *„Sapientiae christianae“*, sunt tradita.

IX. Episcopi vehementer hortentur parochos et catechistas fidelium hungarica lingua non utentium, ut debito quidem obsequio satisfaciant civili legi, qua pueri in scholis solerter doceri debent linguam hungaricam; at doctrinam christianam non antea eis hungarico idiomate tradant, quam pueri eamdem linguam plene didicerint. Hoc aeque puerorum aeterna salus et reipublicae bonum postulat. Similiter parochis et eorum adiutoribus praecipiant, ut non antea hungarica lingua in concionibus utantur, quam compertum habeant eam a parochianis probe intelligi. Quod si

parochiani aliis atque aliis linguis utantur, nec omnes hungaricum idioma sufficienter intelligant, parochi omnem dent operam, ut iis quoque fidelibus verbum Dei in propria linqua convenienter annuntietur.

X. De Sodalitatibus, quae ad scopum culturae popularis promovendae institutae sunt, quum omnibus hominibus quamlibet religionem profitentibus pateant, neque catholicam formam institutionemque prae se ferant, idcirco iniungant Episcopi parochis ut diligentissime caveant, ne fideles, eas adeuntes sodalitates, sensim sine sensu indifferentismi errore venenoque inficiantur, aut simile huic aeternae salutis detrimentum aliud incurrant.

XI. Praestat quammaxime singulis provinciis suas esse catholicas ephemerides, plures etiam quam quae in aliquibus locis numerantur, et non hungarico tantum sed alio quoque idiomate conscriptas, prout cuiusque mos fert provinciae, et ad captum intelligentiae populi acommodatas.

XII. Hisce itaque in profectum ecclesiasticae disciplinae et in bonum fidelium praestitutis, multum sane efficacitatis ad optatum exitum accedet ex ipsa Ordinariorum sollertia. Qui quidem in omnibus seipsos exemplum praebentes bonorum operum, in doctrina, in integritate et gravitate (*Ad Tit. II, 7*), omni certe pastorali sollicitudine hanc ordinationem debitae exsecutioni mandabunt, districteque suo quisque Clero praecipient ut eidem morem gerant. singulasque eiusdem praescriptiones diligenter adimpleant, Atque in hunc finem Ordinarii in pastoralibus visitationibus, statis temporibus peragendis, rationem specialiter de exacta perfectaque earum omnium observantia a singulis clericis exquirant; et si quos invenient desidiosos extimulent, si quos negligentes redarguant, si quos recalcitrantes castigent. Omni insuper quo praestant zelo diligentissime curent ut ecclesiastica beneficia non modo denegentur indignis, sed dignioribus omnine conferantur: atque ad id facilius obtinendum sese interponere etiam, quoad fieri poterit, ne praetermittant apud eos, qui patronatus aut electionis iure gaudent, eosdem opportune commonentes de pergravi iudicio, quod apud Deum et homines subituri sunt, quoties ecclesiastici reditus, qui instituti sunt pro decenti tuitione operariorum vineam Domini utiliter excolentium, in alium usum ab se convertantur, ac operariis inutilibus aut prorsus indignis pro lubitu ac iniuria tradantur.

Romae die 28. Maii 1896.

† *I. Card. Vergu, Praef.* *V. Trombetta, Pro-Secr.*

GEORGIUS m. p.

De iis, quae personas Reverendissim. Episcoporum concernunt.

Synodi provincialis decreta. Anno MDCXI. Tyrnaviae celebratae.

Si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina, et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam; sanguinem ejus de manu speculatoris requiram. (Const. syn. pag. 13. ss.)

Amplum, et illustre munus est concreditum Episcopis, quos, participata muneris sui functione, princeps Pastorum Christus animis hominum Divina lege imbuendis praefecit: coelos pandere, vel obserare dedit: Non igitur ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, sed ad labores, et solicitudines pro DEI gloria vocati sunt Episcopi. Nam, ut recte S. Bernardus monuit: Et Propheta, cum assumeretur, audivit; Ut evellas, et destruas, et dissipes, et disperdas, aedifices, et plantes. Quid horum fastum sonat? rusticani magis sudoris schemate quodam labor spiritualis expressus est. Sicut ergo sidera splendorem habent, sed ut mortalium usibus deserviant: ita Episcopi dignitatem, sed cum munere, officioque devinctam operoso. Quocirca, ut ex asse hoc munere fungi, et defungi possint Praesules Ecclesiae, non modo finis, ac scopus vocationis suae assiduae obversari animis ipsorum debet: verum etiam periculi magnitudo, in qua versari eos necesse est, qui de tot animarum millibus, pretioso Christi sanguine redemptis,

strictissimam DEO sunt reddituri rationem. Si ergo latens sub modio inquit S. Bernardus, non quidem lucens, sed fumigans, ventorum tamen impetus, nec sic declinare sufficio; sed continuis tentationum, variisque fatigatus incursibus, instar ventro agitatae arundinis huc illucque circumferor; quid positus supra montem? positus supra candelabrum? solus mihi servandus, solus tamen mihi sunt scandalo, solus taedio, solus cruci, solus periculo ita, ut propriae gulae, et ventri, et oculo scandalizanti frequenter irasci oporteat. Quibus ergo molestiis angitur, cui etiamsi propria cessarint, nunquam tamen de alienis desunt foris pugnae, intus timores? Periculi igitur magnitudo, officiique nostri ratio remisios, ac langüidos non patitur Episcopos. Verum, ut aliqua singillatim annotemus, quae in usum revocari plurimum interest Ecclesiae:

I. Domini Episcopi, ut primo quoque tempore *Confirmationis, et Consecrationis beneficium* obtineant, laborare debebunt, memores Decreti Sacro-Sancti Concilii Tridentini Sess. 23. c. 2.

II. Saluberrimus *usus Synodorum Provincialium, ac Dioecesanarum* in usum est revocandus; In Dioecesana vero Synodo cum alia, quae apta videbuntur, ordinari poterunt; tum dispiciendum, an ea, quae in hac Synodo statuta sunt, in usum deducta sint, ac diligenter observata.

III. Non postremum in recte administranda Ecclesia locum obtinet, *Visitatio Ecclesiarum, et Parochorum*, quam annis singulis institui debere vel per se ab Episcopis, vel, si legitime impediantur, per alios sacri Canones decreverunt; ac jura Inclyti Regni Hungariae, usu roborata, praescribunt. Idque ea modestia fieri jubent Canones, ut sine ulla avaritiae specie, ac munerum acceptione peragatur: hoc solum spectando, ut sana, ac fructuose Sacramenta administrentur: bona, ac proventus Parochiarum conserventur. Archi-Diaconos ergo poenis Ecclesiasticis cogant Episcopi, ut Parochias, quae ad ipsorum inspectionem spectant, consignatas habeant, ac annis singulis visitent, et visitationem in scripto offerant Episcopo.

IV. Pleraque Hungariae Ecclesiae vulnera inflicta scimus vel ob *penuriam Sacerdotum*, vel ob eorum, qui suppetunt, minus sufficientem in doctrina, ac pietate progressum. Fit enim saepe, ut Parochia Catholica multis annis Parocho destituatur, eaquae de causa populus vel ad vicinum Acatholicum confugiat Baptismi potissimum percipiendi, et Concionis audiendae causa, vel, ne pecudis instar vivere videatur, Ministros Acatholicos, passim ubique pullulantes, conducat. Saepe item Parochus, Catholice ordinatus, vel ob supinam ignorantiam, vel ob corruptos, ac depravas mores tepescere in animis miserae plebeculae Religionis Catholicae ardorem sinit, donec sensim sine sensu a fidei desciscat. Quamobrem duo illa cumprimis necessaria videntur. Primo: ut nullis sumptibus, nullis laboribus parcant Episcopi in erudienda juventute, quae ad sacros ordines dignoscitur: et de erigendis juxta Tridentinae Synodi decreta scholis provideant. Secundo: in collatione sacrorum Ordinum summa diligentia observetur Decretum Concilii Tridentini; Ne quis videlicet ad sacros ordines promoveatur, nisi genus, institutio, doctrina, mores, ac fides ipsius diligenter examinetur. Si qui vero ex aliena Dioecesi ad Ordines venerint: nec Capitulorum, nisi in casu, a Concilio Tridentino admisso, Sess. 7. cap. 10. nec cujusvis alterius testimonio, ac commendatione promoveantur: nisi a proprio Episcopo probitatis, ac morum testimonium adferant: aut triennio cum Episcopo fuerint commorati. Qua quidem in re constientiam Vicariorum, ac caeterorum, qui ad examinandum deputati sunt, obligatam volumus. Quia vero ea vel maxime de causa Parochias detrectare nonnuli videntur, quod, ubi semel in Parochiam missi sunt, spem nullam videantur habere de promotione eo, quod ad Canonicatus ii plerumque promoveantur, qui ante oculos, et ad latus Praelati versantur; habeatur ratio eorum in promotionibus ad Canonicatum, qui in Parochiis bene, ac fructuose cum aedificatione populi fuerint versati.

V. *Duo abusus* contra sacrorum Canonum praescriptum inoleverunt *inter eos, qui Sacris initiantur:*

Prior est: quod post ordinationem libere ad quaevis loca pro suo arbitratu commigrant, Parochias absque Episcopi facultate, et praevio examine occupant, ac, ubi collibitum illis fuerit, mutant sedes, non consulto Ordinario. Quod quia sacris Canonibus, ac rectae administrationi, salutique animarum adversatur, multaque secum trahit incommoda, ac pericula; idcirco districte inhibemus, ne ullus in posterum Parochiam ullam obtineat, nisi a loci Ordinario facultatem in scripto (gratis per omnia ab Episcopo dando) obtineat. Et, si quando Parochia mutanda est, simili formula obtineatur licentia, serveturque Canon Sydoni Tridentinae: ut, si quis sine licentia Ordinarii locum deseruerit, ei Sacrorum exercitium interdicatur. Episcopi vero decretum Synodi Tridentinae, Sess. 24. c. 18. de examinandis iis, quibus animarum cura concreditur, observabunt. Et antequam cura Parochiae alicui commitatur, Professionem fidei juxta Canones emittat. Apostatae vero Monachi ad Parochias non admittantur.

Alter ille est Abusus: quod statim, ac ad sacrum Presbyteratus Ordinem promoventur, absquae ulla Episcopi licentiae Confessiones excipiant. In posterum igitur observetur decretum Concilii Tridentini: nullus ad audiendas Confessiones admittatur, nisi aut examine praevio licentiam obtineat, aut alia ratione idoneus reperiatur. Eo autem tempore, quo licentia conceditur, Vicarius, ac alii, ad hoc destinati, explicabunt praecipua capita Casuum reservatorum, qui crebriores esse solent.

VI. Qui ad sacros Ordines promovendi sunt, *Catholicae fidei professionem coram Vicario faciant:* ejusque rei testimonium, propria manu subscriptum, relinquant. Insuper, ut *Concubinariorum sacrilegio occuratur,* cum se sponte, ac libere in ea aetate, quae perfecte judicare potest, ad castitatem adstringant: Episcopus eos muneris sui commonefaciat ante

Subdiaconatum, ad operam, et cautelam omnem adhibeat: ut a sancto proposito non desciscant. Habeat porro Vicarius librum in Capitulo asservandum, in quo Ordinatorum nomina custodiantur: ne, quod hucusque factum est, mortuo Episcopo, liber quoque pereat, in quo Ordinatorum nomina continentur.

VII. Reverendissimi *Episcopi, ut suo muneri satisfaciant,* duo illa, a Concilio Tridentino sibi praescripta, diligentissime observare nitantur.

Primo: Ut (quod proprium est Episcoporum) teneantur per se ipsos. si legitime impediti non fuerint, ad praedicandum Evangelium. ac oves sibi commissas pabulo coelesti pascendas. Itaque nullo modo committant, quin saepius in anno per seipsos ad populum verba faciant. Vae enim illis, si non evangelizaverint. Dominos quoque Canonicos, praesertim festivis diebus, ad vicinos pagos Episcopus emittat, cum necesitas exigit. Imo ad parochias queque regendas sine jactura proventuum Capitularium, consuetudinibus, ac privilegiis non obstantibus, cum ita expedire vipebitur, destinabit. Et qui detractarent haec ministeria, puniantur. Haec tamen fieri debebunt sine intermissione Divini Officii in Ecclesiis Cathedralibus. Et proventus Parochiae pro rata laboris parte percipiat is Canonicus, qui onera Parochiae obibit.

Secundo: Aurea illa ejusdem Concilii verba non solum in oculis, ac corde circumferant Episcopi, verum etiam moribus exprimere nitantur, quae sic habent. Dubitandum non est, fideles ad Religionem, innocentiamque facilius inflammandos, si praepositos suos viderint non ea quae mundi sunt, sed animarum salutem, ac coelestem patriam cogitantes. Haec cum ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam praecipua esse sancta Synodus advertat: admonet Episcopos, ut secum ea saepius meditantes factis ipsis, ac vitae actionibus, quod est veluti perpetuum praedicandi genus, se muneri suo conformes ostendant. In primis vero

mores suos ita componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiae, ac, quae nos tantopere commendat Deo, sanctae humilitatis exempla petere possint. Quapropter non solum jubet: ut Episcopi modesta supellectili, et mensa, ac frugali victu contenti sint, vorum etiam in reliquo vitae genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod a sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum praeseferat. Omnino vero iis interdicit, ne ex redditibus Ecclesiae consanguineos, familiaresque suos augere studeant.

VIII. *Episcopi,* nisi legitime impediantur, *crebro ac diligenter Sacrorum celebrationi studeant.* Diebus certe festivis nec ipsi, nec Canonici intermittere debent, quin pro se, ac populo incruentum Deo Sacrificium offerant: Concionibus item Sacris et ipse intersit Episcopus, et Canonicos interesse jubeat. Nec solum horas Canonicas, quas sub peccato mortali, ac obligatione insuper restitutionis fructuum perceptorum quotidie tenentur persolvere, devote ac attente recitent: verum etiam perenni orationis studio, assiduaque divinarum rerum meditatione animum a terrenis avocent, ac coelestibus jam nunc assuefaciant deliciis, sine quibus contemni haec, quae videntur caduca, ac fluxa, haud possunt.

IX. *Familiam probatam habeant Episcopi:* Numerus quoque eorum is fit, qui necessitati serviat, ne ea, quae pauperibus largienda essent, inutiliter absumant. Habeat Episcopus certos destinatos anni solemniores dies, qnibus famuli, quos Catholicos habuerit, ab ipso Episcopo sacram Synaxim percipiant.

X. Quia fit nonnunquam, ut ex merito plebis Episcopi quoque depraventur: diligenter attendant Episcopi, ut *gliscentium in plebe flagitiorum semina in herba opprimantur,* ne, si invalescant, remedium omne respuant, ac fiant incurabilia. Itaque superstitiosas curationes vetularum, Blasphemias, Ebrietates, et qui passim invalescere caeperunt, usurarios contractus gravissime pro Concione insenctentur, ac, si opus

sit. poenis Ecclesiasticis, et temporalibus delinquentes puniant.

XI. *Pleraque templa, in bonis Praelatorum* superioribus bellis *desolata,* etiamnum deserta manent; quamobrem curandum est, ut hac in parte Viris saecularibus exemplo praeluceant, ac subditos ad restaurationem templorum omnino cogant: ac ipsi quoque opem aliquam conferant, quo facilius Dei cultus restitui in iis locis possit.

Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri Domini Pii, Divina providentia Papae IX.

Constitutio super vicariis capitularibus nec non electis et nominatis ad sedes episcopales vacantes.

PIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei ad perpetum rei memoriam.

Romanus Pontifex, pro munere sibi divinitus collato regendi ac gubernandi universam Christi Ecclesiam, non solum SS. Canonum observantiam urgere, sed etiam illorum certum et authenticum sensum declarare satagit, si quando quidpiam dubitationis in aliquo occurat, ne diversis interpretationibus materia praebeatur, atque inde Ecclesiasticae disciplinae unitas rumpatur, cum magno Ecclesiastici regiminis detrimento.

Sane juxta antiquam Ecclesiae disciplinam, Sede Episcopali vacante Dioecesis administratio ad Capitulum Cathedralis Ecclesiae devolvitur; quod olim per se ipsum Dioecesim, toto tempore, quo Sedes vacabat, administrare poterat, vel uni, aut pluribus Dioecesim administrandam committere, libera eidem relicta potestate deputatos eligendi, eisque delegatam jurisdictionem, sive quoad usum, sive quoad tempus arctandi, et constringendi.

At vero Concili Tridentini Patres animadvertentes gravissima, quae passim oriebantur incommoda ex administratione viduatae Ecclesiae coetui personarum diversi fere ingenii concredita, ad ea vitanda sapienter decreverunt: ut

Capitulum, sede vacante, Officialem seu Vicarium, infra octo dies post mortem Episcopi, constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in jure canonico sit Doctor, vel Licentiatus, vel alias quantum fieri poterit idoneus. Si secus factum fuerit ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur, et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut praefertur, negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, et propinquior Episcopus in exempta Vicarium possit constituere. (Sess. 24. Cap. 16. de ref.)

Hujusmodi vero decretum variae interpretati sunt privati canonicarum rerum scriptores. Quidam enim censuerunt posse Capitulum in constituendo Vicario aliquam jurisdictionis partem sibi reservare; alii putaverunt fas esse Capitulo ad certum tempus Vicarium deputare; nec defuerunt qui arbitrati sunt, licere Capitulo Vicarium pro arbitrio removere, et alium substituere.

Recensitae Scriptorum sententiae a nonnullis Capitulis libenter exceptae sunt: quo factum est, ut in hac re tam magni momenti disciplinae uniformitas deficeret, et Tridentinum decretum optatum finem plene non attingeret. Quamvis autem SS. Urbis Congregationes has sententias, suis responsis in casibus occurentibus, pluries reprobaverint, ita ut ex earum responsis manifeste appareat, quae fuerit mens Patrum Tridentinorum in edendo decreto superius relato; attamen cum nondum omnia ubique ad eam mentem exigi videamus, ad submovendam prorsus quamlibet dubitationis causam vel obtentum, iisdem responsis et declarationibus Apostolicae auctoritatis robur adjiciendum censemus. Quocirca Motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione Nostra deque Apostolicae Potestatis plenitudine et declaramus et decernimus: *totam ordinariam Episcopi jurisdictionem, quae vacua Sede Episcopali ad Capitulum venerat, ad Vicarium ab ipso rite constitutum omnino transire, nec ullam hujus jurisdictionis partem posse Capitulum sibi reservare, neque posse ad certum et definitum tempus Vicarium constituere multoque minus removere, sed eum in officio permanere quousque novus Episcopus Litteras Apostolicas de collato sibi Episcopatu Capitulo, juxta Bonifacii VIII. Praedecessoris nostri Constitutionem, vel Capitulo deficiente, ei exhibuerit, qui, ad normam SS. Canonum, vel ex speciali S. Sedis dispositione, vacantem Dioecesim administrat vel ejusdem Administratorem, Vicarium deputat.*

Quamobrem pro nullis habendae sunt limitationes, seu quoad jurisdictionem, seu quoad tempus adjectae a Capitulo electioni Vicarii Capitularis, qui idcirco, iis non obstantibus, officium semel sibi rite collatum, toto tempore, quo Sedes Episcopalis vacua fuerit, totamque ordinariam jurisdictionem Episcopalem libere et valide exercere perget, donec novus Episcopus Apostolicas canonicae suae institutionis Litteras, ut diximus, exhibeat.

Hac autem occasione declaramus etiam, et decernimus ea, quae a Gregorio X. Decessore Nostro in Concilio Lugdunensi 2° de electis a Capitulis, constituta sunt comprehendere etiam nominatos, et praesentatos a Supremis publicarum rerum Moderatoribus, sive Imperatores sint, sive Reges, sive Duces, vel Praesides, et quomodocumque nuncupantur, qui ex S. Sedis concessione, seu privilegio jure gaudent nominandi, et praesentandi ad Sedes Episcopales in suis respectivis ditionibus vacantes, abolentes idcirco, cassantes, et poenitus annullantes usum, seu potius abusum sub quovis titulo, vel praetenso et asserto privilegio, quaesito colore, et quacumque causa, licet speciali expressa mentione digna, in quibusdam Regnis seu regionibus praesertim longinquis invectum, quo capitulum Ecclesiae Cathedralis vacantis obsequens invitationi seu mandato licet verbis deprecatoriis concepto, supremae civilis potestatis concedere, et transferre praesumit, ac de facto concedit et transfert in nominatum et praesentatum ad eamdem Ecclesiam illius curam, regimen et administrationem, eamque nominatus et praesentatus sub nomine Provisoris, Vicarii Generalis, aliove nomine gerendam

suscipit ante exhibitionem Litterarum Apostolicarum, uti superius dictum est, de more faciendam, remoto proinde Vicario Capitulari qui ex juris dispositione toto tempore vacationis Ecclesiae eam administrare, ac regere debet. Confirmantes autem alia etiam Decessorum Nostrorum, et praesertim sa: me: Pii VII. Decreta et dispositiones, declaramus et decerminus, ut si interea Vicarius Capitularis decesserit, aut sponte suo muneri renuntiaverit, aut ex alia causa officium ipsum legitime vacaverit, tunc Capitulum, vel Capitulo deficiente, qui potestatem habet deputandis vacandis Ecclesiae Administratorem, seu Vicarium, novum quidem Vicarium, vel Administratorem eligat, nunquam vero electum in Episcopum a Capitulis aut a laica potestate nominatum seu praesentatum ad dictam ecclesiam vacantem, cujus electionem ac deputationem, si eam capitulum, vel alius, uti supra, peragere praesumpserit cassamus, anullamus, et omnino irritam declaramus.

Confidimus autem Dignitates, et Canonicos Cathedralium Ecclesiarum vacantium, ac illos qui, deficientibus Capitulis, Vicarios deputant, aut vacantes Ecclesias legitime administrant, plene exequuturos quae hisce Nostris Litteris declarata et decreta sunt: ubi vero, quod Deus avertat, ea exequi detractaverint, ac concedere et transferre in nominatum et praesentatum ad eamdem Ecclesiam ejus curam, regimen et administrationem sub quovis titulo, nomine quaesito colore ausi fuerint, praeter nullitatem jam decretam praedictae concessionis et translationis, praefatos Canonicos ac Dignitates excomunicationis majoris, nec non privationis fructuum Ecclesiasticorum beneficiorum quorumcumque aliorumque redituum Ecclesiasticorum per eos respective obtentorum, similiter eo ipso incurrendis poenis innodamus, et innodatos fore decernimus. et declaramus; ipsarumque poenarum absolutionem seu relaxationem nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat specialiter reservamus.

In easdam poenas pariter reservatas ipso facto incurrunt nominati, et praesentati ad vacantes Ecclesias, qui earum curam, regimen, et administrationem suscipere audent ex concessione, et translatione a Dignitatibus et Canonicis aliisque, de quibus supra, in eos peractam, nec non ii, qui in praemissis paruerint, vel auxilium, consilium, aut favorem praestiterint, cujusque status, conditionis, praeeminentiae, et dignitatis fuerint.

Praeterea nominatos, et praesentatos jure, quod eis per nominationem et praesentationem forte quaesitum fuerit, decernimus eo ipso privatos.

Si vero aliqui ex praedictis Episcopali charactere sint insigniti, in poenam suspensionis ab exercitio Pontificalium, et interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto, absque declaratione incidunt, S. Sedi pariter reservatam.

Insuper quaecumque a sic nominatis et praesentatis in administrationem vacantium ecclesiarum intrusis fiant, mandentur, decernantur et ordinentur cum omnibus et singulis inde quovis modo sequutis, et a non habentibus potestatem damnabiliter attentata, et de facto praesumpta, nulliusque valoris, momenti, et efficaciae esse, et perpetuo fore tenore praesentium declaramus et decerminus, illaque damnamus et reprobamus.

Haec volumus, statuimus, ac mandamus, decernentes has nostras Litteras, et omnia in eis contenta nullo unquam tempore a nemine cujusque conditionis, et dignitatis etiam Imperialis, et Regiae, sub quovis titulo, quaesito colore, ac praetenso et asserto privilegio, quod si forte sit, cassamus, et annullamus, infringi, impugnari, vel in controversiam revocari posse, sed semper firmas et efficaces existere et fore, suosque plenarios, et integros effectus semper sortiri et obtinere debere. Non obstantibus Apostolicis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Nostris et Cancellariae Apostolicae regulis, praesertim de jure quaesito non tollendo caeterisque etiam speciali mentione dignis contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut facta harum Litterarum publicatione per affixionem transsumptorum ad valvas Basilicarum Urbis. etc.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Domini Millesimo Octingentesimo Septuagesimo tertio. quinto Kalendas Septembris. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo octavo.

F. Card. Asquinius.

Constitutiones circa regulares

a) Decretum S. Congr. super statu Regularium 25. Jan. 1848, de litteris testimonialibus eorum, qui in Ordinem aut Congregationem recipiantur.

Romani Pontifices pro eorum pastorali cura, qua semper regularium familiarum bono et splendori prospicere non omiserunt, illud Superioribus pro viribus commendarunt, ut antequam ad religiosum habitum postulantes reciperent, de illorum vita, moribus ceterisque dotibus et qualitatibus sedulo inquirerent, ne indignis ad religiosas familias, non sine maximo illarum detrimento, ostium adaperirent. Verum quamlibet Moderatores Ordinum diligentiam adhibeant in informationibus exquirendis, in gravi tamen ut plurinum versantur periculo deceptionis, nisi a locorum Antistitibus testimonium exquirant circa eorum qualitates, qui ad habitum religiosum admitti postulant; Ordinarii enim vi pastoralis officii oves suas prae caeteris agnoscere possunt, et saepe saepius ea manifestare impedimenta, quae alios latent. Haec animadvertens Sanctissimus D. N. Pius PP. IX. audito voto S. R. E. Cardinalium hujus S. Congregationis super statu Regularium attentisque postulationibus nonnullorum Epporum, praesenti decreto ubique locorum perpetuis futuris temporibus servando haec, quae sequuntur, Apostolica auctoritate statuit atque decernit:

1. In quocunque Ordine, Congregatione, Societate, Instituto, Monasterio, Domo, sive in iis emittantur vota

solemnia, sive simplicia et licet agatur de Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, Institutis, Monasteriis ac Domibus, quae ex peculiari privilegio, etiam in corpore juris clauso, vel alio quovis titulo in decretis generalibus non comprehenduntur, nisi de ipsis specialis, individua et expressa mentio fiat, nemo ad habitum admittatur absque testimonialibus litteris tum Ordinarii originis tum etiam Ordinarii loci, in quo postulans post expletum decimum quantum annum aetatis suae ultra annum moratus fuerit.

2. Ordinarii in praefatis litteris testimonialibus, postquam diligenter exquisiverint etiam per secretas informationes de postulantis qualitatibus, referre debeant de ejus natalibus, aetate, moribus, vita, fama, conditione, educatione, scientia; an sit inquisitus, aliqua censura, irregularitate, aut alio canonico, impedimento irretitus, aere alieno gravatus, vel redendae alicujus administrationis rationi obnoxius. Et sciant Ordinarii eorum conscientiam super veritate expositorum oneratam remanere, nec ipsis unquam liberum esse hujusmondi testimoniales litteras denegare; in iisdem tamen super praemissis singulis articulis ea tantum testari debere, quae ipsi ex conscientia affirmare posse in Domino judicaverint.

3. Omnibus et singulis Superioribus regularibus aliisque Religiosis, ad quos spectat, cujuscunque gradus sint et instituti, licet exempti et privilegiati ac de necessitate exprimendi, etiam in virtute sanctae obedientiae hujus decreti observantia districte praecipitur, et qui contra hujus decreti tenorem aliquem ad habitum religiosum receperit, poenam privationis omnium officiorum vocisque activae et perpetuae inhabilitatis ad ulla in posterum obtinenda eo ipso incurrat, a qua nonnisi ab Apostolica Sede poterit dispensari.

4. Vi cujuscumque privilegii, facultatis, indulti, dispensationis, approbationis regularum et constitutionum etiam in forma specifica, quam ab Apostolica Sede aliquis Ordo, Institutum, Superior, Religiosus consequeretur, nunquam huic

*

decreto derogatum esse censeatur, nisi ei expresse et nominatim derogetur, licet in concessione derogatoriae generales quantumvis amplae aponantur. Quod si alicui instituto expresse et nominatim dispensatio super eodem decreto aliquando concedi contigerit, aliis minime extendi poterit vi cujuscunque privilegii et communicationis privilegiorum.

5. Quolibet anno die prima Januarii in publica mensa hoc decretum legatur sub poena privationis officii ac vocis activae et passivae a Superioribus ipso facto incurrenda. Ne autem hujus decreti observantia aliqua ratione, titulo, praetextu impediatur, Sanctitas Sua quibuscunque in contrarium facientibus constitutionibus, regulis et statutis cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, Instituti, Monasterii, Domus, etiam in forma specifica ab Apost. Sede approbatis, nec non cuilibet privilegio, licet in corpore juris clauso et Apostolicis Constitutionibus ac decretis confirmato ac expressa, individua, speciali et specialissima mentione digno, aliisque contrariis quibuscumque prorsus derogat et derogatum esse declarat.

b) Litterae encyclicae S. Congregationis super statu Regularium 19. Martii 1857 de votis simplicibus post novitiatum in religiosis virorum familiis.

Neminem latet, tristissimis hisce temporibus, quibus inimici crucis Christi humana divinaque omnia pessumdare ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus tanquam ovis morbida electum Christi gregem inficiat, vel verae vocationis expers, et suscepti instituti poeniteat et gravem sodalibus molestiam afferat cum disciplinae perturbatione et regularis observantiae discrimine. Hinc porro evenit, ut qui ex adverso sunt contra Regulares Familias licet de

Christiana et civili republica optime meritas pleno ore blaterent, et culpam quae paucorum est in universum coetum conferant. Ex quo non levi religionis damno debita Christiani populi erga religiosas familias opinio et reverentia vel maxime imminuta. Siquidem Regulares viri propriae vocationis assidue memores esse debent, et omnium virtutum splendore fulgere atque ex proprii Instituti regula nullis curis nullisque laboribus parcere, ut majorem Dei gloriam ac sempiternam hominum salutem procurare queant. Quod si semper, hisce praesertim temporibus ab ipsis majore studio et contentione est praestandum, cum populi licet omnigenis insidiantium hominum erroribus fraudibusque misere decepti, tamen et veritatis luce ac sanctissimae nostrae religionis auxilio se maxime indigere sentiant. Quocirca Regurales Viri, qui auxiliares Ecclesiae milites merito semper dicti et habiti sunt, nihil nunc intentatum relinquere debent, ut qua opera, qua voce, qua exemplo errorum tenebras dissipent, hominumque mentes divinae nostrae religionis lumine illustrent, errantes in omni bonitate, patientia ac doctrina ad veritatis et salutis semitas perducant, vitiorum germina radicitus evellant, ac pietatem, religionem omnemque virtutem ubique foveant, excitent ac propagent. Ut autem haec prospere feliciterque agere et consequi valeant, caritatem inprimis prae se ferant oportet, quae virtutum omnium parens et altrix quaeque patiens atque benigna omnia suffert, omnia sustinet et idcirco necesse est, Religiosos ipsos Viros arctissimo caritatis vinculo inter se esse conjunctos, quo concordissimis animis consociatisque studiis praeliantes bella Domini et quaerentes unice quae Christi sunt, possint Dei ejusque sanctae Ecclesiae regnum magis in dies extendere. Cum igitur Ecclesia prudenti quadam oeconomia ingruentibus malis juxta rerum ac temporum adjuncta provide sapienterque occurrere soleat, SSmus D. N. Pius PP. IX. Religiosos Ordines praecipua benevolentia prosequens et ab iis hujusmodi mala avertere summopere

cupiens rem deferendam voluit ad S. Congregationem super Statu Regularium, ut Patres Cardinales, rebus accurate discussis, proponerent quidquid in Domino expedire existimassent. Itaque auditis eorundem Cardinalium sententiis universaque rei ratione sedulo perpensa, haec quae sequuntur, quoad Religiosas virorum Familias, in quibus solemnia vota emittuntur, ex Apostolicae Auctoritatis plenitudine statuit atque decernit et ab omnibus ad quos spectant ex obedientiae praecepto observari et executioni demandari districte jubet et contrariis quibuscunque etiam speciali et individua mentione et derogatione dignis derogat ac plene derogatum esse declarat. *Peracta probatione et novitiatu ad praescriptum S. Concilii Tridentini, Constitutionum Apostolicarum et statutorum Ordinis a S. Sede approbatorum, Novitii vota simplicia emittant, postquam expleverint aetatem annorum sexdecim ab eodem Tridentino Concilio statutam vel aliam majorem, quae forsan statutis proprii Ordinis a S. Sede approbatis requiratur; et quoad Laicos et Conversos, postquam ad eam pervenerint aetatem, quae in Const. Clementis VIII. incipiente* In Supremo *praefinita est. Professi post triennium a die, quo vota simplicia emiserint, computandum, si digni reperiantur, ad professionem votorum solemnium admittantur, nisi fortasse pro aliquibus locis, uti nonnullis Institutis indultum est, professio votorum simplicium ad longius tempus concessa fuerit. Poterit vero Superior Generalis ac etiam Superior Provincialis ex justis et rationabilibus causis professionem votorum solemnium diferre, non tamen ultra aetatem annorum viginti quinque expletorum. Si vero in Ordine seu Instituto Provinciales non habeantur, eadem differendi professionem votorum solemnium facultas attribuitur etiam Superiori Domus Novitiatus, de consensu tamen magistri Novitiorum et duorum Religiosorum, qui in Instituto aliquo gradu insigniti sint. Decreta S. Congregationis super Statu Reg. incipientia* Romani Pontifices *et* Regulari disciplinae *anno 1848 promulgata omnino serventur in receptione ad habitum, Novitiatum et professionem votorum simplicium.* Quae de votis simplicibus emittendis superius sancita sunt, servanda erunt ralative ad eos, qui post datum praesentium ad habitum admittentur. Haec sunt, quae Tibi ex mandato Sanctitatis Suae significanda erant, ut ea Religiosis tuo regimini subjectis denunties et interim fausta a Deo adprecor.

c) Declarationes ad Encyclicam *Neminem latet* per S. Congr. super Statu Reg., 12. Junii 1858. editae.

SSmus D. N. Pius PP. IX. attentis precibus Magistri Generalis Ordinis Praedicatorum S. Dominici haec, quae sequuntur, circa naturam et qualitatem votorum simplicium in encyclicis litteris hujus S. Congregationis super Statu Reg. die 19. Martii 1857 praescriptorum et circa obligationes ac privilegia illorum qui ea emittent, pro eodem Ordine Praedicatorum decernenda statuit, prout praesentis Decreti tenore Apostolica auctoritate decernit atque constituit.

I. Vota simplicia, de quibus agitur, perpetua erunt ex parte voventis utpote, quae tendunt ad emittenda deinde vota solemnia, in quibus perfectionem et complementum accipient.

II. Eorundem votorum simplicium dispensatio reservata est Romano Pontifici, cui professi gravibus urgentibus causis praeces porrigere poterunt.

III. Verum eadem simplicia vota solvi etiam possunt ex parte Ordinis in actu dimissionis professorum ita ut data dimissione professi ab omni dictorum votorum vinculo et obligatione eo ipso liberi fiant.

IV. Facultas autem dimittendi professos votorum simplicium, de quibus agitur, spectet ad Magistrum Generalem Ordinis cum suo generali Consilio. Idem Magister Generalis cum suo generali Consilio poterit in casibus extraordinariis, et praesertim pro regionibus et locis longinquis ad dimissionem decernendam subdelegare probos et prudentes religiosos, qui saltem tres esse debent.

V. Licet ad decernendam dimissionem neque processus neque judicii forma requiratur, sed ad eam procedi possit sola facti veritate inspecta, tamen Superiores procedere debent summa charitate, prudentia, et ex justis et rationabilibus causis, quacunque humana affectione remota, secus eorum conscientia graviter onerata remaneat. Nemo autem ex causa infirmitatis post professionem votorum simplicium superventae dimitti poterit.

VI. Professi dictorum votorum simplicium participes erunt omnium gratiarum et privilegiorum, quibus professi votorum solemnium in memorato Ordine legitime utuntur, fruuntur et gaudent.

VII. Superiores Regulares, ad quos spectat, concedere poterunt hujusmodi professis litteras dimissorias dumtaxat ad primum Tonsuram et ad Ordines minores, servatis tamen de jure servandis, et praesertim quae circa Ordinationes Regularium ab Apost. Sede praescripta sunt.

VIII. Anni professionis qui in dicto Ordine requiruntur, ut quis voce activa et passiva gaudeat et ad officia admitti possit, a die emissionis votorum simplicium computentur; et professi votorun simplicium suffragium habeant in actis capitularibus sui conventus, quatenus et prout habent solemniter professi.

IX. Professi votorum simplicium dominium *radicale*, uti ajunt, suorum bonorum retinere poterunt; sed eis omnino interdicta est eorum administratio et redituum erogatio atque usus. Debent propterea ante professionem votorum simplicium cedere pro tempore, quo in eadem votorum simplicium professione permanserint, administrationem, usum fructum et usum quibus placuerit, ac etiam suo Ordini, si ita pro eorum libitu existimaverint *(pro Ordinibus Minorum Observantium, Reformatorum nec non Capuccinorum pro verbis* »ac etiam . . . existimaverint« *subrogata sunt verba:* »non tamen suo Ordini«.)

X. Professi votorum simplicium remanere debent in domibus Professorii et studiorum, et vitam communem perfectam observare.

XI. Ad valide emittenda vota solemnia post vota simplicia requiritur professio expressa, et ideo professio tacita omnino abrogata est.

Haec Sanctitas Sua statuit atque constituit contrariis quibuscunque etiam speciali mentione dignis non obstantibus, quibus Apostolica auctoritate derogat ac derogatum esse declarat. *(Eaedem declarationes 17. Jul. 1858 ad Ordinem SSmae Trinitatis extensae* sunt ad alios Ordines; cfr. mutationes in nr. IX.)

d) Litterae Breves 7. Febr. 1862 de votis solemnibus non faciendis ante expletum triennium post vota simplicia.

Ad universalis Eccelsiae regimen, Deo sic disponente, vocati pro pastorali qua urgemur sollicitudine haud praetermisimus ad religiosas quoque familias mentis aciem animique curas intendere, ut eae de christiana et civili republica optimae meritae ad pristinum splendorem revocarentur et incrementum acciperent. Probe autem agnovimus tristissimis hisce temporibus, quibus inimici Crucis Christi humana divinaque omnia pessumdare ac mores pervertere student, maximam adhibendam esse curam, sollicitudinem, diligentiam ad eorum spiritum, uti par est, probandum, qui vota solemnia Deo nuncupare postulant, ne quis admittatur, qui saeculi contagione pollutus electum Christi gregem inficiat, vel verae vocationis expers susceptique instituti pertaesus gravem sodalibus molestiam inferat cum disciplinae perturbatione et regularis observantiae discrimine. Idcirco audito voto VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalium Congregationis super Statu Reg., nonnulla hac super re mandavimus edi decreta, inter quae illud praesertim in praesens commemorandum est, quod per litteras encyclicas die 19. Martii MDCCCLVII. a Ven. Fratre Archieppo Phili-

pensi, memoratae Nostrae Congregationis Secretario signatas publicatum est. In praefatis autem litteris haec, quae sequuntur, quoad religiosos virorum Ordines ac Instituta ex Nostro expresso mandato et Apostolica auctoritate sancita fuere, scilicet: „*Peracta probatione .... votorum simplicium*" (v. supra p. 113.) Postquam hoc decretum executioni demandatum fuit, ex ipsa experientia comperimus, quantum utilitatis ex hoc religiosae familiae retulerint et referre possint. Verum nuper agnovimus, aliquos novitios, praetermissa professione votorum simplicium, ad vota solemnia nuncupanda admissos fuisse, et exinde circa dictorum votorum solemnium validitatem gravia dubia suborta esse. Nos igitur cupientes in re tanti momenti omnem ambigendi causam in posterum removere, motu proprio et certa scientia, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, quoad religiosas virorum familias cujuscunque Ordinis, Congregationis et Instituti, in quibus solemnia vota emittuntur, statuimus ac decernimus, nullam omnino, irritam et nullius roboris fore professionem votorum solemnium tam scienter, quam ignoranter, quovis modo, praetextu et colore factam a novitiis quibuscunque etiam laicis, et conversis, qui licet probationem et novitiatum prout de jure expleverint, non emittant tanto prius professionem votorum simplicium, et in ea per triennium integrum non permanserint, quamvis vel a Superioribus, vel a novitiis, vel ab utrisque intentio habeatur respective recipiendi ad vota solemnia et ea emittendi, ac omnes ritus adhibeantur ad professionem votorum solemnium praescripti. Haec volumus, statuimus, praecipimus, mandamus non obstantibus, quatenus opus est, constitutione Benedicti XIV, Praedecessoris Nostri super divisione materiarum aliisque Apostolicis et in universalibus provincialibusque et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus costitutionibus et ordinationibus, regulis, statutis et consuetudinibus cujuscunque Ordinis Congregationis et Instituti etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel

quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque indultis, et Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodo libet concessis, confirmatis, innovatis, quamvis specifica et individua mentione dignis, quibus omnibus et singulis illorum tenoribus praesentibus pro insertis habentes ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Decernentes has Nostras Litteras semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat et in futurum spectabit, plenissime suffragari, et ab omnibus inviolabiliter observari, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum ac inane esse et fore volumus et declaramus.

VIII.

De Sacramento Matrimonii.

1. Parochus admonitus de aliquo Matrimonio in sua parochia contrahendo, primum cognoscat ex his ad quos spectat, qui et quales sint, qui Matrimonium contrahere volunt: An inter eos sit aliquod canonicum impedimentum: Utrum sponte, libere et secundum honestatem Sacramenti velint contrahere: Utrum sint in aetate legitima, ut vir saltem quatuordecim, mulier duodecim annos expleverit; et uterque sciat rudimenta fidei, cum ea deinde filios suos docere debeant.

2. Noverit ex probatis auctoribus, quae sint canonica impedimenta Matrimonii contrahendi, et quae contractum dirimant; et qui sint gradus consanguinitatis et affinitatis, et item cognationis spiritualis ex Baptismi vel Confirmationis Sacramento contractae.

3. Habeat in primis ipse bene cognita praecepta illa omnia, quae in Matrimoniis rite conficiendis servari oportere, sacri Canones, et praecipue sancta Synodus Tridentina jussit; dabitque operam, ut illa in parochia sua accurate exacteque serventur.

4. Praesertim vero meminerit, Matrimonia inter raptorem et raptam, dum ipsa in raptoris potestate manserit, inita, nec non clandestina, et quaelibet Matrimonia, quae aliter quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, et duobus, vel tribus testibus contrahuntur, ex ipsius Concilii decretis, irrita omnino ac nulla esse.

5. Est autem proprius Parochus, qui adesse debet, is, in cujus parochia Matrimonium celebratur, sive viri, sive mulieris.

6. Caveat praeterea Parochus, ne facile ad contrahendum Matrimonium admittat vagos ac peregrinos, et qui incertas habent sedes; neque item eos, qui antea conjugati fuerunt, ut sunt uxores militum, vel captivorum, vel aliorum qui peregrinantur; nisi diligenter de iis omnibus facta inquisitione, et re ad Ordinarium delata ab eoque habita ejusmodi Matrimonii celebrandi licentia, quae gratis concedatur.

7. Antequam Matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium Parocho continuis diebus festis in Ecclesia intra Missarum solemnia, ad ipsius Concilii praescriptum, publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum.

8. Si vero vir et mulier parochiae sint diversae, in utraque parochia fiant denuntiationes: quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem Matrimonii procedatur. Sed si quid obstat, ultra Parochus non procedat.

9. Quod si aliquando probabilis fuerit suscipio, vel alia rationabilis causa subsit, arbitrio Episcopi, Matrimonium malitiose impediri posse, si tot praecesserint denuntiationes, tunc de licentia Ordinarii, vel una tantum fiat denuntiatio, vel saltem Parocho, et duobus, vel tribus testibus praesentibus, Matrimonium celebretur. Deinde ante illius consummationem denuntiationes in Ecclesia fiant: ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi aliter Ordinarius ipse expedire judicaverit.

10. Has autem denuntiationes Parochus facere non aggrediatur, nisi prius de utriusque contrahentis libero consensu sibi bene constet.

11. Si vero infra duos menses post factas denuntiationes Matrimonium non contrahatur, denuntiationes repetantur, nisi aliter Episcopo videatur.

12. Denuntiationes autem fiant hoc modo. Inter Missarum solemnia Parochus populum admoneat in hanc sententiam vulgari sermone:

13. *Notum sit omnibus hic praesentibus, quod N. vir, et N. mulier, ex tali, vel tali familia, et parochia, Deo adjuvante, intendunt inter se contrahere Matrimonium. Proinde admonemus omnes et singulos, ut si quis noverit aliquod consanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, vel quodvis aliud impedimentum inter eos esse, quod Matrimonium contrahendum invicem impediat, illud quamprimum nobis denuntiare debeat; et hoc admonemus primo,* si fuerit prima; vel *tertio,* si fuerit tertia denuntiatio.

14. Moneat Parochus conjuges, ut ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo non cohabitent, neque Matrimonium consumment, nec etiam simul maneant, nisi aliquibus propinquis, vel aliis praesentibus: quae benedictio a nullo alio, quam ab ipso Parocho, seu ab alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, fieri debet.

15. Caveat etiam Parochus, ne quando conjuges in primis nuptiis benedictionem acceperint, eos in secundis benedicat, sive mulier, sive etiam vir ad secundas nuptias transeat. Sed ubi ea viget consuetudo, ut si mulier nemini umquam nupserit, etiamsi vir aliam uxorem habuerit, nuptiae benedicantur, ea servanda est. Sed viduae nuptias non benedicat, etiamsi ejus vir nunquam uxorem duxerit.

16. Matrimonium in ecclesia maxime celebrari decet: sed si domi celebratum fuerit praesente Parocho et testibus, sponsi veniant ad ecclesiam benedictionem accepturi, et tunc caveat Sacerdos, ne iterum a contrahentibus consensum exigat; sed tantum benedictionem illis conferat, celebrata Missa, ut infra dicetur.

17. Admoneantur praeterea conjuges, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur, et ad Ss. Eucharistiam, atque ad Matrimonii Sacramentum suscipiendum pie accedant; et quomodo in eo recte et christiane conversari debeant, diligenter instruantur ex divina Scriptura, exemplo Tobiae et Sarae, verbisque Angeli Raphaëlis eos edocentis, quam sancte conjuges debeant convivere.

18. Postremo meminerint Parochi, a Dominica prima Adventus usque ad diem Epiphaniae, et a Feria quarta Cinerum usque ad Oct. Paschae inclusive, solemnitates nuptiarum prohibitas esse, ut nuptias benedicere, sponsam traducere, nuptialia celebrare convivia. Matrimonium autem omni tempore contrahi potest. Nuptiae vero qua decet modestia et honestate fiant: sancta enim res est Matrimonium, sancteque tractandum.

19. Quae omnia fere ex sacri Concilii Tridentini decretis desumpta, ut item alia, quae ibi de Matrimonio rite contrahendo praecipiuntur, sunt diligenter servanda.

Monitum.

Praecipuas curas in id insumite, ut populi abundent praeceptis sapientiae christianae, semperque memoria teneant matrimonium non voluntate hominum, sed auctoritate nutuque Dei fuisse initio constitutum, et hac lege prorsus, ut sit unius ad unam; Christum vero novi Foederis auctorem illud ipsum ex officio naturae in Sacramenta transtulisse, et quod ad vinculum spectat, legiferam et judicialem Ecclesiae suae atribuisse potestatem... Similiter omnibus exploratum esse debet, si qua conjunctio viri et mulieris inter Christi fideles citra Sacramentum contrahatur, eam vi et ratione justi matrimonii carere, et quamvis convenienter legibus civilibus facta sit . . . Illud etiam cavendum est, ne scilicet conjugia facile appetantur cum alienis a catholico nomine . . . Quia imo ab ejusmodi conjugiis ex eo maxime perspicitur esse abhorrendum, quod occasionem praebent vetitae societati et communicationi rerum sacrarum, periculum religioni creant conjugis catholici, impedimento sunt bonae institutioni liberorum, et persaepe animos im-

pellunt, ut cunctarum religionum aequam habere rationem assuescant, sublato veri falsique discrimine. — Postremo loco, cum probe intelligamus, alienum esse a charitate Nostra neminem oportere, auctoritati fidei et pietati Vestrae, Venerabiles Fratres, illos commendamus, valde quidem miseros, qui aestu cupiditatum abrepti et salutis suae plane immemores, contra fas vivunt, haud legitimi matrimonii vinculo conjuncti. In his ad officium revocandis hominibus Vestra sollers industria versetur; et cum per vos ipsi, tum interposita virorum bonorum opera, modis omnibus contendite, ut sentiant se flagitiose fecisse, agant nequitiae poenitentiam, et ad justas nuptias ritu catholico ineundas animum inducant. (Leo P. P. XIII, Epistola Encyclica *Arcanum*, d. 10. Fnbr. 1880).

Crkveno i državno zakonodavstvo o ženitbi.

Konkordatom od 18. kolovoza 1855., koj je sklopljen medju sv. Otcem papom Pijom IX. i Njeg. ces. i kr. apoštolskim Veličanstvom, Franjom Josipom I. proglašenim ces. patentom od 5. studenoga 1855. odredjuje se u X. članku,, da će crkveni sudac po propisih sv. crkvenih zakona suditi u ženitbenim stvarima katolika, dočim će svjetovni sudac prosudjivati jedino gradjanske posljedke braka. U izvedenju spomenute ustanove izdan je ces. patentom od 8. listopada 1856. kao prilog I. istoga: *Zakon za ženitbe katolika u cesarevini- austrijanskoj*, a kao prilog II. *Naputak za duhovne sudove u cesarevini austrijanskoj glede stvari ženitbenih.* Ovaj novi zakon stupio je u kriepost 1. siečnja 1857. te su tim svoje krieposti lišene naredbe, što ih u obziru na ženitbe katolika sadržaje obći zakonik gradjanski zatim propisi »Našimi sudovnici od 22. prosinca 1851., 30. studenoga 1852., 16. veljače 1853. i od 3. srpnja 1853. nadležnosti svjetovnih sudova u stvarih ženitbenih izdani, u koliko se isti neslažu sa zakonom ovim.« (Čl. XIII.).

Ovo stanje promienilo se u zemljama zastupanima u car. viećn g. 1868. gdje je zakon od 8. listopada 1856. ukinut, te propisi staroga gradj. zakona od 1811. opet uzpostavljeni i uvedena t. zv. ženitba za nuždu ter interkonfesionalni zakoni, a u Ugarskoj g. 1894. zak. čl. XXXI. kojim je ondje uveden obligatorni civilni brak, te interkonfesionalni zakoni.

Kod nas u Hrvatskoj nije se u tom pogledu ništa promienilo; nu i u spomenutim zemljama crkva je ostavila »Naputak« u podpunoj kreposti.

Narav i viša svetinja zajednice.

§. 1. Ženitba je savez medju mužem i ženom, uredjen po volji Božjoj za plodjenje roda čovječjega i radi podupiranja zamjenita. Ženitba je već u prvom svojem početku ustanovljena bila kao nerazriešiva i dobila je za pravilo zakon, da su muž i žena dvoje u puti jednoj; Isus Gospod pako povratio joj je prvobitno dostojanstvo njezino i uznio ju, da bude svetotajstvo novoga zavjeta. (Naputak.)

§. 1. Ženitbu sklapaju medju sobom dvie osobe različnoga spola, izjavljujuće zakonito, da su rade uzeti se. (Ženitbeni zakon.)

§. 44. Odnošenja porodice ustanovljuju se pogodbom ženitbenom. U pogodbi ženitbenoj očituju dvie osobe različnoga spola zakonitim načinom svoju volju, da će živiti u nerazlučnoj zajednici, djecu radjati, odhranjivati ih, i da će jedna drugoj zamjenito pomagati. (Gradjanski zakon.)

Vjeritbe (zaruke; sponsalia).

§. 2. Vjeritba je ugovor medju mužem i ženom, u kojem obriču, da će se uzeti. (Naputak.)

§. 45. Vjeritba (zaruke) ili predhodno obećanje uzeti se, bilo učinjeno ili prihvaćeno pod kojimi god okolnostmi ili uvjeti, nedonosi sa sobom pravne obveze niti da se sklopi ženitba, niti da se učini ono, što je bilo ugovoreno

za slučaj, ako bi se odustalo od obećanja. (Gradjanski zakon.)

Observationes circa formalitates ad sponsalia et matrimonium pertinentes.

Eo ad notitiam Metropolitani hujus Officii perlato: quasdam summi momenti formalitates ad sponsalia et matrimonium pertinentes non ubique, neque ab omnibus parochis observari, et inde haud raro confusiones in merito, querimonias contra parochos, imo etiam publica scandala exoriri, — Venerabilis Clerus Curatus ad sequentia observanda reflectitur:

1. Insinuationes sponsalium, post peractum de nefors subversante aliquo impedimento acuratum examen, in proprio Diurnali (Protocollo), quod ducere omnino opórtet, inserantur, et praeter sponsorum natalem aut domicilii locum, aetatem, conditionem, ac religionem, parentum quoque nomina, apud viduos autem nomen defuncti conjugis, praenotetur.

2. Individua militari servitio obnoxia ante obtentam licentiam matrimonialem ad sponsalia non admittantur, neque pro promulgationibus praenotentur; pro casu autem, si in aliena parochia sponsalia celebranda essent, ad parochum deligendae sponsae non dimittantur sine obsigillatis, quibus scripta licentia matrimonialis advolvenda erit, litteris officiosis.

3. Attestata de facultate procandi in aliena parochia post peractum, quod §. 74. legis matrimonialis App. II. pro omnibus tam militiae obnoxiis, quam civilibus personis praescriptum est examen, item testimonia de initis sponsalibus, de factis promulgationibus, nec non de dimissione sponsi, per parochum sponsae copulandi, ne expediantur simpliciter, sed praeter locum, diem, mensem et annum nativitatis oratoris, contineant etiam nomina et cognomina parentum, non secus ac mentionem de factis promulgationibus, nullo detecto impedimento et de peracta vel non sacramentali confessione et suscepta ss. Eucharistia.

4. Dum oratores in aliena parochia nati, ad adferendas litteras baptismales certificatum de statu libero, etc. inviantur, simul eisdem immanuentur obsigillatae, ad concernentem parochum eatenus dirigendae litterae officiosae, ne ex ignorantia vel fraudulenta partium confusiones exoriri queant.

5. Omnia denique documenta, per utrumque sponsum producta, in archivo parochi copulantis, qui et actum hunc sacrum Matriculae copulatorum inferre debet, conservanda veniunt; idemque parochus copulans partis alterius ex aliena parochia oriundae parochum de celebrato matrimonio litteris officiosis sine mora edocendum habebit, ut hoc in suo, statum animarum exhibente Protocollo praenotare valeat.

Datum e Consistorio Nostro Æpiscopali Zagrabiae die 5. Aprilis 1878. celebrato.

Uvjeti valjanosti.

§. 3. One samo osobe, koje su kadre medju sobom sklopiti valjanu i dopuštenu ženitbu, mogu se vjeritbom valjano obvezati, i to očitovanjem volje, slobodno i po shodnom razboru učinjenim. Vjeritba, koja bude učinjena u ime nedoraslih, ustanovljuje za nedorasloga dužnost, da se oženit mora, samo onda, ako, čim doraste, potvrdi vjeritbu onu. (Naputak.)

Ukinuće zaruka sporazumljenjem medjusobnim.

§. 4. Vjeritba, makar bila i zakletvom utvrdjena, može se ukinuti, ako obje stranke na to privole. (Naputak.)

Ukinuće zaruka i bez privole obostrane.

§. 5. Vjeritbe osoba takovih, koje su pod vlasti otčinskom, imadu se razvrći, kada roditelji podignu proti istim vjeritbam pravedan prigovor.

*

§. 6. Ako jedan od vjerenika prekrši vjernost, koju je drugomu dužan, bit će ovaj drugi riešen obećanja svoga. Ako po sklopljenoj vjeritbi nastane promiena takova, po kojoj se pravedno suditi može, da pri ovom stanju stvari nebi došlo bilo do vjeritbe, izgubit će tada obveznu svoju moć vjeritba za onu stranku, pri kojoj se promiena takova nije dogodila. Ako su okolnosti takove obstojale već u doba, kad se je vjeritba sklopila, bit će vlastna odstupiti stranka ona, kojoj iste okolnosti onda nisu bile poznate.

§. 7. Dužnost, koju su vjerenici na se uzeli, nebrani im stupiti u koji red ili posvetiti se stališu duhovničkomu. Ako vjerenik učini svečane zavjete ili primi više redove, bit će vjeritba time razvržena.

§. 8. Ako jedan od vjerenika sklopi ženitbu s osobom trećom, ukinut će se, istina, time vjeritba, nego ostaje drugomu vjereniku po okolnostih pravo, da može tražiti odštetu. (Naputak.)

Vjeritba, zaprieka pri ženitbi dopuštenoj.

§. 35. Vjeritba, valjano i bezuvjetno učinjena, prieči, da se medju jednim vjerenikom i medju srodnici drugoga vjerenika u prvom koljenu nemože sklopiti ženitba. Istu moć imade vjeritba pod poštenim uvjetom učinjena, čim zadovoljeno bude uvjetu.

§. 57. Na koliko i doklegod iz vjeritbe izvirala bude dužnost, da se sklopi ženitba, bit će nedopuštena ženitba svaka, koju bi jedan od vjerenika sklopio sa trećom kojom osobom.

§. 199. Razumije se samo po sebi, da se ženitbenim drugovom, dok nebude izrečena konačna osuda o nevaljanosti, ne smije pod nipošto dopustiti, da se iznova žene ili udaju. Nego akoprem je savez, sklopljen prije osude konačne, svagda što najvećma zabranjen, dapače akoprem je savez takovi podvržen onim istim kaznam crkvenim, kojim

je podvrženo mnogoženstvo, imat će se ipak smatrati ženitba prava, ako se tekuća razprava okonča izjavljenjem ništetnosti, i ako onim, koji su se prenaglo zaručili, ne smeta nikakva druga zaprieka. (Naputak.)

Prigovor iz vjeritbe.

§. 107. Ako tko, pozivajući se na vjeritbu, prigovara proti ženitbi, imat će župnik, ako je vjeritba nevaljana, dotičnike o tom podučiti; ako li obnadje, da je vjeritba valjana, imat će pokušati, da se dotičnici medju sobom prijateljski nagode. Ako prigovor bude učinjen neposredno pri sudu ženitbenom, i ako nije očevidno, da vjeritba nije valjana, imat će se prije svega naložiti župniku, da naprema dotičnikom ne štedi otčinskih savjeta i opomena.

§. 108. Uzima se, da je svakomu prosto, izabirati si po volji druga ženitbenoga; s toga ima presuda glasiti proti vjeritbi, osim ako je valjanost njezina podpuno dokazana.

§. 110. Ako izreče sud ženitbeni, da vjeritba nije valjana, imat će se učiniti, što je potrebno, da se vjenčanje više ne odvlači. (Naputak.)

Dužnost naknaditi štetu.

§. 9. Koji bez zakonita razloga odstupi od vjeritbe, ili koji budi zatajom budi krivnjom svojom prouzroči zakonit razlog odstupa, bit će dužan, po mjeri osoba i okolnosti naknaditi drugoj stranci štetu onu, koja za nju nastane iz odstupa.

§. 10. Dužnost: izpuniti obećanje u vjeritbi dano, prestaje i onda, kada se, prosudiv svekolike okolnosti, s razlogom misliti može, da će nesretna biti ženitba, koju bi vjerenici medju sobom sklopili. Ako li okolnosti, na kojih se spomenuta misao osniva, nastanu krivnjom jedne stranke, bit će ista dužna, po mogućnosti naknaditi stranci drugoj

štetu onu, koja joj nanešena bude time, što se je prevarila u pravednom svojem očekivanju.

§. 109. Na one, koji se krate izpuniti rieč svoju, zadanu u vjeritbi, valja djelovati ne toliko silom koliko razlozi. Svaki ugovor radi kakove naknade, koja bi se imala platiti, ako stranka koja odstupi, ne samo, što je nedopušten, nego je i nevaljan.

§. 111. Ako izrečeno bude, da je vjeritba valjana, imat će ženitbeni sud izaslati povjerenika, koji će pokušati, da stranke skloni na prijateljsku nagodu. Što se tiče naknade štete, valja nastojati o tom, da se pod pravičnimi uvjeti pogode medju sobom. Ako makar jedna samo stranka zaište, moći će se dosuditi i iznosak odštete. Ako tužitelj ne bude time zadovoljan, bit će mu istina prosto, radi naknade štete obratit se tužbom na sud svjetovni, nu prigovor njegov, što ga je učinio bio proti vjenčanju, neće se više uvažiti.

§. 112. Ako ne bi nikako za rukom pošlo sporazumljenje glede ukinuća vjeritbe i glede pravične odštete, ima se, kao manje zlo, dozvoliti namjeravana ženitba. (Nap.)

§. 2. Da li u prigodi kojoj imade vjeritba (zaruka), zatim koliki je upliv istih vjeritba (zaruka), da se iz njih izvesti mogu zapreke ženidbene: odlučuje o tom sud duhovni. Da li i na koliko iz vjeritbe (zaruka) nastaje pravna obveza na naknadu štete kakove: odlučuje o tom redoviti sudac po §§. 45. i 46. obćega gradjanskoga zakona i s obzirom na zabrane, sadržane u zakonu ovom. (Ženitb. zak.)

§. 46. Samo ona strana, koja nije dala nikakova temeljita uzroka na odustanak, ima pravo iskati, da joj se naknadi sva prava šteta, što bi mogla dokazati, da ju je imala radi toga odustanka. (Gradjanski zakon.)

Copula carnalis sponsalibus superveniens non censenda est contractus conjugalis.

Decr. Ap. 15. 2. 1892. (A. 1892, 89.)

Consensus mutuus, unde matrimonia iusta nascuntur, non verbis dumtaxat, sed aliis quoque signis exterioribus patefieri ac declarari potest. Quamobrem Alexander III, Innocentius III et Gregorius IX, decessores Nostri, merito decreverunt, ut carnalis copula, si sponsalia de futuro certa ac valida praecessissent, cum in iudicio tum extra iudicium pro vero coniugio haberetur, nisi impedimentum canonicum obstitisset. Et in hac iuris praesumptione tantum roboris inesse voluerunt, ut firmum ipsa statueret sanciretque ius nec probationem contrariam ullam admitteret. Deinde vero matrimonia clandestina, id est non praesente Parocho et duobus tribusve testibus inita, quum Concilium Tridentinum irrita infectaque esse iussisset, ius illud priscum, ut erat necesse, valere desiit ubicumque promulgata vel moribus usuque recepta Tridentina lex. Quibus autem illa locis non viget in iis semper Apostolicae Sedis iudicium fuit, canones, quos indicavimus, ratos atque firmos permansisse. Sed aetatum decursu, ex conscientia et cognitione christianorum sensim effluxere. Plures enim Episcopi ex iis regionibus, in quibus matrimonia clandestina contra fas quidem inita, sed tamen valida iudicantur, haud ita pridem rogati quid populus ea de re sentire videretur, plane retulerunt, canonicam de coniugiis praesumptis disciplinam passim exolevisse desuetudine atque oblivione deletam: propterea vix aut ne vix quidem contingere, ut copula inter sponsos affectu maritali nec fornicario habeatur; eamque non matrimonii legitime usum sed fornicationis peccatum communi hominum opinione existimari: imo vix persuaderi populo posse, sponsalia de futuro per coniunctionem carnalem in matrimonium transire.

His igitur rebus et causis, de consilio Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in rebus fidei

Inquisitorum generalium, supra memoratos canones et alias quascumque iuris canonici ea de re dispositiones, etiam speciali mentione dignas, per hoc Decretum Nostrum abrogamus et abolemus, et pro abolitis, et abrogatis, ac si nunquam prodiissent, haberi volumus.

Simul per has litteras Nostras decernimus ac mandamus, ut deinceps illis locis in quibus coniugia clandestina pro validis habentur, a quibusvis iudicibus ecclesiasticis, in quorum foro causas eiusmodi matrimoniales agitari et iudicari contigerit, copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex iuris praesumptione coniugalis contractus censeatur, nec pro legitimo matrimonio agnoscatur seu declaretur. Huius tamen auctoritate Decreti iudici nolumus necessitam formae Tridentinae servandae ad matrimonii validitatem, ubi illa forma modo non viget.

Datum Romae apud S. Petrum die 15. Februarii MDCCCLXXXXII, Pontificatus Nostri anno decimo quarto.

Leo PP. XIII.

Caeterum, si quis Parochorum alienos parochianos copulare praesumpserit, sciat, in censuram suspensionis a jure latam se incurrisse. (Const. syn. pag. 162.)

Što je potrebno, da ženitba bude valjano sklopljena.

§. 11. Ženitba sklapa se privoljenjem medjusobnim, ako isto po osobah, koje su sposobne ženitbu sklopiti, i to (odnosno) na način propisani izjavljeno bude.

§. 38. Za valjanost ženitbe iziskuje se, da vjerenici pred vlastitim župnikom od obje ili od jedne stranke ili pred duhovnikom, kojega je župnik ili biskup one dioecese za to opunovlastio, i pred dvojicom ili trojicom svjedoka izjave privoljenje svoje. Nego u onih krajevih carevine, za koje je sveta Rimska stolica izdala naputak od 30. travnja 1841., neće neprisutnost katoličkoga župnika pri ženitbah medju katolici i kršćani nekatoličkimi biti dovoljna, da bi radi nje ženitba bila nevaljana. (Naputak.)

§. 3. Ne smije nijedan katolik ženiti se u carevini Austrijskoj drugčije, nego držeći se svih propisa, što ih zakon crkveni ustanovljuje glede valjanosti ženitbe. Ustanove crkvenoga zakona ženitbenoga mogu se viditi iz naputka, koji je za duhovne sudove u carevini odredjen, i zakonu ovomu (vidi naputak pod. br. IV.) priklopljen.

§. 18. Očitovanje privoljenja ima se učiniti pred župnikom vjerenika ili vjerenice; ili pred namjestnikom istoga župnika, ili pred duhovnikom, opunomoćenim po biskupu, i u pritomnosti dvojice svjedoka.

§. 19. Pri ženitbah medju kršćani katoličkimi i nekatoličkimi ima se očitovanje učiniti pred duhovnim pastirom katoličkim. Iznimki od ovoga pravila ima mjesta u onih krajevih carevine, za koje je sveta stolica izdala naputak od 30. travnja 1841.; u području ovih krajeva ima se kao zakonito smatrati privoljenje, koje po vjerenicih bude učinjeno pred duhovnim pastirom stranke nekatoličke i u nepritomnosti župnika katoličkoga. (Ženitbeni zakon.)

§. 75. Svečano očitovanje privoljenja ima se učiniti pred urednim duhovnim pastirom vjerenika i vjerenice, zvao se on, po razliki bogoštovja, župnik, pastor ili kako mu drago, ili pred njegovim namjestnikom u pritomnosti dva svjedoka.

§. 77. Ako se uzimaju osobe katoličanska ili nekatoličanska, privoljenje ima se očitovati pred župnikom katoličanskim u pritomnosti dva svjedoka, ali na zahtjevanje druge strane može i župnik nekatoličanski doći na ovu svečanost. (Gradjanski zakon.)

Ženitbe po punomoćniku.

§. 50. Privoljenje, koje izjavi punomoćnik, valjano je, ako je istomu punomoćniku dana u tu svrhu osobita punomoć, u kojem je osoba budućega ženitbenoga druga dovoljno označena, i ako ista punomoć onda, kada se sklapa ženitba u ime onoga, koji je punomoćje dao, ne bude jurve

opozvano. Nego neka župnik podniposto ne dopusti, da bi se sklopila ženitba po punomoćniku, ako to biskup nije naročito odobrio. (Naputak.)

§. 20. Očitovanje privoljenja može se učiniti po punomoćniku; nego treba za to izhoditi dozvolu u načelstva zemaljskoga, ima se izdati osobita punomoć, u kojoj treba da bude dovoljno naznačena osoba, s kojom se ima ženitba sklopiti. Ako punomoć bude opozvana prije sklopljene ženitbe, tad se ženitba lišava, istina, kreposti, ali vlastodavac odgovara za štetu, prouzročenu svojim opozivom. (Ženitbeni zakon.)

§. 76. Svečano očitovanje privoljenja na ženitbu može se učiniti po punovlastniku; ali treba izmoliti dopuštenje u načelstva zemaljskog, i naznačiti u punovlašću osobu, s kojom se ženitba ima sklopiti. Ženitba sklopljena bez toga osobitog punovlašća ne valja. Ako je punovlašće oporečeno prije sklopljene ženitbe, ženitba istina ne valja, ali vlastodavac odgovora za štetu prouzročenu svojom porekom. (Gradj. zak.)

Ritus celebrandi matrimonium per procuratorem.

In hujusmodi nuptiis parochus interrogare debet procuratorem: »Vis in uxorem Titiam N. N.?« Et postea ad mulierem: »Vis in maritum N. N. mediante praesenti suo procuratore?«

Postea dant sibi manus, et sacerdos dicit simpliciter ad eos: »Ita vos conjungo in matrimonium in nomine † Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.«

Hoc facto sacerdos eis dat annulos, quos illi inter se commutant, ita ut sponsa anulum sponsi et procurator anulum sponsae accipiat. Sed quem procurator accipit, ad mandantem mittit; quem vero sponsa, hunc secum fert, ut quando convenerint, eos sibi invicem immittere possint. Manus contrahentium sacerdos non circumvolvit stola sua.

(Weber-Schnitzer: Katholisches Eherecht. S. 193.)

De praesentia parochi proprii in matrimoniis contrahendis.

(Ex institutione 33. Benedicti PP. XIV.)

Illicita semper habita sunt ea matrimonia, quae coram sacerdote seu parocho, ut ius pontificium indicit, minime contrahuntur. Ita profecto in canone „*Aliter*“, canone „*Nullus*“ et canone „*Nostrates*“ aperte continetur. Verum post Tridentinam synodum irrita prorsus atque invalida in illis locis iudicantur, ubi super hac re decretum promulgatum fuit, nisi parochus intersit aut alius sacerdos, qui ad hoc munus obeundum facultatem ab eodem parocho sive ab episcopo consecutus fuerit. Insuper necesse est, ut praeter sacerdotem duo quoque testes aut plures conveniant, dum matrimonium celebratur. Spondanus autem et cardinalis Pallavicinus fuse commemorant gravissimas disputationes, quibus concilii patres tandem adducti fuerunt, ut decretum eiusmodi conficerent.

Ut paucis expediamus doctrinam, quae eiusdem decreti causa prolata fuit, nullo pacto sacramenti materiam ac formam immutatas fuisse constat: nam materia in tradendis mutuo ac legitime corporibus per verba aut nutus ad explicandum intimum consensum accomodatos collocata semper fuit; forma vero in excipiendis mutuo ac legitime corporibus per contrahentes designatur. Cum igitur Tridentina synodus nec legitimum pactum, nec legitime tradi et excipi corpora iudicaverit, nisi quando matrimonium contrahitur, parochus cum duobus aut tribus testibus assistat, hinc sacramenti materiam ac formam nequaquam mutari certissimum est, quae, ut supra diximus, in tradendis excipiendisque mutuo ac legitime corporibus semper continetur.

Sacra synodus eo decreto praecipit, ut ille solum parochus intersit, cui matrimonium ineuntes subiiciuntur; quis porro ille intelligendus sit, concilii patres minime declararunt. Hinc super hac re innumerae prope disceptationes, quarum pleni sunt libri, excitatae fuerunt. In hac etiam civitate ac dioecesi (Bononien.) plurima dissidia non semel ob hanc

causam contigerunt. Itaque muneris nostri partes duximus, normam aliquam tradere ex actis sacri concilii congregationis desumptam, cui soli Tridentinam synodum explicandi facultas conceditur. Siquidem miramur non diversas modo scriptorum opiniones, sed eo praesertim eos devenisse, ut sacrae congregationis decreta pro tuendis privatis sententiis vel effingant vel male interpretentur; quod sane non consulto ac temere fecisse putandum est, neque ob tenuitatem ingenii; sed quod acta sacrae congregationis evolvere minime potuerunt, ex quibus ipsius sententias illarumque causas liquido cognoscerent. Hinc veluti divinantes ad scribendum de iis rebus accesserunt.

Primum omnium sacra congregatio ab anno 1573 hoc decretum edidit, ut, quis sit proprius parochus, explanaret: Cum concilium Tridentinum inter cetera praecipiat, matrimonia esse contrahenda, praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi sive ordinarii licentia, quaeritur, an, si contrahentes sint diversarum parochiarum, utriusque parochi praesentia requiratur, sponsine, an sponsae, an vero utriusque, an etiam alterius parochi licentia accedere debeat. Sacra congregatio censuit, ad validitatem matrimonii sufficere praesentiam solius parochi proprii sponsae, quando matrimonium in parochia sponsae contrahitur; similiter sufficere praesentiam solius parochi sponsi, si modo matrimonium contrahatur in parochia ipsius sponsi.

Deinde, cum de matrimonio agitur, proprium eum parochum nuncupandum censuit, in cuius parochia domicilium positum habetur, non vero illum, in cuius parochia vitae primordia suscepimus. Cum ordines rite conferri possint per episcopum non domicilii modo, sed etiam originis, ideo ad inquirendum locus oblatus fuit, utrum idem ratione parochi in celebrandis matrimoniis statuendum videretur. Attamen ex ipsis concilii verbis parochus domicilii satis aperte deprehenditur, et sacri canones, cum iisdem verbis parochum quoque originis complecti voluerunt, id expresse declararunt,

quemadmodum contigit, cum de sacra ordinatione verbum haberetur. His veluti fundamentis innititur unanimis scriptorum opinio, ob quam is proprius parochus pro celebrandis matrimoniis iudicatur, in cuius ditione domicilium constituitur. Sacra concilii congregatio hanc opinionem pariter secuta est, cum die 18. Novembris anno 1702 „*Mutinensis*“ causa matrimonialis proposita fuisset, in qua cardinalis Bandinus Panciaticus, eiusdem congregationis praefectus, suo praesertim suffragio opinionem, quam modo exposuimus, magno studio sapienterque tutatus est, eamque unice probandam affirmavit. His quoque rationibus adducti plurimi scriptores, eum, qui duo habet in diversis parochiis domicilia, matrimonium rite coram illo parocho inire posse fatentur, in cuius potestate tunc degit, cum matrimonium contrahitur. Illud tamen advertunt, tunc solum duobus domiciliis instructum aliquem iure appellari, cum in utroque aequaliter collocatus prudentium virorum iudicio existimetur; quod etiam iuris pontificii auctoritate probatur: (cum ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans aequaliter in utroque etc.) »Viris prudentibus placuit, in duobus locis posse aliquem habere domicilium, si utrobique ita se instruxit, ut non ideo minus apud alteros se locasse videatur«.

Tertio, si quis rei familiaris aut rusticationis causa in agrum concedat, nunquam proprius parochus is nuncupari poterit, in cuius ditione rurale domicilium situm est. Qui enim ob eas causas ruri vitam degere constituit, nullam domicilii seu quasi-domicilii rationem consequitur. Pontius rurali parocho, si matrimonium agendum sit, proprii parochi nomen apte convenire arbitratur, eamque sententiam sacrae concilii congregationi attribuit, quae Romanae rotae iudiciis contrarium statuentibus anteferenda est. Eandem opinionem Leander inconsulto amplectitur: contra illos tamen reliqui fere omnes conveniunt. Et quoniam de sacrae congregationis concilii decretis mentionem faciunt, nos in medium illa proferemus, quae ab actis eiusdem congregationis desumpsimus;

non ea profecto a quibusdam scriptoribus edita, qui sacrae congregationis acta nunquam inspexerunt. Sacra congregatio inhaerendo declarationibus alias factis, respondit, parochum ruralem non esse proprium et verum parochum, quando rus itur causa recreationis vel pro rusticanis negotiis, ideoque matrimonium valide coram huiusmodi parocho celebrari non posse. Partibus tamen dentur declarationes antiquae scilicet: In una „*Florentina*“ sacra congreg. censuit, quod parochus ruralis non est verus parochus, quando rus itur causa recreationis vel pro rusticanis negotiis: In „*Florentina*“ similiter respondit: Parochum ruralem non esse proprium parochum, ideoque matrimonium coram eo celebratum esse nullum. In una „*Abulen.*“ sacra congreg. censuit, non valere matrimonium contractum coram parocho loci. ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi. (Die 1. Decembris 1640, lib. 16. decretorum p. 470. a tergo, et p. 471.)

Quarto si quis domicilium suum minime relinquens ex civitate vel oppido, in quo degit, in alium locum proficiscatur, ibique matrimonium ineat, quin antea domicilium sibi vel quasi-domicilium comparaverit, illud omnino irritum habetur, quia cum fraude in proprium parochum coniungitur. Scriptores unanimes in hac re consentiunt, quos Clericatus recenset. Idem statuit sacra concilii congregatio die 22. Februari anno 1631. Sacra etc. censuit, dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti. Vir et mulier a loco suae habitationis absque animo illam relinquendi discedentes, et ad locum alterius parochiae solo animo illuc matrimonium celebrandi, non autem domicilium contrahendi se transferentes, ibi coram parocho illius loci matrimonium inter se contraxerunt. Supplicatur per sacram congregationem declarari, an huiusmodi matrimonium sit nullum vel validum. 22. Februarii 1631 sacra congregatio secundum ea, quae proponuntur, censuit esse nullum. Eodem modo, cum die 13. Iulii anno 1725 haec in hac sacra congrega-

tione proposita essent. Controversia constituenda videtur in hoc, quod Antonius, qui est civis Lauretanus, quique captus amore Annae Margaritae modo ad urbem Maceratensem, modo ad Montem sanctum perrexerat, et paucis diebus in illis versatus fuerat, spatio tandem duorum mensium una cum dicta Anna Margarita habitavit in loco Montis Casarii, a quo post parochi admonitiones de contrahendo cum Margarita matrimonio, et praevisas difficultates de probando stato libero eiusdem, cum ex improviso discesserit et una cum duobus testibus accesserit ad terram Montis Luponi et coram parocho huius loci, doctrinam christianam pueros edocente, matrimonium ex improviso contraxerit, et statim reversus fuerit ad terram Montis Casarii etc., ex his inferri posse videtur ad nullitatem matrimonii. Deinde cum peteretur, an matrimonium sit nullum in casu, sacra congregatio respondit: affirmative.

Non infitiamur, eandem congregationem iuxta consilium 254 Friderici de Senis, qui proprium parochum eum censuit, in cuius parochia quis degit, non ubi certum ac stabile habet domicilium, non semel decrevisse valida illorum matrimonia, qui ad evitandas cum parentibus altercationes ex parochia domicilii in alium locum demigrantes, ibi matrimonium contraxerunt; ita Fagnanus commemorat. Advertendum tamen est, matrimonium hoc pacto ineuntes, antequam rem perficerent, domicilium in eo loco vel quasidomicilium assecutos fuisse. Nam diu morati ibidem ante matrimonium fuerant neque inde postea decesserunt, ut primam sedem ac domicilium repeterent, quemadmodum Clericatus recte perpendit. Ob hanc causam sacra congregatio quoddam matrimonium validum probavit; licet per duos Caesenae incolas contractum, qui, ut parentum se molestiis eriperent, illud Forii Livii celebrarent, cum puella ante discessum palam fecisset se domicilium in illa civitate deligere, ubi materna avia vitam ducebat, quam tutricem suique curatricem praedicabat. Insuper Urbanus VIII. suis

apostolicis literis, quae monumentis cardinalis de Lugo et Patris la Croix insertae sunt, has sacrae concilii congregationis sententias die 14. Augusti anno 1627 confirmavit: Primo, an incolae tam masculi quam feminae loci, in quo concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum, in quo dictum concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere. Secundo, quid, si eo praedicti incolae tam masculi, quam feminae solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes. Tertio, quid, si iidem incolae tam masculi quam feminae eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque parocho et testibus contrahant. Iidem cardinales ad primum et secundum, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes ac transeuntes cum fraude; ad tertium vero dubiorum huiusmodi, si domicilium vere transferatur, matrimonium esse validum, responderunt et resolverunt. Igitur matrimonium primo et secundo loco expositum irritum decernitur, cum fraus intercesserit; matrimonium tertio loco allatum etiam cum fraude validum declaratur, quia novum quoque domicilium accesserat.

Tko je vlastiti župnik?

§. 39. Vlastiti župnik ženikov i nevjestin onaj je, u kojega župi imadu oni pravo ili nepravo prebivalište.

§. 49. Ako je iz kojega mu drago razloga sumnjivo, koji duhovni pastir imade pravo obaviti vjenčanje, tad se stvar ima podnieti biskupu, i valja počekati rješitbu ili naredbu njegovu. (Naputak.)

Sedente felic. record. Urbano VIII., pontifice maximo, archiepiscopus Coloniensis elector tria haec dubia proposuit coram congregatione concilii: Quaeritur humiliter a sacra congregatione, an incolae, tam masculi quam feminae loci,

in quo concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum et acceptum, transeuntes per locum, in quo dictum concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine parocho et testibus contrahere.

Secundo: Quid, si eo praedicti incolae, tam masculi quam feminae, solo animo sine parocho et testibus contrahendi se transferant, habitationem non mutantes.

Tertio: Quid, si iidem incolae, tam masculi quam feminae, eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque parocho et testibus contrahant. Hoc autem congregatio dedit responsum die 5. Septembris 1626. Sacra congregatio cardinalium concilii Tridentini interpretum ad primum et secundum respondit, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes et trenseuntes cum fraude.

Ad tertium respondit, nisi domicilium vere transferatur, matrimonium non esse validum. Institerunt postmodum archiepiscopi Coloniensis procuratores, ut congregationis responsum pontificio brevi confirmaretur, siquidem archiepiscopus elector cupiebat, illud dioecesanae synodo, quam habiturus mox erat, adnectere. Petitioni Urbanus VIII. indulsit, iussitque expediri breve; cuius prima perscriptio autographa, ab eodem subscripta, reperitur inter eiusdem brevia anni 1627. Summa vero eiusdem ita se habet: Confirmatio resolutionis nonnullorum dubiorum super contrahendis matrimoniis, a sacra congregatione concilii emanatae, est iuxta eiusdem congregationis decretum. Huius vero definitionis contextu bene perpenso, facile intelligitur, matrimonia, primo ac secundo loco exposita, irrita ac nulla ab eadem congregatione decerni, eo quia fraus intercessit; validum autem censeri matrimonium tertio loco positum, in quo, licet fraus intercesserit, nihilominus is, qui matrimonium contrahit, antequam illud iniret, domicilium seu quasi-domicilium adeptus erat eo in loco, ubi matrimonium inivit: »Nisi domicilium vere transferatur«.

Siquidem novum non est neque inusitatum, quod quis domicilium habeat aliquo in loco, et quasi-domicilium adipiscatur in alio: in quo rerum statu si versetur, tunc eidem liberum erit matrimonium contrahere coram illo parocho, intra cuius paroeciae fines tunc inhabitat, cum matrimonio iungitur iuxta communem sententiam a nobis relatam sancitamque in superius memorata institutione nostra ecclesiastica XXXIII. latinae editionis.

Firmiter eiusmodi principiis semper adhaesit eadem congregatio, quotiescumque materiae huius discutiendae sese dedit occasio. Etenim in quadam Abulen., proposita sub prima Decembris 1640. lib. 16. decretor. ita respondit: Sacra etc. censuit, non valere matrimonium contractum coram parocho loci, ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi. Dum in minoribus fungeremur munere a secretis congregationis eiusdem irritum ac nullum pariter declaratum fuit matrimonium ab eo contractum, qui, ut declinaret difficultates, quas proprius parochus obiiciebat, ad alium locum transierat atque connubium fecerat coram parocho eius loci, a quo postmodum, contracto matrimonio, statim discesserat, ut ad pristini domicilii locum rediret; uti videri potest in Lauretana proposita ac difinita die 13. Iulii 1725. tom. 3. thesauri resolution. congregationis edit. Urbinaten. a. 1739. p. 185. Ex adverso eadem congregatio validum censuit matrimonium ab eo contractum, qui discesserat a loco proprii domicilii, ut difficultates aufugeret, in quas offendisset, si matrimonium coram eiusdem loci parocho inire voluisset, atque illud inierat coram parocho alterius loci, postquam tamen legitimum ibidem quasi-domicilium adeptus fuerat, eodemque in loco etiam post matrimonium contractum ad aliquod tempus permanserat: quae definitio lata fuit die 20. Februarii 1723. in Caesenaten. seu Foroliv. matrimonii, quaemadmodum videre est tom. II. supradicti thesauri resol. p. 274, ubi alias quoque similes observare licebit, quas tunc diligenter collegimus. Demum, ne prolixior

evadat oratio, in celebri Leopolien. matrimonii proposita sub die 9. Iunii 1725 congregatio principia eadem ad amussim retinuit, quemadmodum legere fas est tom. III. thesauri eiusd. p. 161, quibus pariter in eadem causa omnimode institerat rota Romana in decisione 1298. tom. 6. coram honorabilis memoriae Lancetta, rotae decano et sacrae poenitentiariae regente

Exposita congregationis sententia, operae pretium erit modo referre, quid Urbanus VIII. pro illius confirmatione peregerit. Equidem innuimus iam tum ab eodem pontifice roboratam fuisse pontificio diplomate; cuius cognitio cum temporis decursu ad spectabilis memoriae cardinalem Ioannem de Lugo pervenisset, curavit is exhibendum sibi ab administris Coloniensis archiepiscopi authenticum brevis exemplum; quod cum obtinuisset, operibus suis adnexum typis edidit lib. 1. dub. 36. respons moral. Idipsum quoque alii fecerunt scriptores a nobis collecti in superius memorata ecclesiastica institutione XXXIII. latinae editionis; atque hoc ipsum breve nuperrime in lucem vulgatum reperitur in bibliotheca canonica P. Ferraris: adeo ut ex sententia communiter hodie recepta atque observata, nullum atque irritum habendum sit matrimonium, in fraudem proprii parochi, coram parocho alterius loci contractum, dummodo tamen ille, qui contrahit, antequam matrimonio iungatur, legitimum domicilium vel quasi-domicilium revera in hoc altero loco adeptus non fuisset, atque inibi fortassis post matrimonium contractum ad aliquod tempus commoratus non esset. Consulantur Salmanticenses in cursu theologiae moral. tom. II. tract. 9. de matrim. c. 8. punct. 2. num 31.

Mittimus interea fraternitati tuae Urbani VIII. breve, quod apostolicae auctoritatis robore confirmamus, iubentes una simul, ut confirmationis nostrae documentum asservetur in actis congregationis concilii, atque in nostro secretiore Vaticano tabulario, quemadmodum fraternitas tua sub finem huius nostrae epistolae animadvertere poterit; tibique prop-

*

terea tuisque successoribus mandamus observantiam et implementum eiusmodi brevis in ista dioecesi, ubi frequenter eiusmodi quaestiones incidunt, quibus per idem breve opportune prospicitur: atque hoc pacto satisfecisse nos arbitramur petitioni, quam proposuisti in epistola diei 18. Decembris 175., ubi normam, quam sequereris, commonstrari tibi cupiebas, si contingant, uti paulo ante dicebamus, matrimonia eorum, qui ad evitandas difficultates, in quas vel offenderant vel offensuri erant, si matrimonium in tua dioecesi celebravissent, transeunt ad finitimum locum, in quo coram aliquo missionario matrimonium contrahunt, deinde vero ad eam regionem ubi verum domicilium habent, revertuntur.

Post haec necessarium fore censemus nonnihil adiungere, ut in propatulo sit, quidnam requiratur ad quasi-domicilium adipiscendum. Verum hac in re non alio pacto responderi potest, nisi quod, antequam matrimonium contrahatur, spatio saltem unius mensis ille, qui contrahit, habitaverit in loco, ubi matrimonium celebratur. Definitiones congregationis concilii hac de re observari poterunt apud Fagnanum in cap. *significat.* de parochiis, ubi, earundem contextu perpenso, haec habet sub Nro. 39: Vir et mulier Traiectenses timentes impedimentum a parentibus, cum ad vicinam urbem Aquisgranam se contulissent, et ibi aliquamdiu morati matrimonium contraxissent, sacra congregatio, consulta super validitate, censuit, exprimendum tempus, quo contrahentes Aquisgranae manserunt; quod si fuerit saltem unius mensis, dandam esse decisionem pro validitate. Natalis Alexander in theologia dogmatica et morali lib. 2. de sacram. matrim. cap. 2. art. 2. reg. b. animadvertit, ad acquirendum quasi-domicilium oportere, ut contrahentes, antequam matrimonium celebrent, tanto tempore eo in loco, ubi copulantur, fuerint commorati, ut ibidem cogniti iam sint atque perspecti. Dubitari autem posset, num ad quasi-domicilium acquirendum matrimonii causa, uti diximus, non

solum requiratur praecedens habitatio, verum etiam subsequens ad aliquod temporis spatium; verum cum observaverimus, subsequentem habitationem ab iis auctoribus, qui hanc tractarunt materiam, tamquam magni momenti adminiculum reputari, ut novum domicilium quaesitum dicatur, nihil vero de illa praescriptum fuisse a concilii congregatione in adducta paulo ante definitione penes Fagnanum, nolumus hac de re quidquam novi decernere.

Vic. arch. in spir. gen.

Pravo i nepravo prebivalište.

§. 40. Pravo prebivalište u onom je mjestu, gdje tko izključivo ili ponajviše stanuje tako, da se ne može reći, da je doma, kada ne boravi ondje. Doklegod u tom mjestu zadrži prebivalište, za sebe ili za ukućane svoje namienjeno, tad odsutnost, makar i više vremena trajala, neće sama po sebi biti dovoljna, da bi se pravo prebivalište drugamo prenielo. Gdje tko, istina, ne namjerava stalno nastanit se, ali gdje ipak stanuje u svrhu takovu, koju da postigne, trebat će mu duljega boravljenja: ondje, kaže se, da mu je prebivalište nepravo.

§. 41. Pravo prebivalište ženino ondje je, gdje ima muž, a maloljetnikovo ondje je, gdje istoga maloljetnika roditelji, posinitelji ili odhranitelji ili tutor imadu pravo svoje prebivalište. Mjesto, gdje je n. pr. žena u službi, gdje se maloljetnik nauka radi bavi, ili gdje vojnička osoba stanovište svoje imade, smatra se kao prebivalište njihovo nepravo. Tko se smatrati ima kao maloljetan, ili tko je maloljetniku u obziru pravnom uzporedjen, to se ovdje prosudjivati ima po zakonu Austrijskomu.

§. 42. Državni urednici ili takovi, koji su u kakovu mu drago javnu službu stupili za vas svoj život, imadu uredno svoje prebivalište ondje, gdje stanuju radi izvršivanja dužnosti ureda svoga ili službe svoje. Ako im se u drugom kojem mjestu dade izvanredno kakovo djelo, koje

po naravi svojoj iziskuje više vremena, tad će im to mjesto biti prebivalište nepravo.

§. 43. Tko pri čovjeku kojem privatnom, pri kojem zavodu ili družtvu stupi u službu na dulje ili na neizvjestno vrieme, tomu će ono mjesto, gdje radi obavljanja službe te boravio bude, biti prebivalište nepravo. Samo što služba ta ne smije biti takova, da bi poradi nje čovjek morao neprestano mienjati boravište; a tako isto takovim odnošajem službenim, uslied kojega valja, što se boravišta tiče, ići onamo, kamo gospodar ide, ne dobiva se prebivalište ondje, gdje ni gospodar prebivališta ne ima.

§. 44. Ako tko izvan pravoga svojega prebivališta još i u drugih župah imade kuća s uredjenim stanom, koji je za njega namienjen, tad će nepravo prebivalište imat u onom samo mjestu, gdje ili svake godine običaje mnogo vremena baviti se, ili gdje u ono doba, kada tvrdi, da je to mjesto prebivalište njegovo, stanuje barem šest nedjelja dana. (Naputak.)

Instructio
pro episcopis Angliae et Foederatorum statuum Americae.
Fer. IV, die 7. Junii 1867.

Ad constituendum quasidomicilium, quod in hisce casibus necessario adipiscendum est, duo simul requiruntur: habitatio in eo loco, ubi matrimonium contrahitur, atque animus ibidem permanendi per maiorem anni partem. Quapropter si legitime constet, vel ambos vel alterutrum ex sponsis animum habere permanendi per maiorem anni partem, ex eo primum die, quo duo haec simul concurrunt, nimirum et hujusmodi animus et actualis habitatio, iudidicandum est quasidomicilium acquisitum fuisse, et matrimonium, quod proinde contrahatur, esse validum.

Verumtamen si de praedicto animo non constet, ad indicia recurrendum est, quae praesto sint quaeque moralem certitudinem pariant. In re autem occulta et interna difficile est huismodi indicia habere, quae iudicem securum faciant; inde est quod adhiberi maxime debet regula a Summo Pontifice Benedicto XIV. confirmata, ut inspiciatur, utrum ante matrimonium spatio saltem unius mensis vel ambo vel alteruter in matrimonii loco habitaverint. Quod si factum fuisse deprehendatur, censendum est ex praesumptione iuris intentionem permanendi per majorem anni partem exstitisse, et domicilium fuisse acquisitum, proindeque matrimonium esse validum. At si praessumptio haec iuris, quae ex menstrua habitatione oritur, contrariis elidatur probationibus, quibus certo ac liquido constet praedictum nullo pacto exstitisse, tunc profecto contrarium proferri debere iudicium manifestum est: quia praesumptio cedere debet veritati. Praeterea manifestum quoque est actualem habitationem ineptam esse ad quasidomicilium pariendum, si quis in ea regione more vagi et itinerantis commoretur, non autem vere proprieque habitantis, quemadmodum scilicet caeteri solent, qui in eodem loco verum proprieque dictum domicilium habent.

Ženitbe onih, koji ne imaju ni pravoga ni nepravoga prebivališta (vagi).

§. 45. Za one, koji ne imaju ni pravoga ni nepravoga prebivališta, nadležan je onaj župnik, u kojega župi upravo borave.

§. 73. Osobe koje ne imaju prebivališta ni pravoga ni nepravoga, ne mogu se vjenčati, dok sám biskup toga nedozvoli. (Naputak).

Podsudnost osoba vojničkih.

§. 46. Nadležni župnik osoba, spadajućih k vojsci »militia vaga« zvanoj, jeste kapelan vojnički i odnosno vojnički glavni duhovnik (superior) po mjeri punomoći podieljenih po svetoj stolici. Oni, koji se broje k vojsci

»militia stabilis« zvanoj, imadu se obraćati na župnika prebivališta svoga. (Naputak).

Pravo odredjivati drugoga da vjenčanje obavlja.

§. 47. Ako je onaj, koji je za to ovlašten (§. 38.), mučeć dao punomoćje, da se obavi vjenčanje, neće to škoditi valjanosti veza ženitbenoga. Nego izim slučaja, kada je najskrajnija sila, neka vjenčanje ne obavlja nitko, kojega za to nije župnik ili sam biskup naročito opunomoćio. Dozvola samo predmievana nije dovoljna, i ostaje nedostatna i onda, ako bi onaj, koji pravo k tomu imade, budući zaprošen, doista dozvolu dao ili ako bi kašnje tu stvar potvrdio.

§. 48. Tko je dozvolu: obavljati vjenčanje dobio za svekolike slučajeve, može istu za slučajeve pojedine prenositi i na drugoga kojega duhovnika. Onaj pako, koji je dozvolu tu dobio samo za pojedini koji slučaj, ne ima prava, odredjivati mjesto sebe koga drugoga, ako mu to nije izrično podieljeno. (Naputak).

Prilozi, koje vjerenici imadu u svrhu vjenčanja prinieti.

§. 70. Vjerenici imadu se pustiti na vjenčanje onda samo, ako sjedinjenju njihovomu, na koliko je moguće znati, ne smeta nikakova zaprieka, i ako su oni učinili sve, što zakoni crkveni propisuju, da se izključe ženitbe nevaljane i nedopuštene. Navlastito dužnost im je, izkazati sve, da je napovied učinjena, kao što treba, predložiti svjedočanstvo o stališu neoženjenom, i prinieti krstni list, ako se ne vidi iz župnih knjiga, koje su dobe i kojega su roda. Ako bi kojemu vjereniku sasvim nemoguće bilo, pribaviti sebi krstni list, imat će župnik radi toga obratiti se na biskupa. Što se tiče goripomenutih propisa zakona Austrijskoga, valja pomnjivo o tom nastojati, da ih vjerenici točno obdržavaju. Ako se dogodi, da bi opomene župnika u zalud bile, ima se stvar podnieti biskupu. To isto valja učiniti, ako bi iz

kojega god drugoga uzroka nastale kakove težkoće ili sumnje. (Naputak).

§. 21. Ako vjerenici nisu kadri pokazati krstni list i pismena svjedočanstva, da je napovied uredno obavljena, ili pako dopuštenje, koje im je po §§. 5, 6., 7., 8., 10., 11. i 20. potrebito za vjenčanje njihovo; isto tako, ako se pokrene (uzbudi) kakova mu drago zaprieka ženitbe dopuštene i valjane, tad je pod težku kazan zabranjeno duhovnomu pastiru preduzeti vjenčanje, dok vjerenici ne donesu potrebnih svjedočanstva, i dok ne budu uklonjene sve zaprieke; nego može zemaljsko načelstvo ili vlast okružna u sporazumljenju s vlasti duhovnom iz važnih razloga, i pod dovoljnimi oprezi odpustiti vjerenikom, da ne moraju prinieti krstnoga lista. (Ženitbeni zakon.)

§. 78. Ako vjerenici ne pokažu pismenoga svjedočanstva, da je napovied uredno svršena; ili ako osobe imenovane u §§. 49., 50., 51., 52. i 54. ne pokažu dopuštenja potrebitog za njihovo vjenčanje: ili ako oni, kojih punoljetnost nije očita, ne mogu pokazati krštenice ili pismenoga svjedočanstva da su punoljetni, ili ako se pokrene (uzbudi) druga koja zaprieka ženitbena; zabranjeno je pod težku kazan župniku preduzeti vjenčanje, dok vjerenici ne donesu potrebnih svjedočanstva, i ne uklone sve zaprieke. (Gradjanski zakon.)

Prekršaj vjenčanja.

§. 35. Radi prekršaja zabrana ženitbenih, u zakonu ovom ustanovljenih, izim zabrana u §. 11. pomenutih, glede kojih vladati se treba polag osobitih o tom postojećih propisa, odredjuju se kako proti glavnomu krivcu, tako i proti svakomu, koji je pri tom na griešni način sudjelovao, one iste kazni, koje su u zakonih kaznenih (§. 507. obćega kaznenoga zakonika i §§. 780. i 781. vojničkoga zakona kaznenoga) odredjene proti sklapanju ženitbe protuzakonite,

u koliko ne bude učinjeno djelo takovo, koje je težkoj kazni podčinjeno.

Ako prekršaj ovaj učinjen bude u inozemstvu, tad vrieme, potrebito za zagodu prekršaja i kazni, počet će za podložnika, koji je prekršaju tomu kriv, teći stopram od onoga dana, kada se povratio bude u države Austrijske.

§. 507. kazn. zakona glasi: Koji se dade vjenčati, zamučavši sebi koju god zakonitu zaprieku ženitbe, ne dobivši prije redovitoga oprosta; ili koji podje u tudju zemlju, da tamo sklopi ženitbu, koja po zakonu domaćem ne može imati mjesta, kriv je prekršaju i ima se kazniti strogim zatvorom od tri do šest mjeseci; a zavoditelj ima biti vazda kažnjen strožije.

Kad kojoj stranki zatajena bude zapreka, ter tim načinom bez svoje krivnje bude navedena na ništetnu ženitbu, zatvor se još i pooštrit imade. (Ženitbeni zakon.)

Okružnica hrv. slav. namjestničtva od 22. rujna 1859. br. 14 581, kojom se proglašuje naredba ministarstva za bogoštovje i nastavu od 9. rujna 1859. br. 9962/278 o kažnjivosti dušobrižnika, koji bi se ogriešili o ženitbene propise.

Aus Anlass erhobener Zweifel hat das Justitz-Ministerium über das mit den Ministerium des Innern und des Cultus gepflogene Einvernehmen mit dem Erlasse von 10. Juni 1859 Z. 7572 sämmtlichen Oberlandesgerichten (einschliesslich der Banaltafel in Agram) die Belehrung zu ertheilen befunden, dass die Anordnung des §. 35 Anhang I des Ehegetzes vom 8. Oktober 1856 R. G. Bl. Nr. 185 auch auf katholische Geistliche, welche durch Vornahme einer Trauung zur Uebertretung eines in diesem Gesetze aufgeführten Eheverbots, mit Ausnahme jenes des §. 11, schuldbarer Weise mitgewirkt haben, Anwendung finde, und dass die Competenz zur Untersuchung und Entscheidung hierüber den Gerichten zustehe. Dasselbe gilt von jenen Seelsorgern nicht katholischer Ehewerber, vor welchen diese in den Theilen des Kaiserthums, für die der heilige Stuhl die Anweisung vom 30. April 1841 erlassen hat, auf Grund

des §. 19 des gedachten Gesetzes die Einwilligung in die Ehe mit katholischen Personen erklären.

Hievon hat die k. k. Statthalterei die katholischen und gr. n. u. bischöflichen Ordinariate, wie auch die kirchlichen Obern der nicht katholischen christlichen Confessionen des jenseitigen Verwaltungsgebietes zur weiteren Verständigung der unterstehenden Seelsorger in die Kenntniss zu setzen.

Izvidjanje radi vjenčanja takovih, koji lažno tvrde, da su vjenčani.

§. 113. Ako takovi, koji lažno tvrde da su vjenčani, žele vjenčati se ali ne mogu u tu svrhu udariti pravim (redovitim) putem, jer bi time sebi i djeci svojoj nanieli velike štete, mogu stvar tu ili sami, ili po kojem duhovnom pastiru predložiti predsjedniku ženitbenoga suda, koji će obaviti ili narediti izvidjanja potrebita, da se ukloni svaka zloporaba. U pravilu uzimat će za posao taj dva savjetnika; ako li osobite okolnosti iziskivale budu što najstrožiju tajnu, moći će mu biskup dopustiti, da stvar takovu sám razpravi. (Naputak).

Pritužba radi uzkrate vjenčanja.

§. 105. Ako župnik odgadja ili uzkraćuje vjenčanje, mogu se vjerenici radi toga obratiti na vieće biskupsko, koje će po okolnostih ili nastojati, da zaprieke ukloni, ili odpraviti stvar ženitbenu sudu, da ju pretrese i rieši.

§. 106. Ako težkoća sastoji u pobudjenoj zaprieki valjanosti, imat će ženitbeni sud pretresavši sve pojedine okolnosti prosuditi, da li ima dovoljan razlog, da se vjenčanje uzkrati. Nego imat će se isti sud držati toga načela, da je bolje, odgoditi vjenčanje ženitbe valjane, nego li dati prilike ženitbi nevaljanoj i svim onim zlim posljedicam, koje su s njome obično skopčane. Izreka samo jednoga jedinoga vjerodostojnoga svjedoka, i pogovaranje takovo, koje

dirnuti može i izkusne, srčane muževe, svakako je dovoljno, da se vjerenici odbiju, dok stvar ne bude potanje razjašnjena. (Naputak).

§. 79. Ako vjerenici uzkraćenjem vjenčanja nadju se uvriedjeni, mogu predložiti svoju tužbu načalstvu zemaljskomu, a u mjestih gdje ovoga nema, uredu okružnomu. (Gradjanski zakonik.)

Uvjetna ženitba.

§. 51. Da li privoljenje, pod uvjetom izjavljeno, čini doista ženitbu, zavisi od toga, da li je uvjetu zadovoljeno ili nije.

§. 52. Ako je štogod, što se u buduće ima ili ne ima dogoditi, stavljeno kao uvjet, tad će ženitba biti odgodjena dotle, dok se uvjet ne izpuni. Ako uvjet ne bude izpunjen, prestat će krepost danoga privoljenja. Ako je privoljenje kao s uvjetom skopčano i čim god, što je u sadašnjosti ili u prošlosti, tad će ženitba bit valjana ili nevaljana, kao što je jurve uvjet izpunjen ili neizpunjen.

§. 53. Ne ima valjanosti privoljenje takovo, kojemu pridan bude uvjet, protivan bitnosti ženitbe. Uvjeti, koji sadržaju štogod, što je nemoguće ili nećudoredno, nego ipak što nije protivno bitnosti ženitbe, imadu se smatrati kao da nisu ni pridani.

§. 54. Koji izvrši ženitbu prije, nego što izpunjen bude uvjet, odriče se time uvjeta.

§. 55. Samo ako biskup izrično dopusti, moći će se dozvoliti, da se privoljenje dade pod uvjetom. Uvjeti, koji u izjavi privoljenja ne budu izraženi, imadu se smatrati kao da nisu ni pridani.

§. 117. Ako iznimice bude dozvoljeno, da se pod kojim uvjetom sklopi ženitba, moći će radi toga, što pridanomu uvjetu nije dozvoljeno, pobijati ženitbu samo onaj ženitbeni drúg, koji niti je lažljivo tvrdio, da postoji ono, što je kao uvjet ugovorio, niti je navlaš zašutio, da ono ne stoji, niti je napokon krivnjom svojom zapriečio, da se uvjetu ne zadovolji. Ako se ženitbeni drúg odreče od uvjeta, odreći će se tim i svoga prava pobijanja. (Naputak).

De benedictione conjugum.

Ex quo tempore de matrimoniis tempore clauso contrahendis egimus (Confer lib. Official. anni 1853. pag. 17.), duo emanarunt S. R. Congregationis Decreta, quibus prohibetur, ne benedictio super Coniuges a Missa separetur.

Equidem S. R. Congregatio anno 1838 usum contrarium tolerare videbatur. Inter dubia enim a Reverendissimo Episcopo Eystettensi proposita No. 2 legitur:

Quum in nuptiis benedicendis perraro in Bavaria Missa pro Sponso et Sponsa celebrari valeat, ac proinde benedictio nuptiarum in Missali praescripta intra Missam, extra ipsam Missam ut plurimum impertitur, quaeritur, utrum liceat hunc ritum a Missa abstrahere, et quatenus negative, utrum Episcopis et Parochis ius sit adigendi sponsos ad benedictionem in Missae celebratione recipiendam. Ad quod dubium S. Rit. Congregatio die 1. Septembris 1838 rescripsit: Nihil obstat quoad primam partem, negative quoad secundam.

Sed eadem S. R. Congregatio usum, quem tunc temporis tolerare videbatur, duobus decretis recentioribus reprobavit. Decreta vero, quae huc spectant, sunt:

In Limburgensi. (Gardellini No. 5190.)

Quum Reverendissimus Limburgensis Episcopus Sanctissimum Dominum Nostrum Pium IX. P. M. humillimis precibus adiens sequentium dubiorum declarationem rogarit, nimirum:

1. Quum ex S. R. Congregationis decreto, die 1. Sept. 1835, in Eichstetten., benedictio nuptiarum, quod frequentissimum est etiam in hac dioecesi Limburgensi, a missa

abstrahi licite possit, et sponsi ad benedictionem in missae celebratione recipiendam adigi non debeant; quaeritur utrum, si eamdem benedictionem a missa abstrahi, et tardioribus diei horis cum ritu celebrandi matrimonium coniunctam impertiri, de mane tamen, petentibus sponsis, missam celebrari contingat, votiva pro sponso et sponsa cum iisdem privilegiis ac alias sumi valeat; an vero et in ipsis etiam admittentibus votivas diebus, missa currens, aut alia, exclusa missa pro sponso et sponsa, cui forte, abstracta benedictione, locus amplius non sit, dici debeat?

2. Quum Agenda Limburgensis, anno 1838, sub praedecessore meo edita, benedicendi matrimonii ritum duplicem exhibeat, quaeritur, utrum quoties benedictionem, ut supra, a missa abstrahere contingat, hunc Agendae ritum retinere liceat, an vero ritum missae pro sponso et sponsa insertum, etiam extra missam omnino adhibere oporteat?

3. Denique in hac dioecesi, sicuti in pluribus Germaniae, tempore feriarum, non solum nuptiarum solemnitates, sed ipsae etiam nuptiae ex consuetudine prohibentur, nisi adsit dispensatio Episcopi. Hanc dispensationem ab Episcopo auctoritate ordinaria concedi posse, dummodo adsint causae sufficientes, certe in dubium vocari nequit, quum de sola consuetudine particulari agatur. Quaeritur autem, an Episcopus, in casibus particularibus, et ob rationabiles et graves causas, etiam in hoc dispensare possit, ut secluso quidem semper alio quocumque apparatu ac strepitu, nuptiarum tamen benedictio solemmis more debito adhibeatur?

Sanctitas sua super requisitis a RR. Episcopo oratore, audito a me subscripto S. R. C. prosecretario relatione fideli, mandavit, ut dubiis ipsis, iuxta mentem suam et alia decreta, responsa darentur, nimirum:

Ad. 1. Iuxta decretum Urbis et Orbis latum die 20. Decembr. 1783, missa in nuptiis semper debet esse votiva pro sponso et sponsa, ut in Missali, praeterquam in festis de praecepto, et duplicibus primae et secundae classis, in

quibus missae occurrenti addenda est commemoratio pro sponso et sponsa. In ea vero assignata benedictio, iuxta rubricas, non est impertienda nisi in missa.

Ad 2. Provisum in praecedenti, et quando impertienda est benedictio, omnino servetur rubrica Missalis. Quoad specialem benedictionis formulam extra missam, relatum.

Ad 3. In casu nuptiae celebrentur sine solemnitate, ideoque privatim sine missa et benedictione, temporibus prohibitis.

Die 23. Iunii 1853 in Limburgen.

Reverendissimus Episcopus dioecesis Montis-Albani in Galliis ab hac Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum declarationem supplicibus votis imploravit, nimirum:

Dubium I. An possit sacerdos, quum matrimonia extra missam celebrantur, sicut in ecclesiis civitatum Montis-Albani dioecesis frequenter evenit, sponsis benedictionem impertiri, et orationes recitare, quae in Missali in missa pro sponso et sponsa habentur, quaeque dicendae sunt tum post Pater noster, tum ante Placeat, quando non agitur de nuptiis, in quibus non est deneganda supradicta benedictio? Et quatenus affirmative, an teneatur?

Dubium II. Licetne missam pro sponso et sponsa, et benedictionem ad diem proxime sequentem, vel in aliam multo remotiorem differe, etsi coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam, in eadem domo cohabitent?

Dubium III. Utrum prohibitio nuptiarum tempore Adventus et Quadragesimae intelligi tantum debeat de missa pro sponsis, ac de precibus pro nubentium benedictione in Missali positis, an ipsum etiam attingat matrimonium, quod cum solis celebratur ceremoniis et precibus, quae in Rituali reperiuntur?

Dubium IV. An facta per Episcopum licentia contrahendi matrimonium temporibus a Sacro Concilio Tridentino

vetitis, censeatur etiam permissa benedictio coniugum per preces, et orationes in missa pro sponsis contentas? Et quatenus negative, an possit Episcopus in casu eam facultatem concedere? Huiusmodi porro dubiis per infrascriptum Secretarium relatis, Sacra Congregatio in ordinario coetu ad Vaticanum hodierna die habito rescribendum censuit:

Ad 1. Negative in omnibus.

Ad 2. Negative in casu.

Ad 3. Affirmative ad primam partem. Negative ad secundam, dummodo accedat Episcopi venia.

Ad 4. Negative in omnibus.

Quae decreta ut recte intelligantur, commonere liceat, Rituale Romanum a separata Missa benedictionem super coniuges prorsus ignorare; benedictio enim super coniuges coniuncta est cum Missa pro sponso et sponsa, a qua non separetur iuxta praedicta decreta.

Itidem Missale Trevirense praecipit, ut benedictio super coniuges intra Missam pro sponso et sponsa impertiatur, aut certe in fine Missae, et quidem ante Evangelium S. Joannis. Quoad benedictionis formam intra Missam idem Missale ad Agendam sive Rituale Trevirense quidem delegat, sed et propriam in fine Missae subiungit benedictionem paulo diversam ab illa, quam Rituale exhibet.

De secunditiis nuptialibus.

(Srebrni ili zlatni pirovi).

Quando conjuges nuptiarum solemnia post 25 vel 50 annos repetere et cum gratiarum actione celebrare voluerint, parochus, facta convenienti adhortatione, tantummodo faciat propositum renovare, permanendi cum pace divina usque ad mortem in societate connubii. Junctas dein conjugum manus stola circumvolvat dicendo: *Benedictio Dei omnipotentis . . . . maneat semper vobiscum.* Recitato vero Psalmo 127. (Beati omnes, qui timent Dominum etc.) vel (ut habetur in Pastor. liturg. Rigler) Psalmo 99. (Jubilate Deo) cum

antiphona: *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum,* dicat cum solitis versiculis:

Oremus

Omnipotens sempiterne Deus, respice propitius super hos famulos tuos, ad templum sanctum tuum pro gratiarum actione laetos accedentes, et praesta, ut post hanc vitam ad aeternae beatitudinis gaudia (cum prole sua) pervenire mereantur. Per Christum D. N.

Tandem aspergat eos more solito Aqua benedicta.

Missa dicatur de die aut votiva B. M. V. si per rubricas licet, non vero illa pro sponsis. Sub finem addi poterit *Hymnus Ambrosianus.*

Benedictio vero haec concedenda est non nisi honestis conjugibus et matrimoniis catholicis. (Ex Instr. Past. Eystet. Ed. II. pag. 367.).

Ne tamen catholicae matres, hoc in casu repulsam ferendo, confusioni alicui exponantur, indeque ab Ecclesia Catholica magis alineae reddantur, ipsas praevie de hoc disciplinae capite, omni cum discretione admonere, eoque instruere oportet ut pro introductione in simili casu ad Ecclesiam Catholicam venire nolint. Quaeritur 3-io. *Quis modus tendendus sit in promulgationibus* mixtorum matrimoniorum? — Ad tertium: si matrimonia mixta sola promulganda sint, loco solitae formae promulgationibus alias praemitti solitae dicatur: *Jemlyu vu histvo N. N.* si vero Matrimonia talia cum aliis pure catholicis denuntianda sint, haec omnia praemittantur, ac illis mixta matrimonia subjungantur cum interjectione: *jemlu vu histvo zvan oveh itd.* Stola vero etiam sub promulgatione mixtorum Matrimoniorum retineri potest, cum absque populi offendiculo removeri semper vix possit. — Quaeritur 4-to. An in casu illo, dum Parochus passive tantum asistit mixto Matrimonio, stolaris praestatio locum habeat? — Ad quartum: in proposito casu a praetendenda stolari obventione abstinendum est ea etiam ex Causa, quod Parochus tunc testem potius authorisabilem. sive pro excipiendo Matrimoniali contrahentium consensu legaliter qualificatum agat. Ceterum si quis Curatorum propterea in proventibus suis Parochialibus quodpiam praejudicium sibi inferri putaverit, casum, in specifico huic officio Diocesano insinuet. — Quaeritur 5-to. Quae foret praescribenda formula pro elargienda dimissione sponsae Catholicae ex propria Parochia ad aliam, quae a proprio Parocho ad alium Sacerdotem? quae item norma immatriculationis mixtorum idmodi Matrimoniorum? quo denique tenore exarandi Extractus Matriculares de his Matrimoniis? — Ad quintum: In proposito Casu dimissoriae his verbis concipiendae forent: *Sponsalia inter N. N. tribus distinctis vicibus in Ecclesia Parochiali N. denunciata fuisse, nullumque praeter vetitum Ecclesiae ob disparem Religionem impedimentum innotuisse, sicut in fidem subscriptus testor, ita ad excipiendum mutuum eorundem Sponsorum in matrimonialem*

conjunctionem consensum Parocho N. N. vel Sacerdoti N. N. vices meas defero. Forma autem, imatriculationis aliis praescriptis Rubricis plene conformis tenenda est, unice in Rubricam *copulans* inserenda erunt hoc verba: *mutuum in matrimonium consensum declararunt coram Parocho N. N. vel Sacerdote N. N. in aedibus Parochiae N.* Haec forma vix aliquid diverget a praescriptis Rubricis, et tamen passivam asistentiam sufficienter, simulque ita modeste indicabit, ut per id nemo offendi possit. — Juxta hic praemissam immatriculationis formam facile erit etiam *Extractus Matriculares* de initis hujusmodi matrimoniis expedire, cum hic caeteroquin tenori matriculae adamussim cohaerere debeant. — Quaeritur. 6-o. Num declaratio sponsi, et sponsae consensum in Matrimonium de praesenii exprimens, verba item juramenti suggeri vel praelegi per Parochum possint? — Ad sextum: si desponsi Matrimonium ineuntes idiotae sint, et rudes, vel sponsae verecundia id exposcat, in suggerendis verbis mutuum Consensum, vel juramenli formam exprimentibus abhorendum non est, cum secus in multis Casibus ipse matrimonii valor quaestionibus implicari, et Ecclesiae Catholicae magna invidia conflari possit. Caeteroquin in ipso passivo asistentiae Casu Parochus non tam Sacerdotis, ad obeundas sacras functiones missi, quam testis qualificati vices sustinet. — Sunt etiam aliae quaestiones suboriri queuntes, quae tamen ita a variis, et saepe minutis circumstantiis pendent, ut aegre posint sub certam Regulam cogi; sed illarum solutio discreto usui, et prudentiae pastorali relinqui debeat. Datum Zagrabiae 29-a. Januarii 1841.

Breve Gregorii XVI. PP. ad Primatem et ad Archiepisoopos Regni Hungariae circa matrimonia mixta dd. 30. April. 1841.

Ven. fratres etc. Quas vestro et communi istius Regni Antistitum nomine ad Nos per Ven. fratrem Josephum Episcopum Csanadiensem misistis, obsequentissimae literae partim moeroris, partim laetitiae causa Nobis exstiterunt.

Et sane cum pro Apostolici muneris officio sacrae doctrinae et disciplinae integritati cavere studiosissime debeamus: non possumus non moleste ferre, quidquid in earum discrimen induci fortasse contingat. Exploratum porro satis superque est, quid Ecclesia de matrimoniis Catholicos inter et Acatholicos perpetuo senserit. Ipsa nimirum tamquam illicitas planeque perniciosas semper habuit eiusmodi nuptias tum ob flagitiosam in divinis rebus communionem, tum ob impendens Catholico coniugi perversionis periculum, pravamque sobolis institutionem. Atque huc omnino pertinent antiquissimi Canones illas severe interdicentes, et recentiores summorum Pontificum sanctiones, a quibus speciatim recensendis iuvat abstinere, cum ea abunde sufficiant, quae in rem disseruit insignis memoriae Praedecessor Noster Benedictus XIV. in Encyclicis literis ad Poloniae Regni Episcopos, atque in celebratissimo opere, quod de Synodo Dioecesana inscriptum est. Quodsi alicubi propter locorum ac temporum difficultatem talia connubia tolerentur: id profecto ad eam referendum est aequanimitatem, quae nulla ratione adprobationis vel consensus cuiuspiam loco habenda sit, sed merae patientiae, quam ad maiora vitanda mala affert necessitas, non voluntas; quemadmodum in data ad Archiep. Moguntinum die 9. Octobr. 1803 epistola fel. rec. Pius VII. Decessoris sui ad Episcopos Vratislaviensem, Rosnaviensem, Scepusiensem responsiones commemorans, sapienter animadvertit. Hinc etiam accidit, ut, si aliquid de canonum severitate remittens haec Apostolica Sedes mixta istiusmodi matrimonia quandoque permisit, id gravibus duntaxat de causis, aegreque admodum fecerit, et nonnisi expressa sub conditione de praemittendis opportunis cautionibus non modo ut coniux Catholicus ab Acatholico perverti non posset, quin potius ille teneri se sciret ad hunc pro viribus ab errore retrahendum, sed insuper ut proles utriusque sexus ex hisce coniugiis procreanda in Catholicae Religionis sanctitate omnino educaretur. Quae certe cautiones in ipsa divina

et naturali lege fundantur, in quam procul dubio gravissime peccat, quisquis se vel futuram sobolem perversionis periculo temere committit. Jam vero ex praedictis vestris literis comperimus, per istius Regni Dioeceses abusum communiter inolevisse, ut matrimonia Catholicos inter et Acatholicos, nulla licet accedente Ecclesiae dispensatione, nec praeviis necessariis cautionibus, per Catholicos Parochos benedictione sacrisque ritibus honestarentur. Ac propterea intelligitis, Vener. fratres, quam graviter exinde affici debuerimus, maxime cum invectam ita lateque propagatam perspiceremus omnimodam mixtarum nuptiarum libertatem, atque adeo magis in dies promotum funestissimum, uti vocant, indifferentismum in Religionis negotio intra vastissimi illius Regni fines, quod antea Catholicae fidei gloria tantopere praestabat. Nec sane dissimulamus, Nos sanctissimi quo fungimur muneris partes minime fuisse praetermissuros, si scilicet res pridem innotuisset. Hanc autem silentii Nostri causam ex eo etiam vobis pronum est coniicere, quod vel nuperis temporibus nulla prorsus ad promiscuas nuptias isthic ineundas Apostolica dispensatio fuerit concessa nisi praescriptis necessariis conditionibus, iniunctisque regulis, quae ex Sanctae huius Sedis instituto servari consueverunt.

Inter haec tamen non parum solatii Nobis allatum est, quod uno tempore de ingruenti malo certiores facti, didicerimus pariter adhibita per vos Collegasque vestros studia ad illud opportune medendum. Et superabundavit quidem gaudio cor Nostrum, cum noverimus, quo coniunctim zelo inflammemini, ut Catholicae fidei puritas illaese usque permaneat; quaque unanimiter hanc Apostolicam Sedem, Veritatis ducem et magistram, observantia ac devotione prosequamini, ad illius nutum crediti vobis pastoralis officii rationem sedulo dirigentes. Ubi enim docti Nostris in rem ipsam declarationibus ad alias regiones spectantibus, perpendistis, praxim, quae isthic invaluerat, Ecclesiae principiis, ac legibus penitus adversari, ac proinde sine gravi periculo tolerari per

vos diutius non posse: minime dubitastis communi consilio atque opera eidem tollendae ut par erat insistere, parati etiam fortiter sustinere pericula, si quae forent pro aeterna vestra gregisque salute obeunda. Ad Nostram autem laetitiam complendam accesserunt uberes fructus, qui ex Vestris curis illico dimanarunt. Neque enim ignoramus, quam fideliter Parochi, et reliquus Clerus Vestris ea de re monitis praeceptisque fuerint obsequuti, ita, ut, illegitima consuetudine iam passim sublata, primaeve sacrorum Canonum disciplinae consultum sit. Itaque gratulamur Vobis maiorem in modum, Vener. fratres, et gratias agentes Deo, qui Vosmetipsos in fidei suae ac doctrinae tutelam fortitudine induit ex alto, hortari ac vehementius etiam excitare non desistimus, ut pari firmitate atque constantia pergatis Catholicae Ecclesiae causam propugnare, ne pravus usus uspiam reviviscat, et si quod adhuc superest illius germen funditus eradicetur. Interim vero non potuimus non attente respicere ad ea omnia, quae in memoratis Vestris literis addebatis, exponentes nimirum gravissimas circumstantiarum difficultates, unde permoti ac propemodum coacti tolerandum censuistis, ut, siquando Catholicus vir aut mulier, conantibus licet contra per debitas suasiones hortationesque sacris pastoribus, in contrahendi mixti matrimonii citra necessarias cautiones sententia persistat, nec aliunde res absque maiori Catholicae Religionis discrimine valeat impediri: tum parochi matrimonio ipsi passive tantum intersint ab omni religioso ritu et a quovis adprobationis indicio prorsus abstinendo. Qua quidem providentiae forma dum propositum Vobis erat praesenti necessitati prudenter occurrere, arduum huiusmodi negotium ad nos quamprimum deferendum statuistis, assensum in id Nostrum impetraturi, quem ex urgenti causarum concursu praesumi tunc quodammodo posse arbitrabamini. Et reapse Nos, qui, ceteroquin sanctissimis Catholicae doctrinae institutis integre retinendis iugiter intenti, nequaquam omittimus calamitosis istarum regionum circumstantiis ortisque

inde Vestris angustiis pro tradita Nobis potestate subvenire: quin susceptam per Vos consilii rationem improbemus, petitioni Vestrae ducimus indulgendum. Idque facimus congruenter ad ea, quae et nos ipsi Praedecessorum Nostrorum exemplo circa aliarum ditionum loca haud ita pridem tolerantes admisimus; et iam ante alter illorum, sanctae nempe memoriae Pius VI. pro aliqua ipsiusmet Hungarici Regni Dioecesi pluries declaraverat. Is namque in responsione, quam tum anno 1782. Vindobonae degens, tum subsequenti post suum in urbem reditum dandam mandavit Episcopo Scepusiensi, quamque huius Successori anno 1795. iterari iussit, ita de mixtis connubiis in iis temporum adiunctis agens mentem suam aperuit: »Quaecunque scilitet de hac re latae essent leges, oportere, ut Episcopus et Parochi studiose et prudenter curent, ne huiusmodi matrimonia fiant, et, si contrahantur, ut proles universa in Catholica Religione educetur: quoties vero, ipsis invitis, secus fuerit factum, abstineant semper a nuptiali benedictione impertienda, eorumque praesentia, si necessitas urgeat, sit tantummodo materialis, neque actibus et declarationibus coniungatur, quae confirment vel adprobent prolem aliter quam in Religione Catholica posse educari.«

Siquidem igitur, Venerabiles Fratres, in Regni istius Dioecesibus ex temporum, locorum, ac personarum conditione quandoque contingat, ut matrimonium acatholici viri cum catholica muliere et vicissim, deficientibus licet cautionibus ab Ecclesia praescriptis, absque maioris mali scandalique periculo in Religionis perniciem interverti omnino non possit, simulque (verbis utimur gloriosae memoriae Pii VII. in supranunciata epistola ad Archiep. Moguntinum) in Ecclesiae utilitatem et commune bonum vergere posse dignoscatur, si huiusmodi nuptiae quantum libet vetitae et illicitae coram Catholico Parocho potius quam coram ministro haeretico, ad quem partes facile confugerent, celebrentur: tunc Parochus Catholicus aliusve Sacerdos eius vice fungens poterit

iisdem nuptiis materiali tantum praesentia, excluso quovis ecclesiastico ritu, adesse, perinde ac si partes unice ageret meri testis, ut aiunt, qualificati, seu auctorisabilis, ita scilicet, ut utriusque coniugis audito consensu deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum referre queat. His tamen in circumstantiis, uti idem Decessor Noster apposite commendabat, haud impari imo maiori etiam conatu et studio per Episcopos et Parochos elaborandum est, ut a Catholica parte perversionis periculum, quoad fieri poterit, amoveatur, ut prolis utriusque sexus educationi in Religione Catholica, quo meliori modo fas erit, cautum sit, atque ut coniux Catholicae fidei adhaerens serio admoneatur de obligatione, qua tenetur, curandi pro viribus acatholici coniugis conversionem, quod ad veniam patratorum criminum facilius a Deo obtinendam erit opportunissimum.

Ceterum intime dolentes, quod haec tolerantiae ratio erga Regnum professione Catholicae Religionis insigne fuerit ineunda, sincerissime coram Deo profitemur, Nos ad ipsam unica de causa adduci, seu verius pertrahi, ne graviora Ecclesiae Catholicae incommoda obveniant. Idcirco Vos, Venerabiles fratres, cunctosque collegas Vestros per viscera Jesu Christi, cuius personam, immerentes utique, gerimus in terris, tota animi contentione obtestamur, ut id demum in tam gravi negotio agere studeatis, quod implorato Spiritus S. lumine, istiusmodi fini revera censueritis respondere. Atque illud una simul satagite, ne tali tollerantiae ratione erga homines mixta connubia illicite contracturos fiat, ut in Catholico populo extenuetur memoria Canonum ea matrimonia detestantium, et constantissimae curae, qua Sancta Mater Ecclesia filios suos avertere studet ab illis in suarum animarum iacturam contrahendis. His Vestrum aliorumque sodalium Antistitum et Parochorum erit in erudiendis sive privatim sive publice fidelibus flagrantiori in posterum zelo doctrinam et leges ad connubia eadem pertinentes commemorare, accuratamque earum custodiam iniungere. Haec omnia ex spectata Vestra religione, fide, et in hanc Beati Petri Cathedram reverentia Nobis certissime pollicentes, coelestis auxilii auspicem, et Paternae Nostrae caritatis testem Apostolicam Benedictionem Vobis, universisque Collegis Vestris cum proprio cuiusque grege communicandam peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Petrum die 30. Aprilis a. 1841. etc.

Instructio Cardinalis Lambruschini ad Primatem, Archiepiscopos et Episcopos in Hung. Regno circa matrimonia mixta dd. 30. April. 1841.

Memores officii, quo assidue tenentur, advigilare, ut Catholicae fidei puritas et sacrae disciplinae integritas nihil unquam detrimenti capiat, Hungarici Regni Antistites, ubi primum animadverterunt, invectam illic praxim benedicendi ac religiosis ritibus honestandi matrimonia, quae Catholicos inter et Acatholicos, nulla praevia Ecclesiae dispensatione, neglectisque necessariis cautionibus, iniri consueverant, utpote sanctissimis Religionis nostrae principiis et canonum statutis repugnantem, diutius citra grave piaculum tolerari non posse: omnem unanimiter curam atque operam impendere non distulerunt ad opportuna tanto huic malo remedia comparanda. At sicuti laetandum ipsis fuit de fideli Parochorum et reliqui cleri studio in pastoralibus documentis monitisque perficiendis: ita pariter praesenserunt, quot quantisque difficultatibus ac molestiis sese atque illos his de causis obiicerent. Eiusmodi namque praesunt Dioecesibus, ubi Acatholicorum pars Catholicorum saepe numerum exaequat, et nonnumquam etiam excedit: atque adeo tales inibi leges vigent, quibus ratione inductae pridem utrimque civilium iurium aequalitatis, et consilio tuendae publicae pacis ac quietis, libertatem mixtas nuptias ineudi fovent, proindeque cum canonicis ea de re sanctionibus conciliari minime possunt. Nec reapse multum abfuit, ut in maximas redigerentur angustias; cum ex una parte nequirent Dei Ecclesiaeque causam pro-

dere, ex altera vero violatae legis patriae perturbatique inde ordinis tam ipsi quam inferiores sacrorum ministri insimularentur. In hac difficili conditione positi, eoque, insuper spectantes, ut imminentia Catholicae Religioni graviora incommoda prudenter averterent, subditumque sibi Clerum adversariorum iurgiis ac vexationibus eriperent, nec non iis potissimum ex leviori sexu prospicerent, quae ob negatam omnino illicitis suis nuptiis Catholici sacerdotis praesentiam a fide facile essent defecturae: in sententiam devenerunt tolerandi ex praesumpo sedis Apostolicae assensu, ut Parochi iisdem nuptiis, siquidem absque maioris mali periculo interverti non possent, passive tantum, exclusisque penitus sacris ritibus, adessent. Mox autem re ad ipsam sanctam sedem obsequentissime delata, fusiusque expositis angustiis, quae ex ingravescentibus in dies impedimentis Clero videtur impendere, tum per literas ad sanctissimum Dominum Nostrum Gregorium PP. XVI. communi nomine datas, tum per legatum huc votorum suorum interpretem Episcopum Csanadiensem initi abs se consilii ratihabitionem, simulque opportunum super universo hoc negotio Apostolicae auctoritatis auxilium atque adiumentum magna cum animi sollicitudine implorarunt.

Porro Sanctitas Sua, singulis matura consideratione perpensis, auditoque suffragio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium ex S. Congregratione extraordinariis Ecclesiae negotiis praeposita, summopere studens, salvis Catholicae doctrinae principiis, unde nec minimum deflèctere fas est, quantum pro supremi Apostolatus munere possit, subvenire postulantium eorum Antistitum angustiis, et molestas, quibus premuntur, difficultates minuere, maxime vero tristiora in Religionem et Ecclesiam mala praecavere: primum quidem debitas rependit laudes alacri ipsorum zelo in illicita, de qua dictum est, praxi tollenda, eosque vehementius excitavit ad firmiorem usque in salutari proposito constantiam; deinde susceptam per eosdem tolerantiae rationem ratam censuit habendam. Hinc rescribens ad memoratas nuper literas,

tolerari posse declaravit, ut, quoties ex temporum, locorum, ac personarum conditione matrimonium Acatholici viri cum Catholica muliere, et vicissim, omissis licet necessariis cautionibus, sine graviori discrimine nequeat impediri, atque insuper Ecclesiae utilitati communique bono expedire videatur, si illud, quantumvis vetitum et illicitum, coram catholico parocho potius quam coram ministro acatholico, ad quem partes facile confugerent, contrahatur, idem Catholicus Parochus, aliusve sacerdos eius vice fungens, matrimonio ipsi materiali tantum praesentia, nullo adhibito ecclesiastico ritu, intersit, perinde ac si partes unice agat meri testis, ut aiunt, qualificati, seu auctorisabilis, ita scilicet, ut, utriusque coniugis audito consensu, deinceps pro suo officio actum valide gestum in matrimoniorum librum valeat referre. Quibus tamen in circumstantiis apposite subdidit, non impari imo maiori etiam conatu ac studio ab Episcopis et parochis elaborandum fore, ut a catholica parte perversionis periculum, quoad fieri poterit, amoveatur ut universae prolis educationi, quo meliori liceat modo, cautum sit, utque Catholicae Religioni adhaerens coniux serio admoneatur de obligatione curandi pro viribus conversionem acatholici coniugis: quippe quod ad patratorum criminum veniam a Deo facilius impetrandam apprime conducat.

Permotus praeterea sanctissimus Dominus Noster iis, quae in praenutiatis literis per Hungaricos Antistites addebantur, quaeque ex ipsorum sensu uberius expressit Episcopus Csanadiensis, tali nempe providentiae forma haud satis mederi multiplici regionum necessitati, nec auferri suarum et Cleri anxietatum causas, habita praesertim ratione nuptiarum, quas ob denegatam etiam ex defectu cautionum Catholici Parochi benedictionem coram Acatholico Ministro iniri contingat: alia nonnulla pari benignitate decrevit super mixtis connubiis in Hungariae Regno, et Magno Transilvaniae Ducatu indulgenda seu toleranda. Itaque praesenti Instructione Primati, Archiepiscopis, et Episcopis eiusdem Regni

Pontificio nomine significatur: si recensitae superius circumstantiae in re, de qua agitur, intercesserint, pati ipsos ulterius posse, ut a Parocho Catholico tum consuetae proclamationes fiant, omni tamen praetermissa mentione circa religionem illorum, qui nuptias sint contracturi tum etiam de peractis hisce proclamationibus literae mere testimoniales concedantur, in quibus (dummodo nullum adsit dirimens impedimentum) unice enuncietur, nil aliud, praeter Ecclesiae vetitum ob mixtae religionis impedimentum, conciliando matrimonio obstare, nullo prorsus addito verbo, unde consensus aut adprobationis vel levis suspicio sit oritura. Quod autem attinet ad connubiorum istorum coram Acatholico ministro, seu non servata conc. Trindentini forma, celebrationem: erit omnino sacrorum Praesulum ac Parochorum studiossime instare, atque in caritate Dei et patientia Christi partem Catholicam hortari ac monere, ut illam nimirum ab tanti scandali turpitudine, quantum possint, absterreant. Siquidem vero huiusmodi ipsorum monitis atque hortamentis nihil, quod absit, proficientibus, mixta matrimonia ea ratione fuerint inita: inspectis tam praeteritis, quam praesentibus locorum, de quibus sermo est, peculiaribus cirumstantiis, erunt ab Episcopis et Parochis prudenter dissimulanda, et, quamvis illicita, pro validis habenda; nisi tamen canonicum aliunde officiat dirimens impedimentum, seu in nuptiarum celebratione appositae fuerint conditiones substantae matrimonii ex catholica doctrina repugnantes. Ceterum quocunque demum modo mixta haec matrimonia citra Ecclesiae dispensationem et necessarias cautiones, sive per passivam Catholici Parochi praesentiam, sive coram Acatholico Ministro contracta fuerint: Illud Episcopis et Parochis Sanctitas Sua magnopere commendat, ut omni pastorali sollicitudine catholicum coniugem ad patratae culpae detestationem, congruamque poenitentiam opportune conentur excitare, eumque solerter adducant ad obligationes implendas, quibus gravissime tenentur, illam praesertim, quae est de catholica universae prolis educatione

impense curanda. Quae si ex voto contigant, adeoque constet eum revera resipuisse, paratumque esse ad opportunam, quoad valuerit, scandali reparationem, tunc sane poterit ipse Sacramentorum Ecclesiae particeps fieri, quemadmodum respondens die 13. Jul. 1782. Archiepiscopo Mechliniensi sanctae memoriae Pius VI in rem adnotavit. Datum Romae die 30. April. 1841. A. Card. Lambruschini.

Naredba kr. hrv.-slav-dalm. zemaljske vlade, odjela za bogoštovje i nastavu od 2. rujna 1892. br. 4841, glede napovjedi mješovitih brakova.

(Dostavljena svim duhovnim stolovima. eparkijskim konzistorijama. kr. županijskim oblastima i gradskim poglavarstvima).

Iz podnesenih prijava i razprava opazila je kr. zem. vlada odjel za bogoštovje i nastavu, da njeki dušobrižnici kod mješovitih brakova posvema s vida puštaju ustanove previšnje odluke od 26. prosinca 1848., proglašene ministarskom naredbom od 30. siečnja 1849. (d. z. l. br. 107.) po kojoj se napovjedi mješovitih brakova imaju obavljati u crkvama obaju vjerenika.

Pošto pako po §. 74. o. g. z. podpadaju pod kazan koli vjerenici ili njihovi zastupnici toli i dušobrižnici, ako se vjenčanje obavi bez propisanih napovjedi, te pošto je po §. 21. ženitbenoga zakona za katolike (d. z. l. g. 1856. kom. XLVI. br. 185.) dušobrižnikom pod težkom kaznom zabranjeno preduzimati vjenčanja, dok se vjerenici nisu izkazali propisanim svjedočbama, medju kojima se naročito ističe pismeno svjedočanstvo o uredno obavljenim napovjedima, upozoruje kr. zemaljska vlada, odjel za bogoštovje i nastavu, dušobrižnike ponovno na točno obdržavanje gore spomenutih propisa.

Dogodi li se unatoč tome, da koji dušobrižnik preduzme vjenčanje bez svjedočbe o uredno obavljenim napovjedima, odredjuje se, da političke oblasti I. molbe imaju proti krivcu odmah postupati prema ustanovam cesarske naredbe od 20. travnja 1854. (zemaljsko vladni list razdjel

*

I. str. 229.), osim ako se obavljenim izvidima konstatuje, da učin čini povredu kaznenoga zakona, spadajuću na nadležnosti sudova.

Za bana: Dr. Kršnjavi v. r.

Ženitbe katolika raznoga obreda.

Papa Pijo IX. potvrdio je 6. listopada 1863. sporazumak galičkih biskupa obih obreda »Concordia« zvan, obzirom na ženitbe vjernika, iz kojega sliedeće vadimo:

»Sub respectu ineundorum matrimoniorum et educationis prolium:

Matrimonia inter rutheno — et latino — catholicos, praepedire non licet.

De talibus vero Matrimoniis ineundis proclamationes in Ecclesiis utriusque ritus omnino instituendae, nonnisi tunc promulgari incipiant, si sponsi utriusqe ritus conditiones lege praescriptas impleverunt. Eo fine sponsus a suo parocho scripto exaratam contestationem expetat, qua confirmetur, omnes praescriptas conditiones ex parte sponsi esse adimpletas, et inchoandis proclamationibus intenti matrimonii nil obstare.

Hanc contestationem parocho sponsae admanuabit, et similem contestationem intuitu sponsae ab eodem obtentam parocho suo adferendam habet Adquisita hoc modo certitudine de adimpletis conditionibus uterque Parochus ad inchoandas proclamationes accedat. Graviter reprehendatur sacerdos proclamationes ideo protrahens aut impediens, quod pars ad ejus ritum spectans, alterius ritus sponsum sive sponsam sibi eligerit, aut qui ex hac causa testimonium bannorum sine mora tradere retractaret, aut demum tali testimonio non producto, matrimonio benedicere praesumeret.

b) Juxta antiquam praxim, prout jam superius notatum benedicit matrimonio parochus sponsae.

c) In posterum ubique proles e matrimoniis mixti ritus progenitae educabuntur in ritu parentum juxta sexum. Ad evitanda autem gravia incommoda in familiis mixti ritus, per dispensationem ab Ordinariis impetrandam facultas fiat, dies festos et jejunia observandi juxta unum eundemque ritum, si ita parentes inter se conveniant, quin exinde ritus ipsius mutatio ullo modo deduci valeat. In matrimoniis tamen clericorum Ruthenorum abhinc universa proles sequi debebit ritum patris, atque uxor latina per dispensationem ab Ordinario impetrandam facultatem obtineat, festos dies et jejunia servandi juxta ritum ruthenum. Episcopi pariter dispensare poterunt cum famulitio in familiis mixti ritus sustentato, ut circa jejunia et festos dies sese accomodent conventioni inter conjuges, ut supradictum est, initae; ast diebus dominicis et festis in utroque ritu in eandem diem incidentibus devotiones in Ecclesia sui nativi ritus tam conjuges ac filii quam famuli peragere possunt. Praedictas vero dispensationes

Ordinarii .concedent tamquam Apostolicae Sedis delegati.

d) Quia vero lex retro non agit, idcirco, si certo constiterit, alicubi matrimonia ea lege contracta fuisse, ut universa proles ritum patris sequatur, subsistens usus ad evitandas in familiis et actis parochialibus confusiones, impertita sanatione a Summo Pontifice, ultro servetur.

e) Illegitimae proles sequantur matris ritum.

Religiozni odgoj djece katolika raznoga obreda.

Nr. 2346.

Cum recentius evenerint casus, in quibus circa educationem prolium e mixtis matrimonis inter Catholicos latini et greci ritus initis progenitarum, differentiae inter Curatos hujus et Crisiensis dioecesis intercesserunt, ad tales in posterum evitandas, hisce reflectuntur praetit. DVestrae: eatenus provisum esse Intimato Excel. Consilii L. R. hungarici dto 4. Octobris 1814. Nro. 23.034 edito, quo pu-

blicata fuit altissima resolutio Regia, vi cujus omnes proles ex idmodi matrimoniis progenitae, ob identitatem religionis, sequi debent ritum patris tamquam capitis familiae. Id quod in postremum quoque adamussim est observandum.

Datum e Consistorio Nostro Æppali Zagrabiae 16. Novembris 1866. Devinctissimus in Christo

Georgius, Card. Æeppus.

De impedimento mixtae religionis et disparitatis cultus in articulo mortis.

Dec. S. Officii 18. 3. 1891. (A. 1894. 56.)

Relate ad facultates episcopis a Sanctitate Sua concessas (quae etiam parochis subdelegari possunt), dispensandi in articulo mortis in impedimentis matrimonium dirimentibus, rogo quoad impedimenta mixtae religionis et disparitatis cultus benignissimam declarationem, an in istis etiam in articulo mortis non aliter dispensari possit nisi 1. ambo contrahentes promittant educationem omnis prolis in religione catholica, et quidem 2. non solum prolis forte adhuc suscipiendae, sed etiam antea (in concubinatu vel civili matrimonio) iam susceptae, in quantum scilicet hoc a parentibus adhuc dependet: atque nisi etiam 3. pars catholica (licet privatim tantum) promittat, quod, in quantum poterit, conversionem partis non catholicae procurare satagat.

Resp. Cautiones etiam in articulo mortis esse exigendas. Disparitatem cultus, utpote impedimentum dirimens in Encyclica S. Officii 20. Februarii 1888. comprehendi; mixtam vero religionem, uti impedimentum impediens, non comprehendi.

Itali non possunt dispensari super imped. mixtae Religionis, nisi a S. Sede.

Infrascriptas Eminentissimi ac Reverendissimi Cardinalis Patrizi, Sacri Officii Secretarii litteras cum Venerabili Clero Dioecesis nostrae communicamus, quibus Summi Pontificis Pii Papae voluntas enuntiatur ne quis antistes, facultate sibi concessa dispensandi super mixtae religionis impedimento, favore Italorum, de quibus non constat, italicum domicilium omnino deseruisse, imposterum extra Italiam uti valeat. Itaque RR. DD. parochos hisce monemus, ut Italos, siqui in hac Dioecesi matrimonium mixtum contrahere intendant, edoceant, dispensationem, casu posito, nonnisi ab ipsa Sancta Sede Apostolica obtineri posse.

Illustrissime ac Reverendissime Domine uti Frater.

Sanctissimo Domino Nostro Pio PP. IX. maxime cordi est, ne ullibi ab Italis italicum domicilium retinentibus mixta connubia ineantur. Idcirco in audientia die XI. Augusti in arce castri Ganulphi R. P. D. Adsessori S. Officii impertita mentem suam declaravit circa usum facultatum dispensandi super impedimento mixtae religionis, quae Nuntiis vel delegatis Apostolicis, Archiepiscopis atque Episcopis extra Italiam fiunt; Italos nempe, de quibus non constet italicum domicilium omnino deseruisse, intendit exceptos, ne iis ea dispensatio concedatur. Et mandavit hanc suam mentem iis omnibus significandam, quibus ob peculiaria rerum et locorum adiuncta fit facultas dispensandi super memorato impedimento mixtae religionis.

Suprema S. Officii Congregatio huic mandato morem gerens hanc encyclicam epistolam ad Amplitudinem Tuam mittendam censuit, cui ego interim fausta ac felicia omnia precor a Domino.

De reconciliatione eorum, qui matrimonium coram ministro acatholico contraxerunt.

Decreta S. Congregationis Inquisitionis, quae eorum, qui coram ministro acatholico matrimonium contraxerunt, reconciliationem respiciunt, cum Clero ad dubitationes in cura animarum amovendas hisce communicamus.

I. Dubia S. Sedi proposita: 1°. Utrum absolutio a

censuris omnibus catholicis, qui coram haeretico ministro nuptias contraxerunt, necessaria sit, an potius in eo tantum casu impertienda sit, quo in huiusmodi celebrationem ab antistite censurae promulgatae sint? Et quatenus negative ac primam partem, quaeritur: 2° utrum absolutio a censuris necessaria sit iis saltem, qui in eiusmodi nuptiis consenserunt acatholicae prolium educationi? 3° Num haec absolutio requiratur solummodo tanquam formalitas in executione dispensationis stylo curiae inducta, an etiam iis catholicis sit necessaria, qui post matrrimonium coram acatholico ministro valide initum cum Ecclesia reconciliari desiderant?

S. Congregatio die 29. Augusti 1888. respondit:

Ad primum: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Ad secundum et tertium: Provisum in primo.

II. Dubium S. Sedi propositum: Quid faciendum sit de iis catholicis, qui secundum veterem Dioecesium nostrarum (i. e. in Borussia existentium) usum, licet coram ministro acatholico matrimonium contraxerint, a confessariis sine speciali facultate absolvendi ad Ss. Sacramenta admissi sunt?

S. Congregatio die 18. Maii 1892. respondit: Qui matrimonium coram ministro haeretico ineunt, censuram contrahere: Ordinarios autem vi facultatum quinquennalium nedum posse eos absolvere, sed etiam alios subdelegare ad eosdem absolvendos. Qui vero hucusque nulla praevia a censuris absolutione, ab huiusmodi culpa absoluti sunt, iuxta exposita non esse inquietandos.

De absolutione a censura per matrimonium mixtum contracta.

G.-V. 15. 10. 1893. (A. 1893. 110).

Ut dubiis in applicatione Decretorum S. Officii d. d. 29. Augusti 1888 et 18. Maji 1892, in his pagellis anni 1892 pag. 53 cum Clero communicatorum, passim exortis occurramus: sequentem instructionem addere opportunum duximus.

Ex Decreto 18. Maji 1892 catholicus sive catholica, qui matrimonium coram ministro haeretico inierunt et, antequam hoc Decretum emanavit, nulla praevia a censuris absolutione ab hujusmod culpa absoluti sunt, non sunt inquietandi.

Ad reconciliandos tum eos catholicos, qui ante diem 18. Maji 1892 nondum sunt absoluti, tum illos, qui post hanc diem matrimonium coram ministro acatholico contraxerunt, speciali facultate a censura absolvendi opus est. Quae facultas in singulis casibus a nobis per litteras petenda est, in quibus expresse et distincte exponatur, quatenus catholicum reconciliandum culpae vere poeniteat paratumque ille se praebeat curare, ut proles in fide catholica educetur et scandalum datum pro viribus reparetur

Insuper inquiratur nobisque referatur, num matrimonium, de quo agitur, valide sit contractum, num scandalum sit ortum aut temporis decursu vel domicilii mutatione e memoria excesserit ita, ut jam non existat.

Zabrana crkve (interdictum ecclesiae).

§. 67. Kada postoji temeljita sumnja, da onim, koji se žele uzeti, smeta zapricka kakova, ili kada se treba bojati, da će ženitba njihova dati povoda velikim svadjam i smutnjam ili inomu zlu, tad će biskup imati pravo, a odnosno biti će dužan ženitbu takovu zabraniti. Dokle biskup zabrane te ne opozove, ne će bit dopušteno sklopiti ženitbu. (Naputak.)

Privoljenje roditelja (parentum consensus).

(Vidi naprvo: Nedoraslost. Nap. §. 68.)

Zabrana zakona austrijskoga.

§. 69. Sveta je dužnost kršćanina, izkazivati oblasti državnoj onu pokornost, koju nas sam Gospod uči po apostolu svojem. Tim točnije ima on izpunjavati one zakone državne, koji brižljivo nastoje oko toga, da se uzdržava red ćudoredni. Premda dakle oblast državna ne može naredbami svojimi priečiti, da se medju kršćani sklopi valjana ženitba, zato ipak nije dopušteno Austrijskomu državljaninu, u nemar metati one propise, što ih Austrijski zakon ustanovljuje glede gradjanskih posljedica, koje su sa ženitbom skopčane. (Naputak.)

§. 10. Koje osobe, k vojsci spadajuće ili inako vlastim vojničkim podčinjene, ne mogu ženiti se bez propisanoga dopuštenja, ustanovljuju to zakoni vojnički.

§. 11. Na koliko onomu, koji se želi ženiti, treba ženitbene dozvole od strane političkoga poglavarstva ili od uredovnoga mu načelnika, vidi se to iz političkih naredaba i propisa uredovnih. (Ženitbeni zakon.)

§. 54. Zakoni politički odredjuju s kojimi osobami vojničkimi ili spadajućimi na vojničtvo ne može se valjano sklopiti ženitbu bez pismenoga dopuštenja njihove regimente, kora, ili obćenito njihovih starešina. (Naputak.)

Naredba kr. hrv.-slav.-dalm. zemaljske vlade odjela za bogoštovje i nastavu od 7. siečnja 1891. br. 421, kojom se proglašuje okružnica kr. ug ministarstva za zem. obranu glede ženitba bez iznimne dozvole i sa takovom dozvolom.

(Štampano u knjizi I str. 530. i sl.)

Ženitbeni propis za kr. ug. domobranstvo i oružničtvo.

(Proglašen okružnicom kr. ug. ministarstva za zemaljsku obranu od 1. kolovoza 1887. 6169/Pr., viestnik naredaba za kr. ug. domobranstvo od 15. kolovoza 1887. br. 34).

Obćenite ustanove.

§. 1. Za sklopljenje braka trebaju dozvolu domobranske (oružničke) oblasti:

a) djelatne* domobranske i oružničke osobe;

b) častnici, koji su stavljeni u mirovinski stališ uz predbilježbu za mjestno namještenje;

c) domobranske (oružničke) osobe, koje se nalaze u mjestnoj obskrbi koje vojničke nemoćničke kuće;

d) trajno na dopust stavljene one domobranske momčadske osobe, koje još nisu izstupile iz III. dobnoga razreda, izuzam one, koje su još prije izstupa iz III. dobnoga razreda izpunile jur svoju djelatnu službu, na koju su po propisu obvezane;

e) u stališ neprimljeni novaci.

§. 2. Ženitbenu dozvolu domobranske (oružničke) oblasti valja službenim putem zatražiti.

U posebnih je zakonih i propisih ustanovljeno, kakovu kaznu i ine posljedice povlači za sobom brak, sklopljen bez takove dozvole.

POGLAJE I.

Ženitbe častnika (vojnih sudaca, domobranskih liečnika, upravnih častnika), domobranskih činovnika i u rangovni razred ne uvrštenih mjesečnih plaćenika.

§. 3. U pogledu dozvoljivanja ženitba častnikom, domobranskim činovnikom te u rangovni razred ne uvrštenim mjesečnim plaćenikom valja pred očima držati:

a) da namjeravanomu braku ne bude na putu zakonita ili crkvena zapreka;

b) da se nuzgredni, u smislu ovoga propisa izkazat se imajući dohodak ženika osigura polag §§. 15—23., te da u rangovni razred neuvršteni mjesečni plaćenici bitno poboljšaju materijalne svoje odnošaje;

c) zaručnica mora da bude na bezprikornu glasu, društvene naobraženosti, koja odgovara stališu ženikovu, te ta-

---

* Koje osobe valja „djelatnimi" smatrati, moći je razabrati iz predhodnih primjetaba, privitih k dielu I. Službovnika, valjajućega za kr. ug. domobranstvo.

kova porietla, da vjenčanje ne bude na uštrb ugledu ženikovu, te da osim toga ne bude ništa takova, što bi ženitbu iz važnih obzira (§. 8.) vojničke službe nedopustivom učinilo.

§. 4. Svota godišnjega nuzgrednoga dohodka, što su ju u svrhu polučenja ženitbene dozvole dužni izkazati i osigurati domobranski častnici i činovnici (§. 1.) djelatnoga stališa, ustanovljuje se sljedećim načinom:

za poručnika, nadporučnika i satnika (nadporučnika i satnika vojnoga sudca, nadliečnika i pukovnijskog liečnika) . . . . 1000 for.;

za majora, podpukovnika i pukovnika (majora, podpukovnika i pukovnika vojnoga sudca, za stožernoga liečnika, te stožernoga nadliečnika I. i II). . . . . 800 for.;

za poručnika, nadporučnika i satnika upravnoga častnika . . . . 600 for.;

za oružničke častnike (računovodje) sa polovicom svote, odmjerene gore za odgovarajuće domobransko častničke čine, za domobranske činovnike, u koliko ne uživaju godišnju plaću od barem 1200 for. (ne računajuć stanarinu i ine nuzgredne pristojbe), u svoti, koja nadopunjuje gornju plaću.

U ženitbenoj molbenici dužan je ženik očitovati, tko će osigurati nuzgredni dohodak, zahtievan polag ovoga propisa.

Svikoliki ovdje nenavedeni ženici, nadalje jur oženjene momčadske osobe, koje budu promaknute častnici ili domobranskimi činovnici, isto tako i u rangovni razred neuvršteni oženjeni mjesečni plaćenici, koji u vrieme oživotvorenja prijašnjega ženitbenoga propisa djelatno služe, oprošteni su od izkazanja godišnjega nuzgrednoga dohodka.

Oženjena jur gradjanska osoba, koja želi polučiti takovo domobransko službeno mjesto, u kojem je ženitbena dozvola uvjetovana užitkom ustanovljenoga nuzgrednoga dohodka, dužna je isti predhodno izkazati i osigurati.

U rangovni razred neuvršteni mjesečni plaćenici dužni

su vjerodostojno izkazati, da namjeravanom ženitbom bitno poboljšavaju svoje materijalne odnošaje (§. 3. b.).

§. 5. Ženiti se namjeravajućemu takovu častniku, koji još nije navršio 30. godinu dobe svoje, može se ženitbena dozvola samo tako podieliti, ako je kadar sa 50-postotnim viškom osigurati nuzgredni dohodak, koji se polag predidućega §-a iziskuje prema razlikosti čina i službovnoga razreda.

Izkazanje ovoga većega nuzgrednoga dohodka ne zahtieva se od domobranskih činovnika.

§. 6. Častnikom, koji su prekoračili 60. godinu dobe svoje, može se ženitbena dozvola podieliti samo uz revers (obrazac 1) imajući se izdati po zaručnici, ovjeroviti po javnom bilježniku ili sudu, te u slučaju malodobnosti njene potvrditi i po štitničkoj ili skrbničkoj oblasti (predsjedniku obiteljskoga vieća), u kojem se ista odriče udovske mirovine od strane državnoga erara, izuzam one slučajeve, ako bi budući njezin suprug pao pred neprijateljem, ili bi preminuo usljed rane ili vanjske ozlede, zadobivene pred neprijateljem ili inače, bez vlastite krivnje, neposredno tečajem vršenja, koje vojničke službe, ili uslied pošasti ili mjestne bolesti, vladajuće u mjestu, opredieljenom za službeno boravljenje, ili usljed zarazne bolesti, zadobivene prigodom službovanja u bolnici, ili usljed ratnih napora.

§. 7. Nedjelatni častnici, nadalje domobranski činovnici i u rangovni razred neuvršteni mjesečni plaćenici imadu doprinieti svjedočbu o bezprikornom glasu zaručnice, kao što i o družtvenom, ženikovu stališu odgovarajućem naobraženju, te porietlu i obiteljskih odnošajih njezinih.

Ova se svjedočba ima izdati po nadležnom župniku te potvrditi po kotarskoj oblasti, dogodice providiti sa zaporkami, koje se shodnimi smatraju.

Od djelatnih častnika ne treba tražiti takove svjedočbe; nu zapovjednici (predstojnici), koji su zvani na podnašanje ženitbenih molbenica, dužni su izvješću svojem ob uvaži-

vosti molbenice napomenuti, da li je zaručnica zapovjedničtvu ili častničkomu sboru poznata ili ne, te se u potonjem slučaju na temelju točnih izvida — odlučno očitovati o primjerenosti namjeravanoga bračnoga saveza.

§. 8. Zapovjednik, glavar, predpostavljenik, upravitelj četne tjelesine, oblasti ili vojničkoga zavoda dužan je prigodom predloženja ženitbene molbenice očitovati se o novčanih odnošajih moliteljevih, te ako su ovi uredjeni, izraziti naročito topogledno svoje mnienje, da li se namjeravanom ženitbom može očekivati poboljšanje dotičnikova materijalnoga položaja, i ne prieti li opasnost materijalnoj eksistenciji budućih supruga.

§. 9. U pogledu dopustivosti bračnoga saveza postojeći gradjanski i crkveni zakoni mjerodavni su i kod podieljivanja ženitbenih dozvola u djelatnoj službi stojećim mjesečnim plaćenikom dopustnoga stališa, kao što i častnikom, koji su uz predbilježbu za mjestno namještenje stavljeni u mirovinski stališ, te mjesečnim plaćenikom, nalazećim se u mjestnoj obskrbi nemoćničkih kuća.

Broj ženitaba mjesečnih plaćenika, nalazećih se s mjestnom obskrbom u kojoj nemoćničkoj kući, podvrgnut je onomu ograničenju, koje potječe iz prostornih odnošaja kuće.

U ostalom se ima u pogledu ženitbene dozvole, imajuće se podieliti potonje pomenutim osobam, kao što i umirovljenim za mjestnu službu predbilježenim častnikom, uzeti u obzir samo poboljšanje životnih odnošaja ženikovih te potvrda moralnosti i odgovarajućega družtvenoga stališa zaručnice.

U djelatnoj službi mjesečni plaćenici dopustnoga stališa dužni su dokazati samo one uvjete glede zaručnice, koji su gore navedeni.

§. 10. Oženjeni častnici, koji se uz predbilježbu za mjestnu službu ili bez toga nalaze u mirovinskom stališu te se žele za vrieme mira aktivirati dati, nadalje umirovljeni domobranski činovnici te mjesečni plaćenici u izvanslužbenom odnošaju ili u dopustnom stališu, koji se žele premjestiti dati u djelatni stališ, dužni su predhodno izkazati i osigurati nuzgredni dohodak (§. 45), propisan s obzirom na njihov čin i stališnu gromadu.

§. 11. K ženitbenoj molbenici valja sljedeće izprave priložiti:

a) krstni list, odnosno svjedočba rodjenja zaručnika;

b) krstni list, odnosno svjedočba rodjenja zaručnice;

c) u slučaju malodobnosti jednoga od ženika u smislu gradjanskih zakona privola otca, štitnika (skrbnika) i štitničke oblasti (predsjednika obiteljskoga vieća) na ženitbu;

d) svjedočba o ćudorednosti zaručnice (§. 7.);

e) u koliko bi jedan ili obje stranke bile obudovjele, smrtni list preminuloga supruga (supruge);

f) kod častnika, koji su prekoračili 60. godinu svojega života, po zaručnici prema §. 6. izdani revers.

Prispjevajuće ženitbene molbenice, u koliko su propisno obložene, riešavaju se bez obzira na čin moliteljev u onom redu, kojim su prispjele.

§. 12. Ženibenu dozvolu podieljuje:

A) Njegovo cesarsko i apoštolsko kraljevsko Veličanstvo:

a) generalom svakoga čina i generalom vojnim sudcem;

b) domobranskim činovnikom V. rangovnoga razreda;

c) pukovnikom (pukovnikom vojnim sudcem), stožernim nadliečnikom I. razreda te u VI. rangovni razred spadajućim domobranskim činovnikom.

B) Ministar za zemaljsku obranu:

a) svim pod A) nenavedenim stožernim i nadčastnikom (vojnim sudcem), domobranskim liečnikom i upravnim čast-

nikom, u koliko se isti uz predbilježbu za mjestnu službu ne nalaze u mirovinskom committed stališu ili u mjestnoj obskrbi vojničkih nemoćničkih kuća;

b) svim pod B) nenapomenutim domobranskim činovnikom počam od VII. rangovnoga razreda (računajuć i ovaj prema dole) u koliko se isti ne nalaze u obskrbi vojničkih nemoćničkih kuća;

c) u ministarstvu za zemaljsku obranu te u domobranskih zavodih namještenim, u rangovni razred neuvrštenim mjesečnim plaćenikom.

C) Domobranska okružna zapovjedničtva:

a) stožernim i nadčastnikom, nalazećim se u mirovinskom stališu uz predbilježbu za mjestno službovanje u njihovu okružju, te častnikom i domobranskim činovnikom, nalazećim se u mjestnoj obskrbi vojničke nemoćničke kuće, glede potonjih sporazumno sa zapovjednikom nemoćničke kuće (§. 9., 2.).

D) oružnička okružna zapovjedničtva:

oružničkim pisarničkim podvornikom.

§. 13. Ženitbena dozvola ima se od strane ministra za zemaljsku obranu, odnosno od strane okružnoga zapovjedničtva izdati pismeno, te mora naročito sliedeće sadržavati:

a) podpuno ime, čin i službenu pridjelbu ženika;

b) podpuno ime zaručnice, uz oznaku djevojačkoga ili udovskoga stanja njezina;

c) oznaku osigurati se imajućega nuzgrednoga dohodka slovi, odnosno primjetbu, da nuzgredni dohodak nije od potrebe;

d) u slučaju podieljenja ženitbene dozvole molitelju, koji je jur prekoračio 60. godinu svoga života (§. 6), poziv na odrično očitovanje zaručnice;

e) jasni priuzdržaj toga, da se bračni savez samo u toliko dozvoljuje, u koliko proti istomu ne postoji zakonita ili crkvena zapreka; napokon

f) dodatak toga, da će vjenčanje moći uzsliediti samo uz pokazanje ženitbene dozvole, te u koliko je tražen polag ove osigurati se imajući nuzgredni dohodak, uz pokazanje svjedočbe (§. 22), izdane po ministru za zemaljsku obranu o propisnom osiguranju nuzgrednoga dohodka.

§. 14. Obavljeno vjenčanje valja ministru za zemaljsku obranu, ako li je pako ženitbenu dozvolu podielilo koje okružno zapovjedničtvo, ovom službenim putem prijaviti.

§. 15. Iz propisa, privitoga pod 2·/., razabire se, kakovimi se kamatnimi dohodci ili inimi užitci može izkazati i osigurati svota nuzgrednoga dohodka (§§. 4., 5.), ustanovljenoga polag pojedinih službovnih razreda.

Ini, u istom nenavedeni imućtveni predmeti nisu prikladni za osiguranje nuzgrednoga dohodka.

§. 16. Godišnjim primitkom pripadajućim iza ponudjenih za ženitbenu jamčevinu imućtvenih predmeta, valja osigurati rentu odgovarajuću propisanomu nuzgrednomu dohodku (§§. 4., 5).

Kamatni dohodak takovih zadužnica dakle, koje su providjene odrezci (coupon), može se samo do iznosa one svote u račun uzeti, koja se plaća za odrezak kod dotične blagajne.

Za zadužnice gradova, za privatne obveznice, te za glavnice, osigurane nekretninami, ne mogu se kamati nikada računati sa više od 5%.

§. 17. Kod osiguravanja ženitbene jamčevine nekretninom zahtieva se, da ona nekretnina, na koju se ima kamatujuća glavnica uknjižiti, za ovu s uračunanjem predidućih tereta pruži pupilarno jamstvo, koje odgovara dotičnim zakonom, nadalje mora kuća kod kojega oblastno dozvoljenoga, ili po trgovačkom sudu protokolovanoga osiguravajućega zavoda osigurana biti proti požaru te se polagatelj

jamčevine mora reversom, providjenim s podpisom, koj je ovjerovljen po sudu ili javnom bilježniku, na to obvezati, da će inače pod teretom podanja druge koje jamčevine skrbiti za neprekinuto uzdržavanje toga osiguranja proti požaru.

Vriednost nekretnine valja sudbenom procjenom izkazati.

U procjenbenih izpravah valja očito izkazati, da je kod procjene uzet obzir na porez te u koliko se radi o kućah, i na popravke te na nenastanjenost istih (Leerstehungen).

§. 18. Ako se ženitbena jamčevina osigura kamatujućimi zadužnicami kojega grada, tada valja dokazati, da su ove zadužnice zakonito priznate kao prikladne za smještenje novaca osoba, stojećih pod štitničtvom.

Prvenstvene obveznice željeznica moraju u pogledu kamatovanja i povratka glavnice imati državno jamstvo.

§. 19. Osiguranje nuzgrednoga dohodka može uzsliediti od strane zaručnika, (supruga), jednoga od istih ili od strane treće osobe.

Ponudnica, sastavljena po polagatelju jamčevine polag obrazca 3., mora osim točne oznake jamčevinske glavnice i njezina dohodka još i to očitovanje sadržavati, da je dohodak za vrieme braka namienjen suprugom te u slučaju smrti muževe udovi za vrieme udovstva za poboljšanje subsistencije polag stališa, napokon, da se sa jamčevinom bez privole ministra za zemaljsku obranu ne smije nikakova, ponudi (posveti) protiveća se promjena dogoditi.

Daje li jamčevinu koja treća osoba, u tom je slučaju ista dužna u svojoj ponudnici dohodak, odpadajući od jamčevinske glavnice za vrieme ponude, stavljene u pomenutu svrhu, na korist zaručnika ili supruga bezuvjetno odstupiti i očitovati, da ona s njimi nije sklopila, niti će sklopiti ikakove pogodbe, koja bi se protivila ponudi (posveti) ženitbene jamčevine i kamata njezinih.

U ponudnici, sastavljenoj o ženitbenoj na nekretninu

osiguranoj jamčevini, dužan je polagatelj jamčevine obvezati se, da će skrbiti za održanje jamčevine u njezinu prvenstvu.

Svaka se ponudnica ima po sastavljatelju podpisati, a podpis ovoga sudbeno ili po javnom bilježniku ovjeroviti.

Matrimonium civium Tirolis et Voralbergae.

Nr. 32.

Rescriptum Exc. Regiminis dto. 20. Decbris a. p. N. 11873 quoad matrimonium incolarum Tirolis et Voralbergae isthuc directum tenoris sequentis:

»Po dvorskom dekretu od 12. svibnja 1820., koji je za Tirol i Voralberg još i sada u krieposti, trebaju osobe, ne imajuće posjeda (unansässig) i razreda družinskoga, kalfinskoga i težačkoga ili tako zvani stanari (Inwohner), koji žele stupiti u brak, svjedočbu političke oblasti, da proti sklapanju braka ne ima zaprieke političke, te je oblast vlastna ženitbenu dozvolu uzkratiti takovim osobam, koje uživaju ubožku obskrbu, koje su odane prosjačenju ili koje vode život nestalan, bez privrede.

Pošto se je pako po dopisu c. kr. austrijskoga ministarstva unutarnjih poslova od 27. kolovoza t. g. br. 12.667,

upravljenom na kr. hrv. slav. dalm. ministra ovamo priobćeno, opetovano dogodilo, da su u zemljah ugarske krune pripadnici tirolski vjenčani, a da se nisu izkazali političkom dozvolom ženitbenom, to se prema želji c. kr. austrijskoga ministarstva umoljava prečastni nadbiskupski duhovni stol, da izvoli podčinjeno svećenstvo upozoriti na gore spomenuti propis, ter isto uputiti, da pripadnike tirolske i voralberžke, koji u odredjene kategorije spadaju, ne vjenča prije, dok ne pridonesu po zavičajnoj oblasti izdanu ženitbenu dozvolu, eventualno potvrdu, da takove dozvole ne trebaju.

U Zagrebu dne 20. prosinca 1883. — Grof Khuen Hedervary v. r.«

Venerabili Clero Curato communicatur pro notitia et stricta observantia.

Datum e Consistorio Æepali Zagrabiae die 4. Januarii 1884. celebrato.

Naredba ministarstva unutarnjih posala, pravosudja i bogoštovja od 9. listopada 1853. o uvjetih, pod kojimi se mužki podložnici hercegovine badenske ženiti smiju u državah austrijanskih.

(D. z. l. g. 1853. LXVII. br. 205., Z. vl. l. br. 209. str. 843).

Po glasu obznane, dostavljene ovamo ministarstvu izvanjskih poslova velike hercegovine badenske, smatraju se ženitbe, koje badenski državljani sklope u inozemstvu bez dozvole nadležne vlasti svoje države, po tamošnjih zakonih kao ništetne, u koliko ženici ne zadobiju prava inozemskoga državljanstva.

Badenski pak podložnici, koji u inozemstvu lukavštinom izmame vjenčanje ženitbe u velikoj hercegovini uzkraćene, ili koji se u inozemstvu ožene, a nisu najprije u svojoj državi u smislu tamošnjih zakona osigurali pravo zavičaja za svoju ženitbu, gube pravo badenskoga državljanstva.

Nadležna vlast, koja za ženitbu, koja bi se sklopit imala u inozemstvu, davat ima dozvolu potrebitu za obranu prava državljanskih i zavičajnih, biti će onaj ured, u kojega kotaru badenski podložnik uživa prirodjeno pravo zavičaja; a u pomanjkanju prava gradjanskoga od stanovitoga mjesta, nadležna će bit upravna oblast prebivališta, izvan toga pak kod službenika državnih još i predpostavljena vlast službena.

S obzirom na ove u velikoj hercegovini badenskoj postojeće zakonite naredbe propisuje se za buduće, da za sklopljenja ženitbe medju badenskom državljankom i austrijanskim podložnikom, osim posvjedočenja osobne sposobnosti od strane nevjeste, ne zahtieva se istina posebna dozvola nadležnoga njezinoga poglavarstva zavičajnoga, ali da se ženitba, koju veliko hercežki badenski državljanin ovdi sklopit želi sa podložnicom austrijanskom ili sa podložnicom koje mu drago druge države, ima samo onda dopustiti i vjenčanje samo onda obaviti, ako ženik dokaže, da je dobio od svoje nadležne zavičajne vlasti dozvolu, koja treba da se pohrani medju spisi od vjenčanja.

Nastava u vjerozakonu (instructio religiosa).

§. 74. Budući da je ženitba svetotajstvo novoga zavjeta i budući ista onim, koji se vezom njezinim sjedinjuju, nalaže svete i velevažne dužnosti, zato na vjenčanje ne imaju se pustiti oni, koji ne znadu temelja vjere kršćanske. Dapače, dok o Bogu i o zapovjedih njegovih ne nauče barem toliko, koliko neobhodno znati valja, neka župnik ni ne navješćuje ženitbe njihove. (Naputak).

(To zahtieva i dekret dvorske kancelarije od 16. siečnja 1807. kano i rubricae generales Rit. Romani de sacramento matrimonii.)

Quamprimum autem desponsati pro denunciationibus se insinuaverint, de impedimentis, ne fors latentibus, quam diligentissime inquirant, et examinent tum Sponsorum Cognatos, et Agnatos, quam etiam sponsos ipsos, quibus declarabunt, quod in necessariis necessitate medii, et prae-

cepti plene instructi esse debeant, neque copulandos ulla ratione, nisi prius de iis examinati, et sufficienter edocti reperti fuerint. Admonebunt proinde eos super gravi hac eorum obligatione, diemque pro examine, et necessaria eatenus instructione determinabunt: reflectent denique, ne superstitionibus, rudi plebecullae occasione Matrimonii per quam familiaribus, ullo modo locum dent, neque foeminarum quarundam suggestionibus, ligaturis immo diaboli, per eas operantis, excaecationibus credant. Sed cum Deo hoc Magnum, ut ait Apostolus, suscipiant Sacramentum, si ejusdem benedictionem, et felicitatem, stante conjugio, experiri cupiunt. (Const. syn. pag. 163.)

Primanje svetotajstva (S. Sacramentorum susceptio).

§. 75. Pristoji se, da ženik i nevjesta prije, nego što će pred licem crkve sklopiti savez za sve dane života svoga, saviest svoju očiste svetotajstvom pokore i da pobožno prime tielo Gospodnje. Dok ne dobiju duhovničkoga blagoslova u domu Božjem, neka zajedno ne stanuju u istoj kući. O ovom i o svem, što bi inako pripomagalo, da se ženitba sklapa u strahu Božjem i s pristojnošću kršćanskom, imadu se vjerno obdržavati naredbe i hvale vriedni običaji svake biskupije. (Nap.)

Oprost od zaprieka ženitbenih (Dispensatio in impedimentis matrimonii).

§. 79. One zaprieke ženitbene, koje se osnivaju na propisih zakona crkvenoga, lišavaju se u pojedinih slučajevih krieposti svoje, ako se zakonito zadobije oprost i ako se izpune uvjeti, koji mu možda budu pridani. Jedinoj svetoj stolici rimskoj pripada, vlastitom moćju opraštati zaprieke valjanosti; njoj je takodjer pridržano, podieljivati oprost u prostom zavjetu vjekovite čistoće kao i pri različnosti vjere medju katolici i kršćani nekatoličkimi. (N.)

§. 36. Da odpuštene budu zaprieke ženitbene, koje

ustanovljuje zakon crkveni, ima se tražiti u vlasti crkvene. Da li je ukriepljenje ženitbe potrebito, prosudjuju to vlasti crkvene. Ukriepljena ženitba ima se u obziru gradjanskih pravnih posljedica smatrati tako, kao da se je odmah s početka valjano sklopila bila. (Ženitb. zak.)

§. 83. Oprost od zaprieka ženitbenih može se iz važnih uzroka iskati u načelstva zemaljskoga, koje će se po okolnostih staviti u dalji dogovor.

§. 84. Prije nego se sklopi ženitba, oprost od zaprieka ženitbenih mogu stranke iskati same i pod svojim imenom. Ali ako bi se poslje sklopljene ženitbe odkrila koja zaprieka odprije neznana ali razriešiva, mogu stranke i po svojem župniku, i sa zamučanjem svojeg imena iskati oprost u načelstva zemaljskoga. (Gradj. zakon.)

Zaprieke, koje se imadu oprostiti bez težkoće (Impedimenta in quibus dispensatio facilius concedenda).

§. 80. Kada ne manjka razloga zakonitih, imat će biskupi, služeći se punomoćjem, od svete stolice dobivenim, bez težkoće davati oprost u sliedećih zapriekah:

1. U trećem i četvrtom koljenu srodstva i tastbine iz obćenja dopuštena.
2. U srodstvu duhovnom.
3: U tastbini iz obćenja nedopuštena, osim ako bi se bojati bilo, da su po nečistom obćenju vjerenici medju sobom u lozi izpravnoj.
4. U trećem i četvrtom koljenu zahtieva javne ćudorednosti, nastavšega iz ženitbe valjane, ali neizvršene. (N.)

Načela za davanje oprosta pri zapriekah ostalih (Quoad ceterorum dispensationem tenenda).

§. 81. Što se tiče ostalih zaprieka valjanosti, treba jednodušno o tom nastojati, da im se sačuva ili povrati podpuna krepost njihova. (Naputak.)

*

Instructio S. Congregationis de propaganda fide super dispensationibus matrimonialibus de die 9. Maji 1877.

Cum dispensatio sit iuris communis relaxatio cum causae cognitione, ab eo facta, qui habet potestatem, exploratum omnibus est, dispensationes ab impedimentis matrimonialibus non esse indulgendas, nisi legitima et gravis causa interveniat. Quin imo facile quisque intelligit, tanto graviorem causam requiri, quanto gravius est impedimentum quod nuptiis celebrandis opponitur. Verum haud raro ad S. Sedem perveniunt supplices literae pro impetranda aliqua huiusmodi dispensatione, quae nulla canonica ratione fulciuntur. Accedit etiam quandoque, ut in huiusmodi supplicationibus ea omittantur, quae necessario exprimi debent, ne dispensatio nullitatis vitio laboret. Idcirco opportunum visum est, in praesenti Instructione paucis perstringere praecipuas illas causas, quae ad matrimoniales dispensationes obtinendas iuxta canonicas sanctiones, et prudens ecclesiasticae provisionis arbitrium, pro sufficientibus haberi consueverunt; deinde ea indicare, quae in ipsa dispensatione petendo exprimere oportet.

Atque ut a causis dispensationum exordium ducatur, operae pretium erit imprimis animadvertere, unam aliquando causam seorsim acceptam insufficientem existimari; nam quae non prosunt singula multa iuvant, arg. l. 5 C. de probat. Huiusmodi autem causae sunt quae sequuntur:

1. Angustia loci sive absoluta sive relativa (ratione tantum oratricis), cum scilicet in loco originis, vel etiam domicilii cognatio foeminae ita sit propagata, ut alium paris conditionis, cui nubat invenire nequeat, nisi consanguineum vel affinem, patriam vero deserere sit ei durum.*

* Circa dispensationes matrimoniales quoad angustiam loci hic referimus resolutionem per S. Concilii Congregationem datam die 8. Julii 1876.: Angustiam loci non esse desumendam a numero focorum cuiusque Parochiae, sed a numero focorum cuiusque loci vel etiam plurium locorum, si non distent ad invicem ultra milliare.

2. Aetas foeminae superadulta, si scilicet 24^{m} aetatis annum iam egressa hactenus virum paris conditionis, cui nubere possit, non invenit. Haec vero causa haud suffragatur viduae, quae ad alias nuptias convolare cupiat.

3. Deficientia aut incompetentia dotis, si nempe foemina non habeat actu tantam dotem, ut extraneo aequalis conditionis, qui neque consanguineus neque affinis sit, nubere possit, in proprio loco, in quo commoratur. Quae causa magis urget, si mulier penitus indotata existat, et consanguineus vel affinis eam in uxorem ducere, aut etiam convenienter ex integro dotare paratus sit.

4. Lites super successione bonorum iam exortae vel earundem grave aut imminens periculum. Si mulier gravem litem super successione bonorum magni momenti sustineat neque adest alius, qui litem huiusmodi in se suscipiat propriisque expensis prosequatur, praeter illum, qui ipsam in uxorem ducere cupit, ut lites extiguantur. Huic proxime accedit alia causa scilicet Dos litibus involuta, cum nimirum mulier alio est destituta viro, cuius ope bona sua recuperare valeat. Verum huiusmodi causa nonnisi pro remotioribus gradibus sufficit.

5. Paupertas viduae, quae numerosa prole sit onerata, et vir eam alere polliceatur. Sed quandoque remedio dispensationis succuritur viduae ea tantum de causa, quod iunior sit, atque in periculo incontinentiae versetur.

6. Bonum pacis, quo nomine veniunt nedum foedera inter regna et Principes, sed etiam extinctio gravium inimicitiarum, rixarum, et odiorum civilium. Haec causa adducitur vel ad extinguendas graves inimitias, quae inter contrahentium consanguineos vel affines ortae sint, quaeque matrimonii celebratione omnino componerentur; vel quando inter contrahentium consanguineos et affines inimicitiae graves viguerint, et, licet pax inter ipsos inita iam sit, celebratio tamen matrimonii ad ipsius pacis confirmationem maxime conduceret.

7. Nimia, suspecta, periculosa familiaritas, nec non cohabitatio sub eodem tecto, quae facile impediri non possit.

8. Copula cum consanguinea vel affine vel alia persona impedimento laborante praehabita et Praegnantia, ideoque legitimatio prolis, ut nempe consulatur bono prolis ipsius, et honori mulieris, quae secus innupta maneret. Haec profecto una est ex urgentioribus causis, ob quam etiam plebeis dari solet dispensatio, dummodo copula patrata non fuerit sub spe facilioris dispensationis: quae circumstantia in supplicatione foret exprimenda.

9. Infamia mulieris, ex suspicione orta, quod illa suo consaguineo aut affini nimis familiaris cognita sit ab eodem, licet suspicio sit falsa; cum nempe nisi matrimonium contrahatur, vel disparis conditionis viro nubere deberet, aut gravia damna orirentur.

10. Revalidatio matrimonii, quod bona fide et publice, servata Tridentini forma, contractum est: quia eius dissolutio vix fieri potest, sine publico scandalo, et gravi damno, praesertim foeminae, c. 7. de consanguin. At si mala fide sponsi nuptias inierunt, gratiam dispensationis minime merentur, sic disponente Conc. Trid. Sess. XXIV. cap. V. de Reform matrim.

11. Periculum matrimonii mixti, vel coram acatholico ministro celebrandi. Quando periculum adest, quod volentes matrimonium in aliquo etiam ex maioribus gradibus contrahere, ex denegatione dispensationis ad ministrum acatholicum accedant pro nuptiis celebrandis spreta Ecclesiae auctoritate, iusta invenitur dispensandi causa, quia adest non modo gravissimum fidelium scandalum, sed etiam timor perversionis, et defectionis a fide taliter agentium et matrimonii impedimenta contemnentium, maxime in regionibus, ubi haereses impune grassantur. Id docuit haec S. Congregatio in Instructione die 17. Apr. 1820 ad Archiepiscopum Quebecensem data. Pariter cum Vicarius Apostolicus Bosniae postulasset, utrum dispensationem elargiri posset iis Catholicis, qui nullum aliud praetexunt motivum quam vesanum amorem, et simul praevidetur, dispensatione denegata, eos coram iudice infideli coniugium fore inituros, S. Congregatio S. Officii in Fer. IV. 14. Augusti 1822 decrevit: „Respondendum Oratori, quod in exposito casu utatur facultatibus sibi in Form. II. commissis, prout in Domino expedire judicaverit“. Tandumdem dicendum de periculo, quod pars catholica cum acatholico Matrimonium celebrare audeat.

12. Periculum incestuosi concubinatus. Ex superius memorata Instructione anni 1882 elucet, dispensationis remedium, ne quis in concubinatu insordescat cum publico scandalo atque evidenti aeterna salutis discrimine, adhibendum esse.

13. Periculum matrimonii civilis. Ex dictis consequitur, probabile periculum, quod illi, qui dispensationem petunt, ea non obtenta, matrimonium dumtaxat civile, ut aiunt, celebraturi sint, esse legitimam dispensandi causam.

14. Remotio gravium scandalorum.

15. Cessatio publici concubinatus.

16. Excellentia meritorum, cum aliquis aut contra fidei catolicae hostes dimicatione aut liberalitate erga Ecclesiam, aut doctrina, virtute, aliove modo de Religione sit optime meritus.

Hae sunt communiores potioresque causae, quae ad matrimoniales dispensationes impetrandas adduci solent; de quibus copiose agunt theologi ac sacrorum canonum interpretes.

Sed iam se convertit Instructio ad ea, quae praeter causas in literis supplicibus pro dispensatione obtinenda, de iure vel consuetudine, aut stylo Curiae exprimenda sunt ita ut si etiam ignoranter taceatur veritas, aut narretur falsitas, dispensatio nulla efficiatur. Haec autem sunt:

1. Nomen et cognomen Oratorum, utrumque dis-

tincte ac nitide ac sine ulla literarum abbreviatione scribendum.

2. Dioecesis originis vel actualis domicilii. Quando habent domicilium extra dioecesim originis, possunt, si velint petere, ut dispensatio mittatur ad Ordinarium dioecesis, in qua nunc habitant.

3. Species etiam infima impedimenti, an sit consanguinitas, vel affinitas, orta ex copula licita vel illicita; publica honestas originem ducens ex sponsalibus, vel matrimonio rato; in impedimento criminis, utrum provenerit ex coniugicidio cum promissione matrimonii, aut ex coniugicidio cum adulterio, vel ex solo adulterio cum promissione matrimonii: in cognatione spirituali, utrum sit inter levantem et levatum, vel inter levantem et levati parentem.

4. Gradus consanguinitatis, vel affinitatis, aut honestatis ex matrimonio rato, et an sit simplex, vel mixtus, non tantum remotior, sed etiam propinquior, uti et linea, an sit recta et transversa; item an Oratores sint coniuncti ex duplici vinculo consanguinitatis, tam ex parte patris, quam ex parte matris.

5. Numerus impedimentorum, e gr. si adsit duplex aut multiplex consanguinitas vel affinitas, vel si praeter cognationem adsit etiam affinitas, aut aliud quodcumque impedimentum sive dirimens, sive impediens.

6. Variae circumstantiae, scilicet an matrimonium sit contrahendum vel contractum, si jam contractum, aperiri debet, an bona fide, saltem ex parte unius vel cum scientia impedimenti; idem an praemissis denuntiationibus, et iuxta formam Tridentini; vel an spe facilius dispensationem obtinendi; demum an sit consummatum, si mala fide, saltem unius partis, seu cum scientia impedimenti.

7. Copula incestuosa habita inter sponsos ante dispensationis executionem, sive ante, sive post eius impetrationem, sive intentione facilius dispensationem obtinendi,

sive etiam seclusa tali intentione, et sive copula publice nota sit, sive etiam occulta. Si haec reticeantur, subreptitias esse et nullibi ac nullo modo valere dispensationes super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis et legalis nec non et publicae honestatis declaravit S. Congregatio S. Officii Fer. IV. 1. Augusti 1866. In petenda vero dispensatione super impedimento affinitatis primi vel secundi gradus lineae collateralis, si impedimentum nedum ex matrimonio consummato cum defuncto coniuge Oratoris vel Oratricis sed etiam ex copula antematrimoniali seu fornicaria cum eodem defuncto ante initum cum ipso matrimonium patrata oriatur, necesse non est, ut mentio fiat huiusmodi illicitae copulae, quemadmodum patet ex responso S. Poenitentiariae diei 20. Martii 1842, probante s. m. Gregor XVI ad Episcopum Namurcensem, quod generale esse, idem Tribunal literis diei 10. Decembris 1874 edixit.

Haec prae oculis habere debent non modo, qui ad S. Sedem pro obtinenda aliqua matrimoniali dispensatione recurrunt, sed etiam qui ex pontificia delegatione dispensare per se ipsi valent, ut facultatibus, quibus pollent, rite, ut par est, utantur.

Datum ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda die 9. Maii 1877.

De copula incestuosa non amplius oportet inquirere ante dispensationis executionem.

Illme ac Rme domine,

Infandum incestus flagitium peculiari semper odio sancta Dei Ecclesia prosequuta est, et summi Romani pontifices statuerunt, ut, qui eo sese temerare non erubuissent, si ad apostolicam sedem confugerent petendae causa dispensationis super impedimentis matrimonium dirimentibus eorum preces, nisi in eis de admisso scelere mentio facta

esset obroptionis et subreptionis vitio infectae haberentur atque ideo dispensatio esset invalida; idque ea sanctissima de causa cautum fuit, ut ab hoc gravissimo crimine christifideles arcerentur.

Hanc s. sedis mentem testantur tum alia documenta, tum decretum, quod novissime supremum sanctae Romanae et universalis inquisitionis consilium, ipso adprobante Romano pontifide, feria IV. die 1. Augusti 1866 tulit, quod est huiusmodi: „subreptitias esse et nullibi ac nullo modo valere dispensationes, quae sive directe ab apostolica sede, sive ex pontificia delegatione super quibuscumque gradibus prohibitis consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis nec non et publicae honestatis conceduntur, si sponsi ante earundem dispensationum executionem sive ante sive post earum impetrationem incestus reatum patraverint: et vel interrogati, vel etiam non interrogati, malitiose vel etiam ignoranter reticuerint copulam incestuosam inter eos initam sive publice ea nota sit sive etiam occulta, vel reticuerint consilium et intentionem, qua eandem copulam inierunt, ut dispensationem facilius assequerentur". S. poenitentiaria vestigiis inistens supremae inquisitionis id ipsum die 20. Iulii 1879 statuit.

Verum cum plurimi sacrorum antistites sive seorsum singuli, sive coniunctim s. sedi retulerint, maxima ea de causa oriri incommoda, cum ad matrimonialium dispensationum executionem proceditur, et hisce praesertim miseris temporibus in fidelium perniciem non raro vergere, quod in eorum salutem sapienter inductum fuerat: Sanctissimus D. N. D. Leo, divina providentia papa XIII., eorum postulationibus permotus, re diu ac mature perpensa et suffragio adhaerens eminentissimorum S. R. E. cardinalium in universa christiana republica una mecum inquisitorum generalium, hasce literas omnibus locorum ordinariis dandas iussit, quibus eis notum fieret, decretum superius relatum s. Romanae et universalis inquisitionis et s. poenitentiariae, et

quidquid in eundem sensum alias declaratum, statutum aut stylo Curiae inductum fuerit a se revocari, abrogari, nulliusque roboris imposterum fore decerni; simulque statui et declarari, *dispensationes matrimoniales posthac concedendas, etiamsi copula incestuosa vel consilium et intentio per eam facilius dispensationem impetrandi reticita fuerint, validas futuras:* contrariis quibuscumque etiam speciali mentione dignis minime obstantibus.

Dum tamen ob gravissima rationum momenta a pristino rigore hac super re sanctissimus pater benigne recedendum ducit, mens ipsius est, ut nihil de horrore, quod incestus crimen ingerere debet, ex fidelium mentibus detrahatur; imo vero summo studio excitandos vult animarum curatores aliosque, quibus fovendae inter christifideles morum honestatis cura demandata est, ut prudenter quidem, prout rei natura postulat, efficaciter tamen elaborent huic facinori insectando et fidelibus ab eodem, propositis poenis, quibus obnoxii fiunt, deterrendis.

Datum Romae ex cancellaria S. O. die 25. Iunii 1885.

Addictissimus in Domino
R. card. Monaco.

De casibus matrimonialibus ad s. poenitentiariam spectantibus.
(Ex institutione 87. Benedicti PP. XIV.)

Innocentius XII. constitutione XII., quam sacra poenitentiaria velut normam sequitur, haec decernit: *In matrimoniis contrahendis possit idem maior poenitentiarius in foro conscientiae tantum super impedimentis occultis, quae matrimonium non dirimunt, dispensare vel dispensari mandare.*" Tria potissimum impedimenta scriptores enumerant; nempe votum simplex, sponsalia iam inita cum alia muliere et Ecclesiae interdictum. Innocentius XII. summo poenitentiario facultatem omnimodam tribuit pro votis simplicibus *in foro conscientiae* commutandis et ob hanc causam, qui simpliciter vovit castitatem, aut aliquem regularium or-

dinem ingredi seu sacros ordines suscipere, vel uxorem nequaquam ducere, si ipse matrimonium inire velit, ad cardinalem poenitentiarium confugere potest, ut voti peracti commutationem obtineat, quae permitti solet, si legitima causa interveniat; nempe si libidinis impetu vehementer concitetur, qui votum castitatis emisit. Illud vero immutari solet hac conditione, ut singulis mensibus ad poenitentiae sacramentum accedat, aliisque piis operibus vacet, quae a confessario praescribuntur. Ea pariter conditio pro ineundo matrimonio adiicitur, ut castitatem deinceps observet, postquam uxor vita decesserit. Quod si crimen aliquod cum alia muliere admittat vel novum matrimonium absque nova facultate constituat, pro certo habeat votum castitatis gravi scelere violari, neque iure novi matrimonii se uti posse, quae omnia *patefacere debet sacerdos,* a quo litterae sacrae poenitentiariae sunt exsecutioni mandandae.

Si quis cum muliere sponsalia contraxerit ac deinde aliam mulierem in matrimonium ducere peroptet, facultatem pro solvendis primis sponsaliis, dummodo oculta fuerint, et iusta causa intercedat, *in foro conscientiae* impetrare potest, ut animae suae saluti atque innocentiae prospiciat.

De interdicto ecclesiae dicere praetermittimus, quod publicum est, neque unquam sacra poenitentiaria de rebus publicis iudicium ferre consuevit.

Post haec summus pontifex (Innocentius XII.) impedimenta *dirimentia* recenset, ac *de ineundis matrimoniis* verba faciens, haec statuit: *„At a dispensationibus super quocumque impedimento ex quovis gradu sive consanguinitatis, sive affinitatis ex copula licita, sive ex cognatione spirituali proveniente etiam in foro conscientiae tantum, tametsi impedimentum sit occultum et periculum scandalorum immineat, in iisdem matrimoniis contrahendis abstineat.“* Cum haec ita sint, si quis fortasse aliquo ex allatis impedimentis teneatur, non quidem confugere ad sacram poenitentiariam, sed ad datariam oportet.

Postquam de contrahendis matrimoniis sermonem habuit pontifex, ad *matrimonia iam contracta* descendit et haec

potissimum praescribit: *„In matrimoniis vero contractis a dispensatione, seu matrimonii revalidatione in gradibus primo et secundo, seu secundo tantum consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita etiam in occultis pariter abstineat, praeterquam si in huiusmodi secundo gradu tantum impedimentum saltem per decennium duraverit occultum et oratores simul publice contraxerint et convixerint et uti coniuges legitimi reputati fuerint.“*

Quare qui matrimonium hoc pacto inierit, si remedium exspectat, ad datariam confugere debet, non autem ad poenitentiariam, nisi forte impedimentum in secundo gradu saltem per decennium duraverit occultum, et oratores simul publice contraxerint et uti coniuges legitimi reputati fuerint.

Post haec Innocentii constitutio summo poenitentiario permittit, ut possit *„in tertio autem et quarto gradibus publicis revalidare matrimonia nulliter contracta ex causa subreptionis vel obreptionis occultae literarum apostolicarum, praeterquam si falsitas consistat in narratione praecedentis copulae, quae tamen antea non intercesserat.“*

Magnum hic discrimen advertendum est inter eos, qui a dataria dispensationem obtinuerunt, *non explicantes* in supplici libello copulam, quae intercessit, aut voluntatem et consilium, quod tunc habuerunt, nempe ut facilius, eiusmodi dispensationem assequerentur et inter *illos, qui copulam intervenisse falso exponunt,* ut a ministris datariae tutius dispensationem sibi surripiant. Equidem *primi,* si consulere sibi velint, propriam turpitudinem declarare debent; ideoque summus pontifex aditum ipsis ad poenitentiariam reclusit. *Secundi* vero detegant necesse est, ea labe ac macula se immunes, quam in supplici libello contractam falso testati sunt. Quare si quis ob hanc falsitatem impetravit dispensationem in quocunque gradu consanguinitatis vel affinitatis, ad datariam se convertere debet, *novamque ex ipsa dispensationem exposcere.*

Crebro evenire solet, ut impedimentum affinitatis ex

copula illicita ante matrimonium contrahatur. Summus autem poenitentiarius in foro conscientiae tantum ab hoc impedimento liberare potest, sive matrimonium initum fuerit vel adhuc ineundum sit, modo tamen idem impedimentum *occultum* habeatur. Hinc Innocentius XII. in dicta constitutione decernit: „*Super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita seu actu fornicario proveniente, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum revelationis seu scandalorum non immineat vel non adesset, in matrimoniis tam contractis quam contrahendis in foro conscientiae tantum.*“

Tandem illud constat, in more positum non esse, ut sedes apostolica in matrimoniis iam contractis seu contrahendis dispensationem impertiat super *impedimentis criminis*, si illud publicum fuerit, vel coniugi mors illata sit altero aut utroque machinante; et profecto Clemens VIII. viris potentissimis id expetentibus constanter denegavit. Attamen ut saluti animarum aliquo modo prospiceretur, summo poenitentiario facultatem pontifex concessit, ut in foro conscientiae tantum impedimentum criminis dissolveret, si ipsum crimen occultum sit. Monet vero pontifex, id raro peragendum, si coniugis mors patrata fuerit utroque vel altero machinante; necessitas intercedere debet aut gravissimum periculum; neque ullo modo tribui dispensatio haec potest, nisi prius in congregatione vel signatura sacrae poenitentiariae res diligenter examinetur: „*Super impedimento occulto criminis adulterii, si fuerit cum fide data dumtaxat, neutro machinante, commissum, possit tam in contrahendis, quam in contractis matrimonis dispensare. Si vero crimen huiusmodi fuisset utroque vel altero machinante patratum, possit dispensationem concedere, raro tamen et quando necessitas postulaverit ratione alicuius gravis imminentis periculi, quod prudentia maioris poenitentiarii, re praesertim discussa in congregatione vel signatura, arbitrandum erit.*“

Satis verba fecimus de ordinaria facultate cardinalis summi poenitentiarii. Nunc de iis sermonem instituamus,

qui ad eandem poenitentiariam debent confugere. Id potissimum parochis et confessariis contingit; sed quicumque ille sit, qui hoc peragendum suscipiat, necessario requiritur, ut res plane exponatur et nihil a veritate sit alienum; nam fieri potest, ut contractum impedimentum falso existemetur. Omissis pluribus exemplis, quae afferri possent, illud satis sit, nullum affinitatis impedimentum obvenire, licet ante matrimonium cum aliqua consanguinea futurae uxoris copula habita fuerit, si ipsa (copula) *perfecta* non exstiterit.

Arcanum pariter ac *prudentia* servanda est. Qua de causa in libello, qui olim Romae typis evulgatus est pro instruendis parochis et confessariis, qui ad s. poenitentiariam confugere debeant, haec monentur: Caveant, ne, quod occultum est, palam faciant, praesertim impedimenta occulta matrimoniorum; nam publica vel ad publicum redacta non pertinent ad s. poenitentiariam. Insuper universae rei circumstantiae et causae, ob quas dispensatio postulatur, plane exprimantur necesse est. Accidit enim nonnunquam per inadvertentiam exponentium, ut gratiae, iuxta exposita obtentae, irritae evadant, et quod causas et circumstantias necessarias reticeant: unde fit, quod literarum executores, casu postea poenitentium examinato, rem aliter se habere, quam expressum fuerat, comperiant et gratias subreptitias aut obreptitias esse inveniant: quare poenitentes confusi remanent et spe novae dispensationis se carere putantes, in praedictis vinculis et obligationibus miserabiliter remanent. Etenim communi omnium consensu et iuxta Tridentinam synodum (sess. XXV. cap. 18. de reform.) nulla unquam dispensatio concedi solet, nisi legitima causa intervenerit. Postremo reticetur illius nomen, qui dispensationem expostulat, eiusque loco literae N. sufficitur; locus tamen designatur, ubi dantur literae, ut quo responsa mitti debeant innotescat. In fine literarum nomen etiam et cognomen describuntur illius, ad quem responsum dare necesse est; neque sane parochus aut confessarius, cui fidelis impedi-

mento aliquo ligatus animum suum detexit, hanc provinciam recusare debet.

Iam sermone explicemus, quae peragenda sint illis, qui literas a summo poenitentiario datas exsequi debent. Responsum s. poenitentiariae, quo continetur facultas dissolvendi propositum impedimendum, vel hoc pacto traditur: *„Discreto viro confessori, magistro in theologia"*; vel *„decretorum doctori ex approbatis ab ordinario,"* vel *„discreto viro confessario ex approbatis ab ordinario."* Quocumque tandem modo id eveniat, nonnisi confessarius ab episcopo loci probatus literas poenitentiariae exsequi potest; nec satis habeatur, si olim hanc approbationem consecutus fuerit, sed necessario requiritur, ut tempus ad confessiones audiendas praescriptum nondum absolutum sit. Si literae s. poenitentiariae hoc modo inscriptae fuerint: *„Discreto viro confessori et magistro in theologia vel decretorum doctori ex approbatis ab ordinario"* et alicui reddantur, qui iis titulis careat et tamen eas aperiat, non ideo novae literae petendae sunt a poenitentiaria, sed primae tradi possunt viro, qui propositis titulis exornetur.

Post haec agendum superest de clausulis, quibus uti consuevit s. poenitentiaria. Porro illa nunquam deest: *„Si ita est."* Quare qui literas exsequitur, omnem curam ac diligentiam impendere debet, ut cognoscat, an verum sit, quod summo poenitentiario fuit expositum; an res ipsa, circumstantiae et causae ac rationes ad obtinendam dispensationem prolatae veritati prorsus consentaneae sint. Quamobrem monere debet eum, qui dispensationem petiit, ut nihil a veritate alienum proferat. Deinde opus est, ut diligenter investiget, utrum revera probentur omnia, quae ille testatus fuerit. Non tamen ulli testes inquirendi sunt, sed illum examinare solum fas est, qui dispensationem impetravit. Omissa autem hac diligentia inquirendi, irrita fit dispensatio, nisi forte ipse aliunde rei veritatem iustamque causam cognoverit. Quod si confessarius pro certo habeat, falsum

esse quod summo poenitentiario propositum fuit, dispensationem exsequi abstineat, licet qui ipsam postulavit, rei falsitatem tueri contendat; modo tamen sacerdos id non perceperit, cum poenitentiae sacramentum dispensando administravit; non enim uti licet iis, quae tunc deprehenduntur.

Disceptabant olim theologi, utrum necessario requiratur, ut sacerdos confitentem prius audiat et expiet dispensandum et tunc solum dispensationem, quae a poenitentiaria data fuit, exsequatur; omnis tamen dubitatio sublata est; nam sic in poenitentiariae literis indicitur: *„Audita prius sacramentali confessione."* Qua de re conditio praescribitur, qua si careat, dispensatio irrita prorsus efficitur. — Similiter dum ipsa confessio peragitur, irroganda est poena consentanea crimini, quod impedimentum intulit eadem dispensatione solvendum. Id cavetur in literis s. poenitentiariae: *„Iniuncta ei pro tam enormis libidinis excessu gravi poenitentia salutari."* Advertendum pariter, quod si inter alia praescribitur, ut oratori poenitenti iniungatur confessio menstrua id est singulis mensibus peragenda, ut saepius in formulis habetur, nunquam praetermitti potest. Eodem modo statuendum est de aliis poenis, quae a s. poenitentiaria praescribuntur et si forte confessarii arbitrio relinquatur poenas sceleri consentaneas infligere, hoc non importat meram et liberam voluntatem, ita ut possit illas libere iniungere, prout sibi placuerit, sed importat arbitrium regulatum, id est arbitrium boni viri et iuri conforme. Quamobrem confessarius, ut suo muneri recte satisfaciat, neque severitatis neque humanitatis fines excedat. Rationem quoque habebit conditionis, aetatis et sexus illius cui poena irrogatur.

Non ita facile percipiuntur reliquae clausulae, neque facile modus ac ratio dignoscitur, qua executioni mandentur. Prima quidem est eiusmodi; quae in cunctis dispensationibus matrimonialibus indicitur: *„Dummodo impe-*

dimentum praefatum occultum sit," sive hoc modo: *Dummodo omnino occultum sit."* Id procul dubio implicatum est ac difficultatis plenum, si theologiae moralis scriptores aut etiam forenses percurrantur.

Sed necessarium ducimus perscrutari, quid hoc vocabulo occulti impedimenti ab eodem tribunali s. poenitentiariae intelligatur. Haec autem cognitio ab illis solum comparari potest, qui munus aliquod in ipso tribunali gesserunt. Prosper Fagnanus correctoris munere magna cum laude functus est, ad quem pertinet emendare supplices libellos, qui a procuratoribus s. poenitentiariae traduntur. Itaque Fagnanus primum ostendit, illud *occultum* impedimentum dici, quod nullo pacto demonstrari potest et Dei solum iudicio permittitur. Impedimentum vero *quasi occultum* illud esse, quod solum duobus, tribus aut quinque testibus comprobatur. Si vero s. poenitetiaria secundam illam clausulam adiecerit: *„Dummodo impedimentum omnino occultum sit,"* tunc minime occultum dici posse crimen, quod duo, quatuor aut quinque deprehenderint. Haec autem clausula plerumque adiicitur, cum impedimentum *criminis* dispensandum proponitur, potissimum vero, cum uterque coniux novo matrimonio copulatus, necem prioris coniugis molitus fuerit. Thesaurus etiam, poenitentiariae peritissimus, in opere de poenis eccles. p. 1. c. 21. ita scribit: Etiamsi res sit nota duobus vel tribus, res occulta dicitur. Item si quinque vel sex personis in aliquo oppido, vel septem aut octo in civitate res nota sit, non dicitur publica, sed occulta. Monet tamen confessarium, ut abstineat ab exsequendo dispensationem, si prudenti coniectura intelligat, post breve tempus futurum esse publicum, quod a paucis antea cognoscebatur.

Non omittunt iidem scriptores reliquas quaestiones in examen vocare, ac primo, utrum occultum impedimentum censeatur, quod quidem publice cognoscitur in eo loco, ubi contractum fuit, sive alibi; occultum tamen est, ubi degunt, qui dispensationem expostulant et ubi dispensatio ipsa conceditur. Navarrus in manuduct. pag. 20. et 21. sapienter admonet confessarium, ut minime exsequatur dispensationem, si forte quis maiori poenitentiario declaraverit, crimen esse occultum in civitate, exempli causa, Bononiae. ubi vitam agit et dispensatio tradenda est executioni; deinde silentio praetermiserit, idem crimen publicum esse Neapoli, ubi patratum fuit. Tunc confessarius reum hortetur, ut ad poenitentiarium rursum confugiat ipsique patefaciat. quod prius omisit, suum nempe crimen per urbem Neapolis esse divulgatum. Sin autem id totum expositum fuisse in supplici libello confessarius deprehendat ex litteris s. poenitentiariae, tunc absque ulla difficultate pareat et literas exsequatur.

Secundo inquirunt, utrum impedimentum, quod fuit aliquando publicum, diuturnitate temporis occultum fieri possit, ita ut dispensatio tribuenda videatur. Equidem Marc. Paul. Leo in praxi etc. p. 133. sic respondet: Notandum quarto et ultimo, non implicare, quod aliquid a sui origine et principio fuerit publicum et tractu temporis fiat occultum; tempus enim omnia devorat. Hoc autem genus occultorum etiam pluries meo tempore signatura officii s. poenitentiariae admisit; sed non eodem modo in omnibus casibus in dispensationibus matrimonialibus per decennium, in irregularitatibus per viginti et triginta annorum spatium.

Postremo iudicium nostrum libere feremus de illa quaestione, an occultum ideoque solvendum censeri debeat impedimentum, quod theologi *materialiter publicum*, sed *formaliter occultum* appellant, quando videlicet patratum crimen publice quidem notescat, criminis tamen conscii prorsus ignorent, an impedimentum dirimens cum eodem crimine coniungatur. Exemplis rem totam planam faciemus. Si quis hominem consulto interfecerit, populus tamen iudicet, id fortuito contingisse, ut vitam suam tueretur; item si quis excommunicatus rem divinam fecerit, antequam illis

*

vinculis ac poena solveretur; illum tamen iam absolutum omnes putent: si, inquam, ita se res habeant, nos ingenue fatemur et credimus, crimen eiusmodi tanquam occultum a s. poenitentiaria dispensari posse, et ipsius literas exsecutioni mandandas a confessario, cum ipsum crimen occulti limites non excedat. Contra vero est, si crimen publice innotescat, licet omnes fere ignorent poenam ipsi crimini irrogatam, quae ignorantia iuris dicitur. Alioquin iam crimen omne affinitatis ex copula illicita et omne impedimentum criminis, licet haec publica sint, dispensari tamen possint tamquam occulta. Nam satis experientia compertum est, omnia impedimenta, si illud consanguinitatis et affinitatis ex copula licita solum omittas, ignota esse non modo oppidanis, sed etiam illis, qui in magnis civitatibus versantur.

Tridentina synodus impertit episcopis, ut sibi subiectos dissolvere queant ab irregularitatibus cunctisque suspensionibus, quae ab occulto crimine proveniunt (sess. XXIV. cap. 6.). Deinde certos quosdam limites huic amplissimae facultati constituit, ac praesertim, si ipsum crimen in forum contentiosum fuerit antea deductum: „*Exceptis aliis deductis ad forum contentiosum.*“ Eosdem limites praescribit s. poenitentiaria, quae non occultum sed publicum et omnibus perspectum crimen illud existimat, si semel in forum contentiosum adducatur; nisi forte reus sententia iudicis in eodem foro declaratus fuerit innocens, aut tanquam repertus innocens (inquit Fagnanus) et non culpabilis, aut tanquam absolutus ex hactenus deductis, vel ex observatione iudicii, seu tanquam non repertus culpabilis nec de iure punibilis; tunc enim crimen tanquam occultum putat et dispensatione solvendum. Idem Fagnanus monet dissolvi non posse impedimentum, cum ad forum contentiosum crimen allatum fuit, ubi reus nullam ex iis sententiis, quas superius memoravimus, obtinuit.

In matrimonialibus dispensationibus illud semper subiicitur: „*Ita quod huiusmodi absolutio et dispensatio in foro*

iudiciario nullatenus suffragetur“ sive „*aliudque non obstet.*“ Aliquando id quoque decernitur: „*Praesentibus laceratis, quas sub poena excommunicationis latae sententiae lacerare tenearis, ita ut nullum earum exemplar exstet, neque eas latori restituas. Quod si restitueris, nihil ei praesentes literae suffragentur.*“

Tempus conterendum non est, ut illud declaretur: „*Aliudque non obstet,*“ quod satis per se intelligitur. Monet enim poenitentiarius, irritam esse dispensationem impedimenti propositi, si aliud silentio omissum fuerit: et matrimonium nequaquam ineundum, si nondum celebratum sit. Si autem peractum fuerit, seiungendos coniunges, donec ad datariam rursum confugerint, si illud impedimentum publicum habeatur, sive ad poenitentiariam, si impedimentum ipsum in tenebris adhuc delitescat. Quare sacerdos, cui s. poenitentiariae literae aut diplomata traduntur, prius exquirat necesse est, utrum aliud impedimentum interveniat praeter illud, quod poenitentiariae declaravit.

Illud quoque paucis expedimus *praesentibus laceratis aut laniatis.*“ Quandoque excommunicatio sacerdoti exsequenti literas poenitentiariae infligitur, nisi peracto negotio illas dilaceret, quandoque vero haec poena non indicitur. Quod si indicitur. sciat sacerdos vinculo maioris excommunicationis se adligari ipso facto, nisi pareat. „*Neque eas latori restituas; quod si restitueris, nihil ei praesentes literae suffragentur,*“ id est non suffragentur in foro iudiciario; nam peracta exsecutione legitimae gratiae et dispensationes in foro conscientiae semper validae remanent in eodem foro conscientiae, quamvis in foro fori suffragari non possint.

Si de contractis iam matrimoniis agatur, et occultum impedimentum interveniat, quod uni solum ex coniugibus perspectum sit, tunc si petatur a poenitentiaria, ut idem matrimonium eius facultate confirmetur, in hunc modum diplomata traduntur: *Demum dummodo impedimentum praefatum occultum sit, et separatio inter latorem et dictam mu-*

lierem fieri non possit absque scandalo, aliudque non obstet, cum eodem latore, ut, dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut latoris delictum nunquam detegatur, matrimonium cum eadem muliere et uterque inter se de novo secrete ad evitanda scandala, praemissis non obstantibus, contrahere et in eo postmodum remanere legitime valeat, misericorditer dispenses.“

Praeter eas conditiones: *„dummodo occultum sit et aliud non obstet,“* de quibus satis iam diximus, tria rursum iubentur:

Primum, ut isti coniuges separentur, si id fieri possit absque scandalo. Porro sapienter id cavetur a s. poenitentiaria; nam si publice matrimonium fuit, procul dubio veri coniuges existimantur: ideoque si seiungantur, admirationem id populo et scandalum concitabit. Animadvertas (inquit de Iustis) rarissime aut nunquam esse necessarium experiri, an possint coniuges separari et honeste vivere tamquam frater et soror, quia saepe ex huiusmodi separatione oriuntur scandala et periculum incontinentiae, sicut etiam ex habitatione dicto modo facta. Itaque judicamus, a parocho, qui literas a s. poenitentiaria et facultatem exposcit, monendos, si impedimentum uterque cognitum habeat, vel alterum ex coniugibus, qui rei conscius est, ne in copulam consentiat, donec dispensatio reddatur.

Secundo iubetur, ut alter coniugum, qui impedimentum ignorat, certior fiat, primum consensum irritum fuisse, ita tamen, ut crimen, ex quo proficiscitur ipsum impedimentum, minime detegatur.

Tertio his peractis, clam matrimonium renovandum est, nempe iterum mutuus consensus praestari debet.

Magno studio olim disceptatum fuit, utrum novus hic consensus, qui matrimonium reipsa constituit, coram parocho ac duobus testibus sit peragendus. Nam Tridentina synodus parochum ac duos testes praesentes necessario requirit, dum matrimonium celebratur. Attamen nulla difficultas amplius

superest, si discriminis inter occulta et publica impedimenta ratio habeatur. Si matrimonium publice initum est coram parocho et duobus testibus et impedimentum quoque *publice* innotuerit, matrimonium, obtenta dispensatione, rite confirmari nequit, nisi consensus iterum coram parocho et duobus testibus praebeatur. Contra vero est, si matrimonium celebratum fuit coram parocho et duobus testibus et impedimentum dirimens *occultum* servatur; tunc novus consensus certe praestandus est, sed *clam* inter contrahentes, nec praesentia parochi duorumque testium requiritur. Nam semel mandato Tridentini concilii iam paruerunt coniuges, cum primo matrimonium, licet, interposito occulto impedimento confecerunt.

Dictum est iam supra, si matrimonio coram parocho ac duobus testibus contracto postea dirimens impedimentum *publice* innotuerit, tunc obtenta dispensatione matrimonium rite confirmari non posse, nisi consensus iterum coram parocho ac duobus testibus praebeatur; contra vero si dirimens impedimentum *occultum* servetur, tunc novum consensum *clam* inter contrahentes esse praestandum, nec praesentiam parochi duorumque testium requiri.

Haec ita decrevit s. poenitentiaria s. Pii V. pontificis auctoritate, uti Navarrus fatetur, qui per tot annos eidem sacro tribunali operam praestitit. Id etiam probat s. congregatio concilii, ut tradit Fagnanus (C. Is qui fidem. no. 14. de spons. et matrim.), qui per plures annos secretarii munus praeclare gessit. Idemque scriptores docent. Insuper cum s. rotae auditores huius sententiae veritatem in dubium revocassent, cardinalis Carafa, congregationis concilii praefectus, duos ex iisdem auditoribus accivit, quibus ostendit, decreta a s. congregatione super hac re confecta, poenitentiariae institutis et s. Pii V. declarationi esse consentanea. Qua de re patres s. rotae in posterum expositam paulo ante sententiam constanter secuti fuerunt. Etenim Tridentina Synodus, cum iussit matrimonium contrahi coram

parocho et duobus testibus, nihil aliud statuere voluit, nisi clandestina matrimonia impedire, ex quibus gravissima mala derivare consueverunt. Quae sane nequeunt obtingere, cum publice matrimonium celebratum fuit, licet irritum ob impedimentum dirimens occultum. Quamobrem cum parochus et testes matrimonio iam interfuerint, quod rite celebratum putabatur, quia impedimentum nequaquam innotuerat, ideo satis est, ut clam inter coniuges novus consensus praebeatur, cum ipsum matrimonium obtenta s. poenitentiariae facultate rite confirmandum est. Ex his omnibus desumitur, quoties indicit s. poenitentiaria, ut renovetur matrimonium novusque consensus praebeatur secrete ad evitanda scandala, id mutuo a coniugibus perficiendum esse, dummodo matrimonium iuxta formam s. concilii Tridentini antea iam celebratum sit et impedimentum latens remanserit occultum, nec parochum aut testes praesentes requiri neque ipsum confessarium, qui, licet parochus haud sit, ad literas s. poenitentiariae exsequendas designatur.

Summa autem difficultas in eo posita est, qua ratione id fieri possit, ut alter coniugum, ignarus impedimenti, certior de ipso reddatur, ita ut alterius crimen nequaquam innotescat: *„Dicta muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, ut latoris delictum nunquam detegatur.“* Magna hic prudentia ac circumspectione opus est; unde merito executor hic non tantum humana, sed vel maxime divina consilia et auxilia adhibebit, recurrendo ad Patrem luminum, ut eum lumine suo illuminet, quid in casu adeo perplexo agere debeat. Nonnulli quidam ut se facilius hac difficultate expedirent, solam instructionem, non vero conditionem illis poenitentiariae verbis contineri censuerunt. Nos tamen iudicamus illorum opinionem haud probari posse. Nam certissimum est inter iurisperitos, quod vera conditio ex ablativo absoluto consequitur. Si quidem illud poenitentiariae mandatum innititur iuri communi, ut pro matrimonio rite confirmando a coniugibus expostuletur novus

consensus ignaroque coniugi declaretur impedimentum, ne idem consensus per errorem elicitus putetur, sive ne permaneat primus consensus cum errore coniunctus, qui traditus fuit, cum matrimonium primo celebraretur. Itaque qui periti sunt moris et instituti s. poenitentiariae, pro certo tenent, ad confirmandum matrimonium requiri novum consensum et simul ignaro coniugi detegendum esse impedimentum. Quamobrem ne cum impedimento simul crimen, quod impedimenti causa fuit, in lucem proferatur, varios auctores perscrutati sunt modos, ex quibus iste nobis maxime consentaneus esse videtur, ut coniux impedimenti conscius alteri libere declaret, haud rite se matrimonio consensisse, cum primo celebratum fuerit, ideoque consilio confessarii atque internae tranquillitatis causa, ut ambo consensum renovent, seque id libenter facturum esse ostendat. Quod si alter coniux eandem voluntatem patefaciat, id satis erit, ut novus consensus iuxta praescriptam normam elicitus intelligatur. Hunc modum theologi unanimes reliquis omnibus anteponunt. Nam coniux ignarus matrimonium irritum esse cognoscit; non tamen crimen notum efficitur, ex quo consecutum est impedimentum, neque ullum mendacium admiscetur. Quod autem agendum si coniux haud immerito suspicetur, ne, alter coniux de irrito matrimonio certior factus novum consensum dare recuset, soluto matrimonii vinculo procreati iam liberi tamquam spurii habeantur, crimen ex quo impedimentum, profectum est, detegatur, aliaque mala atque dissidia certo sint futura? In hoc casu ad summum poenitentiarium confugiendum est, qui magnis illis difficultatibus fortasse adductus, aut aliquid de severitate remittet, aut facultates a pontifice necessarias postulabit. Nam summus pontifex, si non agitur de impedimento erroris personae, quod refertur ad ius naturale, sed de aliis impedimentis, quae a iure scripto decernuntur, non solum auferre de medio potest incommoda quae iam secuta ab illo sunt, uti constat quotidiana

experientia, cum in radice matrimonii legitimam prolem declarat, sed etiam ob consensum naturalem initio praestitum dispensare potest, si velit, a renovato consensu.

Haec potissimum explicanda duximus, ut confessarii ac parochi intelligant, antequam in casibus matrimonialibus ad s. poenitentiariam spectantibus libellos supplices offerant, rem sedulo esse expendendam, circumstantias omnes studiose investigandas et in literis ab iis conficiendis singula accurate exponenda. Deinde statim ac literae seu diplomata dispensationis ipsis redduntur, saepius illa percurrant, ut iis omnibus, quae praescribuntur, fideliter satisfaciant. Dispensatio autem in his casibus peragenda est, dum poenitentiae sacramentum administrant, in forma a scriptoribus passim tradita et postquam consueta verba absolutionis a censuris et peccatis pronuntiarunt.

Za lakše razumievanje ove institucije izdao je trierski gen. vikarijat svomu kleru ovo razjašnjenje:

Cum sacerdotes non pauci, si de occultis matrimonii impedimentis agatur tractandis, maxime vero si dispensationes pro foro conscientiae concessae executioni sint mandandae, magnis impliciti videantur rebus, atque ancipites anxiique versentur, monita nonulla, ut eosdem sublevemus, hac de re edenda duximus.

De Mandati Apostolici executore.

Illud imprimis hic monendum videtur, dispensationes cum eas, quas pro foro externo Dataria, tum eas, quas pro foro interno aut ipsa s. Poenitentiaria, aut Episcopus vi facultatum quinquennalium elargitur, haud aliter concedi quam in forma commissoria, quippe quae, dum ad externum spectant forum, Vicario in Spiritualibus generali aut Officiali, dum vero ad internum, parocho aut confessario committantur concedendae et exequendae. Proinde priori in casu Vicarius in Spiritualibus generalis, aut Officialis, in altero vero parochus aut confessarius mandatum exequens

dispensationem revera elargitur, non sua quidem, sed commissoria auctoritate. Pari monendum videtur modo, rationes dispensandi, quas mandatum aut expresse enumerat, aut ad quas saltem delegat, tempore dispensationis exequendae oportere esse easdem re et veritate, quae eo fuerunt momento, quo expetita est dispensandi facultas. Illud quoque notandum censemus, peracta mandati executione, dispensationem in suo perstare valore, etiamsi rationes illae forte evanuerint. Denique sciendum est, nec ideo dispensationem imminui valore, quod remoris interjectis per aliquantum temporis mandati executio dilata fuerit, dummodo causarum veritas et impedimenti natura maneant.

De clausulis Mandati Apostolici debite observandis.

Praemissis his notis accedamus ad demonstrandam rationem exequendi mandati, quo de impedimento occulto dispensandi confertur facultas. Qua in re caput est, ut parochus aut confessarius summa diligentia animum advertat ad clausulas in mandato aut dispensationis Brevi praescriptas, utpote quae eiusmodi sint, ut, nisi omni ex parte expletae fuerint, data dispensandi facultas omni destituatur virtute.

1. Istarum autem clausularum, quae mandatis dispensandi pro foro interno inseri solent, prima haec est: Si preces veritate nitantur, aut: Si ita est, aut: Si preces veritate niti repereris.

   S. Poenitentiaria hac ulteriore cum utitur formula: Si preces veritate niti repereris, sub conditione, sine qua non, exiget, ut iteretur examen, an libellus supplex omni ex parte veritatem referat: caeterarum autem cum aliqua utitur formularum, non eidem insistit necessitati iterandi causarum examinis, dummodo, cui mandatum exequendum fuerit commissum, ipse certo sibi persuasum habeat, tum temporis, quo illud exe-

cuturus est, veras integrasque perstare rationes aliasque res, quae in litteris petitoriis necessario erant exprimendae.

2. Alia clausula haec est: Audita prius eius sacramentali confessione. Ex quibus verbis colliges, dispensationis executionem intime, nulla interposita mora, cum praevia peccatorum confessione jungendam esse, atque ex hac continua dispensationis exequendae conjuctione cum sacramentali confessione pendere ipsum dispensationis valorem. Si Confessarius impedimentum non habeat cognitum nisi ex confessione sacramentali. per se liquet, nec posse eum nisi in subsequenti confessione sacramentali petenti denunciare, collatam sibi esse dispensandi facultatem, sin autem aliunde quam per confessionem sacramentalem impedimentum rescierit, haud dubium est, quin illum etiam extra confessionale certiorem reddere possit. Sive autem id in confessione fieri debeat, sive extra confessionem fieri possit, illud certissimum manet, dispensationem in foro interno sive conscientiae non esse exequendam, nisi coniunctim cum praevia confessione sacramentali, ita ut continuo absolutionem a peccatis pronunciatam sequatur.

„Id autem (inquit Benedictus XIV., Institut. 87 circa finem) peragendum est, dum poenitentiae sacra„mentum administrant, et postquam consueta verba absolutionis a censuris et peccatis pronunciarunt.

„Si res agitur de ineundo matrimonio his verbis „utantur: Et insuper autoritate apostolica (quoniam „id semper fit autoritate apostolica, etiamsi episcopus „dioecesanus vi facultatum quinquennalium mandatum „dederit) mihi specialiter delegata dispenso tecum super „impedimento N. . . . (hic loci idem suo nomino ex„presse nominandum est), ut praefato impedimento „non obstante matrimonium cum dicta muliere publice, „servata forma Concilii Tridentini contrahere, consum-

„mare, et in eo manere licite possis et valeas; in no„mine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Insuper eadem „autoritate apostolica prolem, quam ex matrimonio „susceperis, legitimam fore nuncio et declaro; in no„mine Patris, et Filii et Spiritus Sancti.

„Si de iam inito matrimonio res est, post consu„etam absolutionem a censuris et peccatis haec ita „pronuncient: Et in super autoritate Apostolica mihi „specialiter delegata dispenso tecum super impedimento „N. . . . ut eo non obstante matrimonium consummare „(scilicet post renovatum consensum matrimonialem) „et in eo remanere licite possis; in nomine Patris, „et Filii et Spiritus Sancti. Et pariter eadem autori„tate Apostolica prolem, si quam suscepisti aut susce„peris, legitimam fore decerno et declaro; in nomine „Patris, et Filii et Spiritus Sancti.“

Hoc ulteriore casu, quo de matrimonio agitur iam contracto, fieri potest, ut Confessarius confitentem minus dispositum reperiat, quam cui sacramentalem conferat absolutionem. Id si contigerit nec tamen Confessarius differendam esse iudicaverit dispensationis executionem (quoniam id ne fiat, urgens dissuadeat rerum status), dispensationem confesso etsi non absoluto impertiri poterit formula utens superius allegata.

3. Clausula, quae tertio loco notanda venit, his continetur verbis: Ac sublata peccandi occasione, qua sub occasione apertum est occasionem peccandi proximam esse intelligendam, ad quam submovemdam, communis fert regula, ut ii inter quos peccati commercium erat, neque diu neque noctu eodem utantur tecto. Sin autem, quod nonnunquam evenit, talis sit rerum conditio, ut separatio illa aut omnino non possit fieri, aut non absque maximis incommodis; id saltem aliis cautelis est efficiendum, ut ex proxima peccandi occasione fiat remotior, idque ut fiat interdum, nocturna tantum separatione satis cautum esse videtur.

4. Alia quandoque additur clausula: Ab incestu . . . absolvas. quibus verbis confessario facultas confertur, singulari in hoc casu absolvendi ab incestu commisso, si forte incestus sit ex casibus Episcopo reservatis, nec ille ab his ordinaria polleat absolvendi facultate. Insequitur
5. clausula quinta; Iniuncta ei gravi poenitentia salutari. In casibus solito gravioribus S. Poenitentiaria his etiam verbis utitur: Poenitentia gravis et longa, poenitentia gravissima et diuturna, inter quae aliqua quotidiana.

Quaenam poenitentia nomine gravis insignetur, supervacuum esse videtur disquirere: nec facile est statuere regulam, qua metiamur poenitentiae gravitatem, quippe quae pensanda sit, tum ex ingeniorum morumque moderatione, tum ex sexus aetatisque diversitate, tum denique ex hominum rerumque conditione. Genuinum reddimus S. Poenitentiariae sensum, cum longam esse dicimus poenitentiam, quae ad annum irrogetur, diuturnam, quae ad triennium, perpetuam, quae ad omne, quod superest, vitae spatium extenditur, gravissima tandem, quae triplo aut certe duplo sit gravior ea, quae gravis existimatur.

Poenitentia autem perpetua, ut merito hoc nomine compelletur, minime exigit, ut quotidianum quodpiam iniungatur opus, sed sufficit opus diebus post certum temporis intervallum revertentibus usque ad mortem explendum. S. Poenitentiaria enim, cum quotidiano poenitentiae opere delictum, aliquod expiandum censet, mentem suam clare aperit, verbis utens ultimo loco citatis: Poenitentiae opera perpetua, inter quae aliqua quotidiana.

6. Praecedentem clausulam excipere solet haec illi tamquam supplementum addita: Ac (iniuncta) sacramentali confessione peccatorum suorum singulis scilicet mensibus ad minimum semel (aut: quoties tibi videbitur), quae menstrua peccatorum confessio, nisi expresse ad certum tempus fuerit restricta, per omne, quod aevi restat, continuanda intelligi debet.

7. Septimo loco recensentur clausula nulli non inserta mandato a S. Poenitentiaria emananti: Dummodo impedimentum occultum sit.

Contraria contrariis explicare iuvat. Occulto opponitur publicum: quidquid autem est publicum, neque eodem modo, neque pari gradu publicum est: sed pro diverso modo graduque aliud dicitur notorium, aliud manifestum, aliud denique famosum. Porro notorium, a notorio differt, cum aliud sit notorium notorietate iuris, aliud notorietate facti. Notorium quidquam evasit notorietate iuris, postquam causa in forum vocata aut lata iudicis sententia, aut ab ipso reo facta coram iudice confessione dirempta est; notorium autem notorietate facti id est, quod depositione plurium testium omni exceptione maiorum, si id res postulaverit, comprobari poterit; qua in re quot testes esse debeant definiri nequit, utpote quorum numerus ad numerum incolarum certa ratione sit computandus. Manifestum istud existimatur, quod pluribus certo cognitum est, atque ab iisdem divulgatum. Inter duas res, quarum altera est facto notoria, altera manifesta, id discriminis interest, quod notoriam certus hominum numerus non aliunde quam suorum oculorum obtuitu cognitam habet, manifestam autem totidem circiter hominum pars altera ex suo contuitu tenet, altera ex illorum relatione percepit. Ex quo liquet, rem facto notoriam a manifesta non discrepare numero eorum, qui sciant, sed modo, quo sciant.

Famosum id vocatur, quod ex alio quopiam facto deductione infertur, nec proin solida comprobatione, sed mera coniectura innititur,; cui autem coniecturae quaquaversum evulgatae universim fides habetur, ut siquid publice ageretur, quod huic vulgari persuasioni obluctaretur, idem ansa foret publici scandali.

Praevia hac explicatione facile percipitur, quid sit occultum. Namque exsensu iuris cononici occultum esse censetur impedimentum, quod nulla omnino ratione publicum est, neque igitur notorium, neque manifestum, neque famosum dici potest; atque, nisi impedimentum, de quo pro foro conscientiae fuerit dispensatum, hoc sensu, quem strictissime tenet sequiturque S. Poenitentiaria, occultum sit, omnis prorsus virtus deficiet dispensationem. Habet igitur profecto, qui exequendum acceperit mandatum, quod diligentissime caveat, ne imperite aut leviter rem gravissimam tractando suam oneret conscientiam. Quodsi dubium suboriatur, recurrendum sibi esse meminerit ad iudicem ecclesiasticum, cuius est diiudicare, an occultum sit aliquod impedimentum, necne. Illud hoc loco animadvertendum esse duximus, si factum sit publicum, ex quo tamquam causa prodierit impedimentum, ipsum quoque impedimentum publicum esse existimandum; neque quidquam refert, utrum, qui factum norunt, sciant an ignorent, eiusmodi factum causam esse impedimenti (vid. Benedicti XIV., Instit. 87. §. postremo).

Porro illud quoque hic monendum esse videtur, evenire nonnunquam ut impedimentum, quod eo loco, quem impediti olim incolebant, aut eo tempore, quo illud incurrebant, publicum erat, fiat occultum aut mutata sede, aut interiecto notabili temporis spatio. Animadvertendum vero est, et perraro evenire hunc casum, et, si forsan evenerit, plane exacteque ad S. Poenitentiariam esse deferendum.

Tandem commonefacimus, in mandatis S. Poenitentiariae pro ista clausula interdum aliam et quidem strictiorem poni: Dummodo impedimentum omnino sit occultum, qua posita prorsus necesse est, impedimentum sit strictissimo sensu occultum ac sola eorum,

quorum causa interest, confessariique conscientia reconditum lateat. Haec strictior formula praesertim usurpari solet, cum dispensatur de criminis impedimento aggravato machinatione in necem coniugis.

8. Suprema clausularum continetur his verbis: In foro conscientiae tantum . . . ita ut eiusmodi absolutio et dispensatio latiori in foro iudiciario nullatenus suffragentur. Ips irei naturae consentaneum est, S. Poenitentiariam in iis tantum rebus versari, quae ad internum pertineant forum; neque enim eius litteris ea inest publica auctoritas qua omnis de publico impedimento dispensatio munita esse debet. Inde consequitur, dispensationem pro foro conscientiae sive a S. Poenitentiaria sive ab Episcopo concessam, postquam impedimentum labente tempore ex occulto evaserit publicum, nil omnino habere valoris pro foro externo, sed novam pro hoc foro petendam esse dispensationem. Eadem autem pro foro interno dispensatio, si rite perfecta executione petenti exhibita fuerit, priusquam impedimentum ex occulto fieret publicum nil penitus imminuitur valore et vigore per subsequentem impedimenti mutationem, neque commercium coniugale exercere, etsi impedimentum post dispensationis executionem ex occulto evaserit publicum, ex se ipso illicitum est, sed tantummodo ob scandalum, quod sumeret vulgus datae dispensationis inscium. Quod scandalum ut tollatur aut praecaveatur, coniuges eiusmodi vulgari opinione illegitimi quoad thorum et cubiculum sunt separandi, donec dispensatio pro foro etiam externo obtenta fuerit a Dataria aut ab Episcopo.

De occurrentia duplicis impedimenti, occulti scilicet atque publici.

Hucusque praecepta dedimus de occulto tractando impedimento, praeter quod nil aliud matrimonio obstet. Quid

vero faciendum, si eidem matrimonio contrahendo duplex obstet impedimentum, occultum unum, alterum publicum?

Quod ubi contigerit, ad impedrandam dispensationem de occulto impedimento ad S. Poenitentiariam, de publico ad Datariam recurrendum est. Id autem imprimis RR. DD. parochi et confessarii alta reponant mente, in libello supplici, quo a S. Poenitentiaria dispensatio de occulto petitur impedimento, expresse etiam publici faciendam esse mentionem, neque ea omissa quidquam valere dispensationem de occulto concessam. Cum autem utrumque libellum, unum de occulto impedimento, alterum de publico, dispensationem petituri ad Episcopum perscribant atque dirigant, sive ut ipse vigore facultatum quinquennalium dispenset, sive ut patronus ad Curiam Romanam recurrat atque intercedat, summa diligentia ac prudentia iidem caveant necesse est, ne sigillum infringant sacramentale, neve reticentiae violent religionem. Neque enim ipsum quidem Episcopum, neque eiusdem Vicarium Generalem, dum de delictis occultis dispensandi causa ad eos refertur, nomina delinquentium fas est rescire nisi ipsorum delinquentium permissu; quod autem aegre praecavetur, si in litteris de publico impedimento conscriptis petentes, uti necesse est, suis nominibus compellantur, in litteris de occulto, aut eadem die aut non multo post ablegatis ab eodem parocho delictum, quod occulti causa est impedimenti, exponitur, etiamsi fictis id fiat nominibus, siquidem expressa publice impedimenti concurrentis facienda sit mentio in litteris de occulto exaratis. Praesertim magna opus est cautione, si parochus idem sit ac confessarius, ne delinquentes prodantur inviti, neve temere in suspicionem adducantur. Quod certo evitabitur, si parochus isque confessarius ipse, prout videbitur, de occulto ad Sacram recurrat Poenitentiariam, de publico vero impedimento ad Episcopum aut eius Curiam. Similis pene agendi ratio est tenenda, si litterae postmodum requirantur quae „perinde valere“ dicuntur, ut dispensatio reviviscat emortua aut per commercium carnale invalida facta eo

quod petentes primitus celatum demum post exaratum oblegatumque libellum supplicem sacramentali aut familiari fiduciarioque confessi sunt modo aut per fidem peccatum non celatum quidem, sed iteratum medio petitam inter obtentamque dispensationem tempore, aut denique per intentionem facilius impetrandae dispensationis revera habitam, sed reticitam seu negatam.

Occulte delinquentibus, qui iuri suo latendi Episcopum aut eius curiam sponte renunciarint, iniuriam non fieri, si parochus pro nominatis dispensationem petat, monere supersedemus, dum ipsa loquitur res.

Etsi in universum rei consentaneum sit, de occultis ubi agitur impedimentis ad S. Poenitentiariam confugere, eo quod istorum impedimentorum pleraque diffamantis sint naturae, inficiare tamen nequimus, quosdam esse casus, quibus consultius videatur, licet res occulti intersit impedimenti, ad Datariam recurrere (quae pro rerum conditione etiam de occultis dispensat impedimentis); suadendus namque est ad Datariam recursus, cum parochus isque confessarius haud temere timeat, ne impedimentum nunc occultum labente tempore fiat publicum, id quod haud raro evenit, ubi de impedimento agitur proveniente ex copula illicita, qua mulieris effecta est impraegnatio, atque eo se res habent modo, ut impedimentum externo vindicari possit foro. Rebus ita constitutis facile perspicitur, consulendum esse petentibus, ut delictum occultum extra confessionale parocho patefaciant, eique dispensationis pro foro externo dent veniam.

Idem consulendum est iis, quorum preces causis minus gravibus nituntur, quam ut dispensationem sperare liceat concessum iri, nisi accedat dispensandi causa ex diffamatione mulieris impraegnatae deprompta. Multum enim haec causa ad obtinendam dispensationis gratiam valet, dummodo peccatum, quod impraegnatio consecuta est, non sub spe facilius impetrandae dispensationis fuerit commissum. Quandocunque autem petentibus id suggerendum videbitur consilii, caute id prudenterque fieri oportet.

*

De reticentia in his rebus strictissime servanda.

Tandem nemini non liquet, parochum ac confessarium, cui dispensatio in foro interno mandata fuerit exequenda, strictissime teneri ad reticendum celandumque non solum occultum ipsum impedimentum, sed etiem quidquid ulla ratione ad illud pertineat, Id quod ei insuper a S. Poenitentiaria his inculcatur verbis: Nullis super his testibus adhibitis, aut litteris datis, seu processibus confectis, sed praesentibus laniatis, quas sub poena excommunicationis latae sententiae laniare tenearis, ita ut nullum earum exemplar exstet. Qua excommunicatione intelligitur maior. Huic celandi impedimenti occulti studio, delendique omnis eius vestigii decreto congruit regula, ut concessae desuper dispensationis in libro parochiali nulla prorsus fiat mentio, utque dispensationis litterae igni tradantur. (Web. Prompt.)

Facultas dispensandi in impedimento matrimonii in articulo mortis.

Illustrissime ac Reverendissime Domine!

De mandato Sanctissimi D. N. Leonis XIII Supremae Congregationi S. Rom. et Univ. Inquisitionis nuperrimis temporibus duplex questionum genus expendendum propositum fuit. Primum respicit facultates, quibus urgente mortis periculo, quando tempus non suppetit recurrendi ad S. Sedem, augere conveniat locorum Ordinarios dispensandi super impedimentis publicis matrimonium dirimentibus cum iis, qui iuxta civiles leges sunt coniuncti aut alias in concubinatu vivunt, ut morituri in tanta temporis angustia in facie Ecclesiae rite copulari, et propriae conscientiae consulere valeant: alterum spectat ad executionem dispensationum, quae ab Apostolica Sede impertiri solent.

Ad primum quod attinet, re serio diligenterque perpensa, adprobatoque et confirmato Eminentissimorum Patrum una mecum Generalium Inquisitorum suffragio, Sanctitas Sua benigne annuit pro gratia, qua locorum Ordinarii dis-

pensare valeant sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam aegrotos in gravissimo mortis periculo constitutos, quando non suppetit tempus recurrendi ad S. Sedem super impedimentis quantumvis publicis matrimonium iure ecclesiastico dirimentibus, excepto sacro presbyteratus Ordine, et affinitate lineae rectae ex copula licita proveniente.

Mens autem est eiusdem Sanctitatis Suae, ut si quando, quod absit, necessitas ferat, ut dispensandum sit cum iis, qui sacro subdiaconatus aut diaconatus Ordine sunt insigniti, vel solemnem professionem religiosam emiserint, atque post dispensationem et matrimonium rite celebratum convaluerint, in extraordinariis huiusmodi casibus, Ordinarii de impertita dispensatione Supremam Sancti Officii Congregationem certiorem faciant et interim omni ope curent, ut scandalum, si quod adsit, eo meliori modo quo fieri possit removeatur tum inducendo eosdem ut in loca se conferant, ubi eorum conditio ecclesiastica aut religiosa ignoratur, tum si id obtineri nequeat, iniungendo saltem iisdem spiritualia exercitia aliasque salutares poenitentias, atque eam vitae rationem, quae praeteritis excessibus redimendis apta videatur, quaeque fidelibus exemplo sit ad recte et christiane vivendum.

De altero vero quaestionum genere, item adprobato et confirmato eorundem Eminentissimorum Patrum suffragio Sanctissimus sanxit: 1. dispensationes matrimoniales omnes in posterum committendas esse vel *Oratorum Ordinario* vel *Ordinario loci:*

2. Appellatione *Ordinarii*, venire Episcopos, Administratores seu Vicarios Apostolicos, Praelatos seu Praefectos habentes iurisdictionem cum territorio separato, eorumque officiales seu Vicarios in Spiritualibus generales, et sede vacante Vicarium Capitular. vel legitimum Administratorem:

3. Vicarium Capitularem seu Administratorem eas quoque dispensationes Apostolicas exequi posse, quae remissae fuerint Episcopo aut Vicario eius generali vel Officiali nondum executioni mandatas, sive hi illas exequi coeperint, sive non. Et vicissim sede deinde provisa, posse

Episcopum vel eius Vicarium in spiritualibus generalem seu Officialem exequi dispensationes quae Vicario Capitulari exequendae remissae fuerant, seu hic illas exequi coeperit seu minus.

4. Dispensationes matrimoniales Ordinario oratorum commissas, exequendas esse ab illo Ordinario, qui litteras testimoniales dedit, vel preces transmisit ad S. Sedem Apostolicam, sive sit Ordinarius originis sive domicilii, sive utriusque sponsi, sive alterutrius eorum; etiamsi sponsi quo tempore executioni danda erit dispensatio, relicto illius dioecesis domicilio, in aliam dioecesim discesserint non amplius reversuri, monito tamen, si id expedire iudicaverit Ordinario loci, in quo matrimonium contrahitur.

5. Ordinario praedicto fas esse, si ita quoque expedire iudicaverit, ad dispensationis executionem delegare alium Ordinarium, eum praesertim, in cuius dioecesi sponsi actu degunt.

Haec quae ad pastorale ministerium utilius faciliusque reddendum Sanctissimus Dominus Noster concedenda et statuenda iudicavit, dum libens tecum communico, bona cuncta Amplitudini Tuae precor a Domino.

Datum Romae die 20 Februarii 1888.

Raph. Card. Monaco.

Nr. 2322.

Facultatem dispensandi super impedimentis publicis matrimonialibus in mortis periculo, a SSmo D. N. Leone XIII. ope Rescripti supremae Congregationis S. Rom. et Univ. Inquisitionis die 20-a Februarii 1888 Ordinariis concessam (vide Circulares eiusdem anni in typo, pag. 69.) virtute subnexi Rescripti praeveneratae S. Congregationis ddto 1-a Martii a. l. emanati, cuntis A. Dioecesis Meae Parochis, pro casibus dutaxat, „*in quibus desit tempus ad Ordinariatum recurrendi, et periculum sit in mora*" — hisce in Domino subdelego, ea injuncta nihilominus iisdem obligatione, de occursuris nefors huiusmodi casibus Ordinariatui supletorie relationem praestandi.

Datum Zagrabiae die 16-a Junii 1889.

JOSEPHUS m. p.,
Cardinalis, Archiepiscopus.

Supremae huic Congregationi Sancti Officii propositum fuit dubium: „Utrum Ordinarii in casibus extremae necessitatis facultatem dispensandi super impedimentis publicis matrimonialibus in mortis periculo, literis Supremae Congregationis die 20. Februarii 1888 concessam, parochis et universim confessariis adprobatis modo generali subdelegare valeant, an non." Quo dubio mature perpenso, Eminentissimi Patres una mecum Generales Inquisitores fer. IV, die 9. Ianuarii 1889 dixerunt: „Supplicandum Sanctissimo, ut decernere et declarare dignetur, Ordinarios, quibus memorata facultas praecitatis literis diei 20. Februarii 1888 data fuit, posse illam subdelegare habitualiter parochis tantum, sed pro casibus, in quibus desit tempus ad ipsos Ordinarios recurrendi et periculum sit in mora." Eadem feria ac die Sanctissimus D. N. D. Leo divina providentia PP. XIII. in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, benigne annuere dignatus est iuxta Eminentissimorum PP. suffragium

Haec tibi dum nota facio, fausta cuncta ac felicia precor a Domino.

Datum Romae ex S. O. die 1. Martii 1889.

R. Card. Monaco.

Molbenice za oprost (Suplices de dispensatione concedenda libelli).

§. 86. U molbenici, kojom se ište oprost, ima se točno naznačiti zaprieka sa svimi okolnostima, od kojih visi narav njezina; a i razlozi, na koje se tko poziva, imadu providjeni biti potrebnimi izkazi. Biskup će zatim, koliko bude potrebno, izviditi one čine, na kojih treba da se osniva njegova odluka ili pako njegovo mnienje, koje će se podnieti svetoj stolici.

§. 87. Ako je zapricka tajna, i ako se nije bojati, da će na svjetlo izići, može se, da saviest osigurana bude, zatajivši ime ženitbenih drugova, oprost i po izpovjedniku ili po drugoj za to prikladnoj osobi zaiskati i zadobiti. Nego oprost takov nije od nikakove koristi za sud izvanjski: ako bi dakle proti očekivanju sviet saznao zaprieku, tad bi se propisanim putem imao iskati oprost, valjan za sud izvanjski, da ženitba ne bude pred sudom ljudskim pogibelji izvrgnuta. N. (Vidi jošte naprvo str. 583. i 584. T. 1—7.)

Reflexiones quaepiam circa adornandos recursus pro matrimonialibus dispensationibus.

Nr. 852.

Quum recursus pro impetranda ineundi matrimonii in bannis aut aliquo impedimento dispensatione horsum submitti soliti, item schemata, gradus consanguineitatis aut affinitatis exhibentia, tymbris lege publica praescriptis haud raro careant, Rectores parochiarum nexu reflexionum eatenus Circularibus dtto. 29. Maji 1874. Nr. 1552 publicatarum de sequentibus pro directione edocentur:

1. Unicuique simili recursui applicandum venire tymbrum 50 xr., praeterea

2. si schema, gradus consanguineitatis aut affinitatis exhibens, non in contextum ejusdem recursus assumatur, sed in folio separato adnectatur: eidem schemati tot tymbra á 50 xr. apponenda esse, quot generationes in lineis collateralibus exponuntur; denique

quum titulo taxae expeditionis pro dispensatione, etiam in forma pauperum expedienda, aliqua summa Cancellariae romanae aut dioecesanae solvenda veniat: summam talem, recurrentibus nefors aliunde notam, recursui advolvendam esse, quoad haud notam autem ab oratoribus resciendum atque in recursu exprimendum venire, utrum eam solvere sint parati?

Datum e Consistorio Archi-Episcopali Zagrabiae die 17. Martii 1876. celebrato.

Taxae cancellariae Romanae et dioecesanae pro dispensationibus matrimonialibus solvendae.

Nr. 1525.

Ingratas persaepe jam expertum est Officium hoc Metropolitanum scriptitationes propter expensas expeditionales, Cancellariae Romanae item Cancellariae dioecesanae pro dispensationibus matrimonialbus per oratores solvendas.

Ad praecavenda itaque tam Officio huic quam VClero curato inde oriri queuntia incommoda, expeditionales sic dictae taxae nunc vigentes, cum VClero pro notitia et directione inferius communicantur eo adnexo: quod pro singulis casibus, ubi in elencho taxarum Cancellariae Romanae pendendarum pro diversitate conditionis oratorum etiam diversae expositae habentur snmmae — in recursibus per curatores animarum horsum dirigendis expresse designentur eae quoque impensae, quas concernentes oratores habita Taxatorii ratione pro sui status conditione solvere possunt.

Ad quam quidem normam in recursibus observandam VClerus curatus eo magis reflectitur, quod recursus ad hanc taxam non reflectentes, simpliciter remittendi forent.

Datum e Consistorio Nostro AEppali Zagrabiae die 10. Maji 1878. celebrato.

a) Taxae dispensationum matrimonialium *Cancellariae Romanae* competentes:

	Scut.	Ass.
Ex 1. gradu cum causa honesta	123	90
Ex 1. gradu cum causa infamante et paupertate . . .	56	—
Ex 1. gradu cum causa honesta et paupertate, *solvendo expensas exercitiorum*	30	75
Ex 1. gradu cum causa infamante juncta paupertati, solvendo expensas exercitiorum	23	25
Ex 1. gradu cum causa vel honesta vel infamante, juncta paupertati et *miseriae*, solvendo *expensas ex officio*	1	50

N. B. [1]) Scutat. aequivalet 2 fl. 6 xr. M. Conv., 100 Ass. efficiunt 1 scut.
[2]) Quoad dispensationem pro nobilibus taxae singulis casibus variant arbitrio S. Tribunalis juxta oratorum statum aliasque concomitantes circumstantias.

	Scut.	Ass.
Ex 1. et 2. gradibus cum causa honesta	101	30
Ex 1. et 2. gradibus cum causa infamante et paupertate	23	30
Ex 1. et 2. gradibus cum causa honesta et paupertate, solvendo *expensas exercitiorum*	14	5
Ex 1. et 2. gradibus cum causa infamante et paupertate, solvendo *expensas exercitiorum*	3	80
Ex 1. et 2. gradibus cum causa vel honesta vel infamante, paupertate et *miseria*, solvendo expensas ex officio	1	50
Ex 2. gradu cum causa honesta	73	20
Ex 2. gradu cum causa inhonesta et paupertate . . .	16	30
Ex 2. gradu cum causa honesta *et paupertate, solvendo expensas exercitiorum*	13	75
Ex 2. gradu cum causa infamante et paupertate, solvendo *expensas exercitiorum*	3	50
Ex 2. gradu cum causa vel honesta vel infamante, paupertate et *miseria*, solvendo *expensas ex officio* . .	1	50
Ex 2. et 3. gradibus cum causa honesta	3	5
Ex 2. et 3. gradibus cum causa infamante et paupertate	3	5
Ex cultus disparitate	3	80

b) Taxae pro dispensationibus matrimonialibus

Cancellariae Dioecesanae competentes:

1) Pro dispensatione in tribus promulgationibus unus aureus vel in huius defectu . . . . 6 fl.
2) pro dispensatione in duabus promulgationibus . . . 4 „
3) pro dispensatione in una promulgatione . . . . . 2 „
4) pro expeditione dispensationis in impedimento canonico ex consanguinitate vel affinitate in tertio et quarto simplici ex mixto gradu, item in cognatione spirituali 3 „

Kako se ima postupati sa doglasi o zapriekah ženitbenih (Modus pertractandi denuntiationes de matrimonii impedimentis factas).

§. 128. Doglasi, ustmeno učinjeni, imadu se uzeti u zapisnik; ako doglasi učinjeni budu pismeno, imat će se narediti, da ustmeno preslušan bude onaj, koji ih je sastavio. Pri tom treba, da mu dana budu sva pitanja, koja bi mogla pripomoći, da se učin točno izvidi.

§. 129. Pismeni doglasi, pri kojih nije moguće ustmeno preslušati onih, koji su ih sastavili, valjat će samo u osobitih okolnostih kao dovoljan razlog, da se može povesti parnica. Nego ono, što je u istih doglasih sadržano, neka se polag okolnosti upotrebi u svrhu, da se čini dalje izvidjanje.

§. 130. Pismeni doglasi, pri kojih taji ime svoje onaj, koji ih je sastavio, ne mogu sami po sebi nikada biti dovoljni, da se radi njih povede iztraga o valjanosti ženitbe.

§. 131. Kada se raznese glas, da postoji zaprieka ženitbena, i to glas takov, koji, ako se promotre sve okolnosti, zaslužuje, da se uvaži, imat će sud ženitbeni iztražiti, na čemu se osnivaju ta pogovaranja ili tvrdjenja, i prosuditi zatim, da li ono, što se saznalo bude, iziskuje, da povedena bude iztraga.

§. 132. Na doglase o zapriekah takovih, glede kojih jedino ženitbenim drugovom pripada pravo pobijanja, ne treba se u pravilu obazirati; nego ako se iz učinjenih protkaza očito vidi, da je ženitba poradi takove zaprieke nevaljana, imat će se ureda radi nastojati o tom, da ili ženitba bude ukrepljena, ili da ženitbeni drúg, kojemu pripada pravo pobijanja, prigovori proti ženitbi.

§. 133. Ako je uzbudjena zaprieka takova, da bi se svakako ukinula, čim bi privolio onaj ženitbeni drúg, koji je tužbu proti ženitbi podigao: imat će se urednomu duhovnomu pastiru istih ženitbenih drugova ili po okolnostih drugomu kojemu duhovniku naložiti, da svrsi shodnimi opomenami onu stranku, koja ženitbu pobija, nastoji skloniti, da ponovi privoljenje svoje ili pako da po okolnostih izradi, da se očitovanje privoljenja ponovi pred župnikom i pred dvojicom svjedoka.

§ 134. Onaj, kojemu je to naloženo, ima javiti predsjedniku suda ženitbenoga, od kakova je uspjeha bilo nastojanje njegovo, i ako ženitbeni drúg, koji ženitbu pobija, ostane pri nakani svojoj, ima takodjer priklopiti sve, što je saznati mogao o činih, od kojih visi valjanost ženitbe pobijane.

§. 135. Da li se pri zapriekah, kojih nije moguće

dokinuti privoljenjem ženitbenih drugova, ima predhodno uzeti u pomoć sudjelovanje pastira duhovnoga, to visi od naravi slučaja i od razsude suda ženitbenoga.

§. 136. Ako jedan od ženitbenih drugova pobija ženitbu, valja prije svega izviditi, da li nisu okolnosti takove, da tužitelj, ako je ikada imao pravo pobijanja, sigurno je lišen prava toga sada, i ako o tom ne bude sumnje nikakove: tad neka se tužba ne primi.

§. 137. Ako se pobijanje ženitbe osniva na činu takovom, koji makar da je i podpuno istinit, ne bi ni u obće, a ni u okolnostih, s kojih sâm tužitelj govori, mogao bit zaprieka valjanosti: ima se tad tužba bez svakoga daljega iztraživanja odbiti.

§. 136. Može se dogoditi, da bi po činu, na kojem se pobijanje osniva, uzamši ga, da je istinit, ženitba doduše bila nevaljana, ali da očevidno nije istina ono, što se tvrdi. U ovakovih slučajevih valja tužitelja o tom podučiti i opomenuti ga, da od tužbe odustane. Ako se tužitelj krati, te ne će da odustane od tužbe, i ako ono, što navodi, nije možda očevidno nespretno ili bezumno, ima se tužba njegova odbiti zaključkom suda ženitbenoga.

§. 139. Kada uzbudjena bude koja od zaprieka, pomenutih u §. 80. ima se sud ženitbeni, koliko to moguće, kloniti iztrage uredne. U svih gotovo slučajevih moći će se posredovanjem župnoga duhovničtva saznati prava istina u obziru čina. Ako župnimi knjigami ili vjerodostojnimi prokazi dokazano bude, da postoji zaprieka, imat će biskup podieliti potrebni oprost, i pobrinuti se, da se ženitba ukriepi bez svake huke i buke. Ako bi silna pogibelj prietila, da će ženitbeni drugovi, ili jedan od njih odkrivenu zaprieku na zlo upotrebiti, da se po njoj razkine savez ženitbeni: trebalo bi tad zamoliti sv. stolicu, da se ženitba izcieli u samom korjenu. (Naputak.)

Ukrepljivanje ženitbe (Matrimonii convalidatio).

§. 88. Ako je vjenčanje, koje se je obavilo na način propisani, poradi postojeće koje zaprieke bilo nevaljano: ima se ženitba, po zadobivenom oprostu, ukriepiti (konvalidirati).

§. 89. Ako oprost podieljen bude samo za sud unutarnji, dovoljno će biti za ukrepljenje ženitbe, ako obje stranke (muž i žena) bez župnika i svjedoka ponove privoljenje svoje.

§. 90. Ako podieljen bude oprost takov, koji valja za sud izvanjski, imat će se privoljenje onih osoba, koje su nevaljano vjenčane, ponoviti pred župnikom, u kojega župi prebivaju, i pred dvojicom svjedoka. Župnik imati će svakako u svoju knjigu vjenčanih upisati, da se je ženitba ukrepila; ako je pak nevaljani savez sklopljen bio u drugoj kojoj župi, imat će osim toga obaviestiti o tom onoga župnika, u kojega se je župi isti sklopio, a da obavljeno ukrepljenje dodade brižljivo na onom mjestu, gdje je nevaljana ženitba upisana.

§. 91. U takovih slučajevih nema se ponavljati napovied. Vjenčanje neka se obavi na samu i pred pouzdanimi svjedoci. Iznimki može mjesta biti onda, ako je zaprieka obćenito poznata u onom mjestu, gdje se ženitba ukrepiti ima.

§. 92. Ako zaprieka po promjeni, u istinu nastavšoj, ugasne iliti prestane bez oprosta, imat će se naložiti ženitbenim drugovom, da još jedan put izjave privoljenje svoje pred župnikom i pred dvojicom svjedoka, osim ako je možda sasvime tajno, da je postojala zaprieka onda, kada se je sklopila ženitba, i ako se nije bojati, da će se stvar ta dokazati: u takovom bo slučaju ima im se dopustiti, da privoljenje ponove medju sobom.

§. 93. Ženitba, koja je nevaljana radi hinjena privoljenja, ima se smatrati kao ukrepljena, ako onaj, koji je hinio, u istinu privoli. To isto biva i pri ženitbi, kojoj je

smetala pometnja, sila ili strah, čim stranka ona, koja je bila žrtva pometnje ili nepravedne sile, spoznavši pometnju ili zadobivši opet podpunu svoju slobodu, riečju ili činom privoli. Nego, da bi se uklonila svaka sumnja o danom privoljenju, biti će i u ovih slučajevih probitačno, da ženitbeni drugovi ponove privoljenje svoje pred župnikom i dvojicom svjedoka, valja dakle nastojati, da se to učini, osim ako bi se s razlogom bojati bilo, da će biti smetnje medju ljudi ili pogibelji za ženitbu.

§. 192. Ako je trima jednako glasećimi osudami odlučeno, da ženitba nije valjana, i ako je zaprieka takova, da se ukinuti može privoljenjem od strane jednoga ženitbenoga drúga ili danim oprostom: tad ima biskup, ako važni razlozi od toga ne odgovaraju, nastojati o tom, da se ukrepi ženitba.

§. 193. Ako je zaprieka takova, da se oprost dati ne može, ili ako ne podje za rukom pokus: ukrepiti ženitbu, tad ima se strankam obznaniti, da je ženitba po osudi nevaljana, i ima se zabraniti, da više ne živu u zajednici.

§. 194. Svakoj osudi imadu se priklopiti razlozi, na kojih se opire, na kratko, nego ipak tako, da se ne mimoidje ništa, što je bitno. Ako konačna osuda veli, da ženitba nije valjana, treba sada izrično napomenuti, da predjašnja ženitba ne sadržaje više u sebi nikakove zaprieke, da se sklopi nova ženitba. Svaka osuda ima biti po sudcih i po perovodji podpisana i providjena pečatom vieća biskupskoga.

§. 195. Osuda se strankam po poslužitelju vieća dostavlja i u prepisu uručuje; i da je to obavljeno, ima se o tom dati pismena potvrda. Svaku osudu o valjanosti koje ženitbe priobćuje biskup mjestodržcu ili predsjedniku zemaljskomu.

§. 196. Osuda, izrečena o valjanosti ženitbe, ne dobiva nikada podpuno pravne moći. Ako bude kasnije dokazano, da se osuda osniva na predmnievi krivoj, ima se razprava

iznova povesti i obaviti onako, kao što je propisano. Dogodi li se pak, da osuda, glaseća na nevaljanost ženitbe, bude opozvana: bit će time svekolike ženitbe, što su ih ženitbeni drugovi medju tim možda sklopili, izjavljene kao ništetne.

§. 197. Izim slučaja, o kojem govori §. 196. može se iztraga o valjanosti kao iz nova započeti samo onda, kada osuda prve molbe izjavljena bude, da je ništetna. (Nap.)

Posljedice ukrepljenja (Convalidationis effectus).

§. 94. Po obavljenom ukrepljenju ima se ženitba u obziru gradjanskih posljedica smatrati, kao da je odmah s početka valjano sklopljena bila. To isto valja i o posljedicah crkvenih, ako je u vrieme, kada se je ženitba sklopila, makar i jedna samo stranka bila u neznanstvu čina ili prava. Inače pako valja moliti za oprost. (Naputak.)

§. 36. Da li je ukrepljenje ženitbe potrebito, prosudjuju to vlasti crkvene. Ukrepljena ženitba ima se u obziru gradjanskih pravnih posljedica smatrati tako, kao da se je odmah s početka valjano sklopila bila.

§. 55. Ako ženitba bude pred sudom crkvenim pobijana stopram onda, pošto ju je jurve smrt razkinula, i ako isti sud izjavi, da ženitba ta nije valjana: ne će osuda ta imati nikakova upliva na gradjanske pravne posljedice, koje su sa ženitbom skopčane. Ako dakle, za utemeljenje gradjanskih kakovih pravnih zahtieva tvrdi tko, da nema valjanosti ženitba, o kojoj odprije, dok ju smrt ne bješe razkinula, nije bilo dvojbe, ili je bilo dvojbe bez uspjeha, tad će sud, kojemu pripada odlučivanje o pravih prieporníh, u tu svrhu prosuditi i valjanost ženitbe, i odluka njegova bit će pravilom za gradjanske samo pravne posljedice, koje su sa ženitbom skopčane. (Ženitbeni zakon.)

O postupku u stvarih ženitbenih.

(De processu matrimoniali. De divortiis.)

§. 95. Stvari ženitbene spadaju pred crkvenoga suda, koji je jedini vlastan suditi o valjanosti ženitbe i o dužnostih, koje iz nje proizviru. O čisto gradjanskih posljedicah odlučuje oblast državna.

§. 114. Crkva, kao čuvarica vjere i čistih običaja, bdije nad svetosti ženitbe i nad nerazriešivosti veza njezinoga. Ako koji katolik živi u savezu takovom, koji budući mu smeta zaprieka valjanosti krivo si prisvaja ime ženitbe: ima se isti ili podignuti na čast prave ženitbe, ili pako, ako to nije moguće, kao nevaljan proglasiti i razvrgnuti. Nasuprot ima se krepko braniti i uzdržavati nerazriešivi vez ženitbe proti svakomu pokušaju, koji bi se učinio, da se pod izlikom nevaljanosti postigne razvrgnuće ženitbe.

§. 147. Uzima se, da je ženitba valjana; zaprieka se podpuno dokazati mora.

§. 148. Priznanje, koje ženitbeni drugovi izjave u samoj iztragi, ili koje su izjavili i prije, ali svakako po ženitbi, koja se pobija, jurve sklopljenoj, bit će bez svake dokazne moći, ako glasi proti valjanosti ženitbe. Priznanje, koje su ženitbeni drugovi položili prije nego što su pobijanu ženitbu sklopili nema se zabaciti kao dokaz proti valjanosti.

§. 149. Priznanje ženitbenih drugova, koje govori za valjanost ženitbe, ima moć dokaznu u onih slučajevih, u kojih je pravo pobijanja pridržano jedinim ženitbenim drugovom; u inih pako slučajevih radja samo predmjevu.

§. 150. Što jedan ili što oba ženitbena drúga nisu došla pred sud, ne može to ništa dokazivati proti valjanosti ženitbe, i zato neka si time dužnost dokazivanja ni ne olakšava onomu, koji pobija ženitbu. (Nap.)

§. 31. Gradjanske pravne posljedice, koje iz ženitbe proiztiču, imadu se prosudjivati po obćem gradjanskom zakoniku, na koliko u tom obziru neima u zakonu ovom ustanova osobitih.

§. 41. Muž i žena, ma bili o tom oboje složni, ne mogu samovlastno ukinuti saveza ženitbenoga, i to tvrdili oni, da ženitba nije valjana, ili namjeravali samo razstavu od stola i postelje.

§. 42. O valjanosti ženitbe katolika odlučuje onaj sud duhovni, koji je nadležan po zakonih crkve katoličke.

§. 43. O valjanosti ženitbe, koje se sklapaju medju kršćani katoličkimi i nekatoličkimi, može, dok jedan ženitbeni drug spada k crkvi katoličkoj, odlučivati samo katolički sud ženitbeni.

§. 56. Ako su oba supruga sljedbenici nekatoličkoga kojega vjeroizpoviedanja, tad o valjanosti ženitbe njihove odlučuje onaj sud, koji je nadležan za ženitbene stvari njihovih jednovjeraca. Nego ako je pri sklapanju ženitbe barem jedna stranka bila član crkve katoličke, ili ako su oba supruga prešla na vjeru katoličku, pak su se kašnje opet od nje odmetnula, tad se zaprieke, kojih zakon crkveni ne poznaje, nemogu navesti kao razlog nevaljanosti.

§. 48. Ako dvie osobe, koje su se uzeli kao kršćani nekatolički, predju na vjeru katoličku, tad, ako nastane pitanje o valjanosti ili nevaljanosti ženitbe, odlučuje ženitbeni sud katolički. Ako li je zaprieka, koja se je pobudila, nepoznana zakonu onomu, pod kojim je ženitba sklopljena bila: tad sa presudom na nevaljanost glasećom, ima se u obziru njezinoga uzdjelovanja na gradjanska pravna razmjerja djece postupati tako, kao da se je ženitba razpustila, i stranki, koja pristojnoga uzdržavanja nema, imati će stranka druga, ako imetak njezin to dopušta, plaćati godišnju svotu, koja će se ustanovit nagodom, ili, ako nagoda ne bi za rukom pošla, po sudcu redovitom. Dužnost davanja toga prestaje, čim ženitbena stranka, koja davanje to bere, pomoći ove za pristojno svoje uzdržavanje više nepotrebuje, ili čim se opet oženi ili uda.

§. 49. Svaku osudu o valjanosti ženitbe ima biskup, kojega je sud ženitbeni istu izrekao, saobćiti političkomu zemaljskomu načelniku. Ovaj je dužan, kao što okolnosti iziskivale budu, odredjivati potrebita.

§. 50. Djeca, rodjena iz ženitbe nevaljane, sklopljene po proglašenju ovoga zakona; ili rodjena iz ženitbe, istina, prije sklopljene, nego preko roka ovoga nastavljene, imadu se, osnivala se nevaljanost ženitbe na razlozih, koji mu drago, smatrati kao zakonita, u koliko ma jedan od roditelja navesti može, da mu je bez krivnje njegove zaprieka ženitbena nepoznana bila. Na koliko su djeca takova izključena od imovine one, koja je naredbami obiteljskimi napose priuzdržana potomstvu zakonitom, ima se to prosudjivati po obćenitih zakonskih ustanovah.

§. 51. Osuda konačna, izrečena po nadležnom crkvenom sudu o valjanosti ženitbe, ima glede iste pravilom biti za gradjanske pravne posljedice.

Nego ako ženitba izjavljena bude kao nevaljana radi kojegod od onih zaprieka, što ih navodi §. 80. naputka za sudove duhovne, tad se pravna razmjerja djece imadu urediti onako, kao da se je razkinuo vez ženitbeni.

A i vlastna je stranka nedužna zahtievati odštetu od stranke, koja je tomu kriva.

§. 52. Odšteti, koju će stranka kriva imati dati stranki nedužnoj, o obskrbljivanju djece i u obće o svih pitanjih glede imovine, koja bi nastala iz proglašenja, da ženitba nije valjana, a tako i o bezkrivičnom neznanju, u koliko od istoga zavise kakova prava gradjanska, — o svem ovom odlučuje sud svjetovni. (Ženitb. zakon.)

§. 93. Muž i žena, ma bili u tom oboje složni, ne mogu nikako ukinuti samovlastno saveza ženitbenog, i to tvrdili oni da ženitba nevalja, ili tražili razpust ženitbeni, ili samo razstavu od trpeze (stola) i postelje.

§. 94. Nevaljanost ženitbe, kojoj smeta kakova od zaprieka navedenih u §. 56, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 75 i 119 ima se iztraživati službeno. U svih ostalih slučajevih treba čekati, da to zaištu oni koji su po ženitbi sklopljenoj sa zapriekom uvredjeni u svojih pravih.

§. 95. Drug zakoniti, koj je znao za bludnju dogodivšu se u osobi, ili za strah zadat drugoj strani; kao i onaj zakoniti drug, koj je znao da ne može iz uzroka naznačenih u §§. 49, 50, 51, 52 i 54 sam po sebi sklopiti tvrde ženitbe, pa je zatajio ovu okolnost, ili je lažno rekao da ima potrebno privoljenje, nemože radi svoga vlastitoga nezakonitog djela ustati proti valjanosti ženitbe.

§. 96. U obće samo nevina strana ima pravo iskati, da se pogodba ženitbena proglasi da nevalja; ali gubi ovo pravo, ako obaznavši zaprieku, sliedila je živiti u ženitbi. Otac, tutor ili skrbnik mogu se oprieti ženitbi sklopljenoj samovlastno po maloljetniku ili podložnomu tutorstvu ili skrbničtvu, ali samo dok traje otčeva vlast, tutorstvo ili skrbničtvo.

§. 97. Razprava o nevaljanosti ženitbe spada samo pred sud zemaljski onoga kotara, u kojem muž i žena običajno prebivaju. Isti sud odredit će fiškalni ured, ili drugoga kojega razumna i poštena čovjeka da izvidi okolnosti, i da brani ženitbu, da bi se tako službeno obaznalo kako stoji stvar i onda, ako je razprava započeta na prošnju koje stranke.

§. 98. Ako se zaprieka može dignuti, sud zemaljski nastojat će to učiniti, naredivši što je za ovo potrebito, i u sporazumljenju sa strankami. Ako li je to nemoguće, sud zemaljski presudit će da li ženitba valja ili nevalja.

§. 111. Savez tvrde ženitbe, koja je sklopljena medju osobami katoličanskimi, razkida se samo smrću muža i žene. Isto tako je nerazriešiv savez ženitbeni, ako je i samo jedna strana u vrieme sklopljene ženitbe bila vjerozakona katoličanskog. (Gradj. zakon.)

Obćenito pravo pobijanja.

§. 115. U koliko nije pravo pobijanja ograničeno izrično na ženitbene drugove, pripada isto svim članovom

crkve katoličke, izim onih, koji su sumnjivi, da teže za svrhami sebičnimi, ili koji su bez zakonita razloga zaprieku zašutili, premda su znali, da se o sklopljenju ženitbe radi, i premda su se napoviedi obavile onako, kao što je propisano. (Nap.)

Kada treba postupati ureda radi.

